IOHANNIS HEVMANNI

IVR. PROFESSORIS IN ACAD. ALTORFINA

COMMENTARII

DE

RE DIPLOMATICA

IMPERATORVM AC REGVM GERMANORVM

INDE A LVDOVICI GERMANICI

TEMPORIBVS ADORNATI.

TOM. II.



NORIMBERGAE

SVMTIBVS IOHANNIS GEORGII LOCHNERI.

MDCCLIII.

LECTORI BENEVOLO
S.

Operis, quod molior, diplomatici ſpecimen nouum omnibus offero, quibus inſtitutum meum non diſplicet; multis autem, quod in tanta huius ſaeculi ſatietate uix ſperare poteram, iſtud placuiſſe intellexi. Viam non nouam, ſed iam in priore uolumine ſignatam ſectuus laboris leges atque oeconomiam latius explicare ſuperſedeo. Sicuti uero ii, quos difficile quoddam iter ſaepius obire iuuat, pericula minus reformidant, compendia uaria excogitant, ſarcinas aptius componunt, memorabilia quaeuis accuratius contemplantur: ita et mihi in tabulis antiquis dilucidandis uerſanti uſus diuturnus et animum addere, et conſilia praeſtantiora ſuppeditare uidetur. Copioſius apparatum huius periodi diplomaticum exponendum, crebriusque annalibus teſtimonium denunciandum duxi, quia his temporibus initia uera regni detegimus Germaniae, quod amplitudine ac maieſtate nulli ſecundum rudi barbarie dudum exacta, bellis cyclopicis ſtrenue prudenterque ſedatis, hoſtium inſidiis innumerabilibus repreſſis, mirabili diuini Numinis prouidentia, etiam nunc immenſa floret felicitate, nec, dum terrarum orbis incolarum oſtendet ueſtigia,

ſlorere deſinet. Ludouicus enim Germanicus, Rex, cum auguſta uirtute, tum pacis bellique artibus et utriusque fortunae uiciſſitudine clariſſimus, regnum Germaniae primus a reliqua ingentis Caroli Magni dominatus compage auulſum gubernauit. Huic igitur primam regni noſtri conformationem debemus, hic ad ſummorum quarumuis gentium conditorum laudes adſcendit, hic digniſſimus, cuius memoria ad ſaecula cuncta propagetur. Quem itaque poeniteat, tam excelſi principis res publice geſtas euoluere? at planius non niſi tabulis regiis excuſſis euolui poterunt. Quo ſtudioſius nonnulli iuris publici, quo hodie utimur, origines ad antiquitatem omni literarum adiumento deſtitutam reducere laborant, ita, ut nec fabulas, dummodo antiqua iactent, aſpernentur: eo maiore iucunditate nos ex probis teſtimoniorum documentis reipublicae faciem conati ſumus adumbrare. Quamquam nulla ciuitatis forma tam altis defixa eſt radicibus, ut nullis temporum iniuriis conuelli queat, atque adeo (quid mirum?) ad principatus etiam Germanici conditionem caſus ſaepius admiſſus fuit: tantum tamen abeſt, ut fortuna ſtatum priſtinum penitus labefactauerit, ut prima, quae Ludouicus, Rex orientalis Franciae, duxit lineamenta adhuc conſpiciantur. Summa regis auctoritas optimis inſtitutis et legibus et procerum conſiliis temperabatur, ut pro libertatis ſtudio genti inſito par erat: ſed maieſtati ipſi nihil decerptum fuiſſe perſpicimus. Rex ſingulari cura prouidebat rebus tam ſacris, quam politicis, cognoſcebat cauſſas arduas, ſortem definiebat principum, et arbitria denique belli ac pacis, legum, foederum, uectigalium ſibi ſumebat. Optimates quidem *cooperatores* ſuos eſſe iuſſit; ſed ideo imperium cum ipſis haudquaquam diuiſum cenſebatur. Nec praetermittenda erant in commentariis noſtris iſta commoda, quae tabulae legum afferunt ſcientiae priuatae, politicae, ſacrae, itemque annalibus et rei literariae. Quum fines regni Ludouiciani ſcrutaremur, nonnihil operae in Geographia huius aeui adornanda poſuimus pagosque cum locis ſuis recenſuimus; mappa regni Franciae orientalis accuratius, Carolidarum re diplomatica abſoluta, concinnari poterit. Multos in ſtemmatibus illuſtrium ad Carolingicum ſanguinem, aut certe ad nobiliſſimas huius aetatis ſtirpes reuocandis ualde defatigari, inter omnes conſtat. Tametſi in ſpinoſo huiusmodi negotio ſaepiſſime opera perditur ac oleum: ducum tamen et comitum aliorumque uirorum dignitate conſpicuorum memorias, libellorum noſtrorum ope, ab obliuione uindicauimus, ut ii, quibus genealogicae

quae-

quaeſtiones curae ſunt, habeant, in quo induſtriam exerceant et ingenium. Si modum forſan tibi, LECTOR HVMANISSIME, in rebus hiſce non ſeruaſſe uideor: te etiam atque etiam rogo, ut me non in tabularum tantum critica uerſari, ſed et, quantum diplomatica aliis diſciplinis praeſtet auxilii, declarare uoluiſſe, cogites; nec argumentorum copiam iis, quibus ſumtuoſa ſcriptorum opera peruolutare non licet, haud ingratam fore ſpero; horum potiſſimum ſtudiis ſubuenire contendo; ab his etiam facile ueniam impetrabo, quod nondum omnem rem diplomaticam Carolingicam hoc uolumine expoſui, cuius largus apparatus tertium uolumen requiret. Dies diem docet; non multis abhinc annis diplomatica locupletari coepit inſtrumentis inſignibus. Quapropter acceſſiones quasdam undique collectas ad uolumen prius addere non dubitaui, ut tandem aliquando, quod uno impetu fieri non poteſt, imperatorum ac regum Germaniae archiuum reſtituatur, chartarumque regiarum critica perficiatur. Quo labore feliciter ad exitum perducto, praeſtantiorem quidem diplomatices partem illuſtratam exiſtimamus; ſed totum campum diplomaticum uix pertinaciſſima diligentia emetietur. In orbem nouum transferri uidebuntur, qui pontificum Romanorum bullas et antiſtitum ſacrorum codicillos ad normam certam uſumque communem redigere ſtudebunt. Nec quisquam ducum, principum, comitum, nobilium, ciuitatium literarum documenta certis legibus ſubiecta fuiſſe negabit, quas indagator ſagax pro temporum ac regionum uarietate diuerſas deprehendet. Ecquas commemorabimus priuatas chartas? Quis non perſpiciat ſtatas earum formulas? Quis ſanam illarum criticam ſtabiliri poſſe deſperet? Quodſi uero chartarum priuatarum lapidem Lydium eruerimus, maxima certe utilitas inde in ius priuatum, praecipue Germanicum, redundabit. Non deſunt hodie induſtriae inſtrumenta, ſed paucis uenerabiles iſtas antiquitatis reliquias intueri placet; placent ingenii ieiuni oblectamenta mox peritura. Vehementer laetarer, ſi mentes quaedam egregiae ad lacunas rei tabulariae explendas erigi poſſent; quamobrem, pace tua, LECTOR CANDIDE, latius exponere iuuat, quae, mea quidem ſententia, ad chartarum ſtudium utiliter proſequendum ualeant, atque adeo deſiderentur.

I. *Origines diplomaticae.* Non neſcio eos, qui origines et antiquitates artis ſcribendi perquiſiuerunt, ut reliqua literarum monimentorum genera, ita et tabulas reſpexiſſe; reſpexerunt autem magis chartarum externa, quam interna, de quibus nos potiſſimum ſumus

 ſoliciti.

ſoliciti. Omnis fere conatus in antiquitates Hebraicas, Graecas et Romanas effundebatur; at diplomatum initia ea, qua decet, opera nondum inueſtigata reperio. Nonnihil e commentariis de re libraria Hebraeorum hauriri poteſt; nec interpretes IEREMIAE c. XXXII negligendi ſunt, in quo inſtrumentum publicum condi h. e. literae emtionis ſcribi, ſigno ac teſtibus muniri, publice approbari et diligenter cuſtodiri iubentur. De re diplomatica Graeca diſſerit in Lib. VI palaeographiae MONTFAVCONIVS, uel potius de quibusdam tabulis Graecis mediae aetatis; ſed parum ad artis formam. Quod ad Romanas literas attinet, in hoc genere excellit aeternum opus BARNABAE BRISSONII de formulis et ſolennibus populi Romani uerbis, quo ad chartarum interna diiudicanda nihil poteſt eſſe accommodatius; externis delectantur plures.

II. *Hiſtoria diplomatica.* Si hiſtoriam diplomaticam dicas hiſtoriam regis, prouinciae, periodi cuiusdam tabularum fide roboratam: eam hodie non negligenter tractari nouimus. Annalium enim auctores commentariis ſuis certatim codices diplomaticos adiungunt ac propemodum erubeſcunt ſine tabulis loqui. Sic hiſtoriam diplomaticam hic non definio, ſed eam narrare uolo, quando diplomata, quo auctore, quibus ex cauſſis condita fuerint, num adhuc ualida habeantur, an nouum robur acceperint, an in diſceptationem uenerint. Nemo non intelligit, in hiſtoria tabularum maioris momenti, quibus interdum procerum, collegiorum religioſorum et urbium ſalus nititur, ſtudium in primis collocandum eſſe; reliquae tenuem poſtulant operam. Illuſtriſſ. SCIP. MAFFEI hiſtoria diplomatica inſigni laude digna, licet imperfecta, antiquitates diplomaticas tradit. Hiſtoria diplomatica continetur

III. *Hiſtoria diplomatica eriſtica* ſiue *polemica*, quae uel ad bellum omni rei diplomaticae illatum, uel ad controuerſias ſingulares reſpicit. In utroque genere uiri ſolertiſſimi elaborarunt, quos appellauimus in commentar. tom. I §. 2. Nauiter impudentem eum eſſe oportet, qui arti noſtrae, inimicorum impetu iam fracto compreſſoque, tela ſordida minari audeat. Sed lites ſingulares plenius commemorari poſſunt; neque enim de chartis tantum imperatorum, ſed etiam de pontificum bullis, et aliorum regum principumque tabulis acriter dimicatum fuit.

IIII. *Hi-*

IIII. *Historia rei diplomaticae literaria* multo latior patet. Quae generatim in historia literaria, cuius sciagraphiam in apparatu iurisprudentiae literario exhibuimus c. XXV, obseruanda: ea quoque in historia diplomatica literaria exponantur, fata nimirum artis ipsius, librorum, auctorum, adiutorum notitia, &c.

V. *Thesaurus diplomaticus*. Artes permultae nunc thesauros suos ostentant, quamquam thesauri uocabulo uaria tribuitur significatio. Thesaurus enim modo systema tradit, modo lexicon, modo principia cognoscendi siue fontes, modo libellos undique collectos. Vltimi generis thesaurum meditor, mihique hanc legem statuo, ut 1) commentationes tantum breuiores, eaeque rariores admittantur. Nonulla enim opuscula fugacia uel grandioribus uoluminibus inserta scrutantium eludunt studium, 2) specimina omnia singularem locum diplomatices illustrent, quibus 3) in annotationibus uel calculum nostrum, uel, sicubi uisum fuerit, dissentiendi rationes addemus. 4) Peregrino sermone scripta linguam doctam induant; ac 5) nouae denique disquisitiones de istis argumentis, quae nondum satis dilucidata uidentur, proferantur. Exemplum huiusmodi thesauri iam exhibuit WENCKER. in apparatu et collectis archiuorum.

VI. *Bibliotheca diplomatica* adiuuat bibliognosian diplomaticam, ac propterea ad historiam diplomatices literariam pertinet, si bibliothecae ideam notiorem retineas, quae si paullulum dilatetur, libros etiam indicabit, in quibus diplomata euulgantur. Cel. BVDER. consilium de bibliotheca diplomatica adornanda olim ceperat, sed ipsi bibliotheca diplomatica erat

VII. *Index diplomaticus*, quem et repertorium siue regesta diplomatica dixeris, cuiusmodi opus utilissimum adhuc exspectatur. Laude sua defraudanda non sunt GEORGISCHII regesta diplomatica: at rerum gnari facile intelligent, non cuiusuis esse, hoc saxum uoluere. Aggrediantur opus, qui subsidiorum copia affluunt, nec labores fugiunt assiduos. Notas chartarum chronicas studiose definiant, quia tempora tabulis typis exscriptis adiecta fallunt saepissime. Index doceat, utrum ex authentico, an ex apographo diploma edatur. Si quando plures idem diploma ex authentico descripserint, nec uariantes lectiones negligendae uidentur. Auctores igitur omnes, qui tabulas de scripto recitarunt,

aut

aut eas commentariis, licet fontes non adierint, illuſtrarunt, ſcire expedit. Enarrentur ſtrictim chartarum argumenta; indicentur ſigilla, monogrammata et alia, ſi qua occurrant, ſingularia. Diplomaticam ipſam ad artis regulas perpolituri initium ab eorum, qui rempublicam moderantur, literis capiant. Regna ſingula ſingularem poſtulabunt operam.

VIII. *Diplomatica Imperatorum* et *Regum Germaniae* a nobis, annuente Deo, explanabitur; ſi qui in laboris, cuius materiam usque ad Maximiliani I Imp. aetatem collegi, ſocietatem uenire haud grauentur: iis conſilia mea qualiacunque et ſupellectilem meam offero lubentiſſime. Meliora ſi quis me edocuerit, ea numquam non grata mente celebrabo.

Imperatricum auguſtarum diplomatica, noſtris curis elaborata, nouis ſubinde augeri poterit acceſſionibus.

VIIII. *Diplomatica Regum Romanorum* ſtudium noſtrum pariter ac

X. *Diplomatica Vicariorum imperii R. German.* ſolicitat, atque extremam manum exſpectat.

XI. *Diplomatica Pontificum Romanorum* ſubſidiis abundat iuſte digerendis et critice expendendis; teſtor bullarium magnum Romanum. Auctores perinduſtrii noui operis diplomatici Gallici hoc penſum expedire ſtudent.

XII. *Diplomatica archiepiſcoporum*, *epiſcoporum*, *abbatum* etc. in MABILLONII commentariis leui brachio tractatur. Tam locuples hic locus, ut multorum otio ſufficiat.

XIII. *Diplomatica ducum*, *principum*, *comitum*, *ciuitatium* etc. prorſus fere inculta iacet, quamquam ex ea fructus eximios repetere posſimus.

XIIII. *Syſtema rei diplomaticae uniuerſae* uix ante concinnari poterit, quam libri iſti diplomatici, quos deſideramus, elaborati fuerint. E ſyſtemate ſine multo negotio manabunt

XV. *Elementa rei diplomaticae.* Iam exſtant huiusmodi libelli iſagogici, ſed ad imperatorum diplomaticam potiſſimum ſpectant.

XVI. *Critica chartarum priuatarum* iam ad ἀκμὴν perducta uidetur, ſi largam commentariorum de fide inſtrumentorum ſegetem intueamur. Multas ſane obſeruationes frugiferas, e legibus praeſertim, iſti depromunt; ſed de uetuſtarum tabularum fide rite ſtatuendi regulas non edunt idoneas, quippe quae ſine hiſtoriarum et anti-

et antiquitatum notitia, antiquorum legum doctorum libellis minus familiari, formari nequeunt.

Paucis, quis nesciat? totam rem diplomaticam cogitatione complecti contingit; proinde partem aliquam digne pertractasse poeniteat neminem. Quum externus chartarum habitus cum codicum ueterum ornamentis quodammodo consentiat: rei librariae antiquitates arti nostrae foecundam lucem adspergunt, quamquam decora quaedam diplomatum propria inueniuntur.

XVII. *Palaeographia diplomatica* a MABILLONIO diligenter peruestigata fuit; multo maiorem operam eidem impendunt auctores Gallici *noui operis diplomatici*. Notarum Tironis enodandarum artem perspicue docent WALTHERVS et CARPENTIER, aliosque chartophylaces exemplo suo monent, ut senescentibus literis succurrant. Dum uetera scribendi genera reuoluo, non possum, quod haud aegre feres, LECTOR OPTIME, hunc locum relinquere, priusquam antiquitatis honori symbolum quoddam consecrauerim. Gens nimirum SCHEVRLORVM de *Defersdorf*, et auita nobilitate et insignibus in res Noricas meritis clarissima, asseruat fragmentum literarum in charta Aegyptiaca aut certe corticea exaratarum, quod Illustris et generosissimus Dom. CHRISTOPH. THEOPHILVS SCHEVRL de *Defersdorff*, inclutae reipublicae Norimbergensis senator optimarum artium cultoribus perquam uenerabilis, generisque sui splendoris amplificator maximus, usibus meis, qua est benignitate, grata memoria semper praedicanda, concessit. Iam SCHWARZIVS quondam noster, cuius gloria numquam intermorietur, hanc chartam uiderat, eamque in diss. de ornamentis codicum ueterum §. VII non Aegyptiacam, sed corticeam existimauerat, testimonio nixus PANCIROLLI in thesauro uariar. lection. l. I c. 28, qui haec commemorat: *Longobardi tenues tilias e tabula abrasas, glutineque compactas, pro charta habuerunt, quarum paginae quaedam uetustissimae eorum characteribus scriptae apud me exstant.* Eiusdem generis chartam intellexisse uidetur ANGELVS ROCCHA in biblioth. Vatican. p. 379, itemque OLAVS WORMIVS in Museo suo seu historia rerum rariorum. *Aliam a charta Aegyptiaca*, inquit Wormius, *uerae papyri speciem ex arundine, ut putatur, confectam, Lugduno Batauorum ad me transmisit filius, Wilhelmus Worm. Folium longum*

eſt pollices ſeptem, latum quatuor, colore non plane candido, ſed ad flauum inclinante, craſſiuſculum et neſcio quo glutine obductum; ubi enim charta complicatur, rimulas contrahit leuiuſculas. Quae apprime in monimentum noſtrum peruetuſtum conuenire putat SCHWARZIVS, cui eo libentius aſſentior, quod et ſcriptura natales Langobardicos prodit. Ita uero uir omnis antiquitatis peritiſſimus chartam deſcribit: *Eſt hoc magnae uetuſtatis fragmentum pagina quaedam ſeptem fere digitos ſiue duodecimas partes pedis adhuc alta; paullulum ultra pedem Norimbergenſem longa, ceterum ex omni parte manca;* (contextus uerborum docet, tabulae nihil fere, quod ad longitudinem attinet, deeſſe) *cui per modum literarum, uti hodie uocantur, patentium ex una tantum facie codicilli latine inſcripti fuerunt, in quibus centum ſolidos pauperibus et in laminas* (lege luminaria) *eccleſiarum legatos eſſe legimus, cuius ſcripturae ueteris Italo-Gothicae ante mille et plures annos uſitatae, reſiduos characteres alio tempore exhibituri ſumus. Haec ipſa charta haud ſecus ac Wormiana eſt craſſiuſcula, colore fere flauo et obſoleſcente, et neſcio quo glutine obducta, ex temporis iniuria hinc inde iam laeſa et diſrumpi ac in pelliculas ſolui coepta, ita, ut facili opera in ſtamen ſuum et ſubtemen, ex quibus compoſita eſt h. e. in duas potiſſimum partes, alteram aduerſam literis ſignatam, alteram auerſa in literis uacuam, diſſolui poſſe uideatur. Iſtorum uero corticum fibras, ope glutinoſae cuiusdam materiae compoſitas, non tantum quaſi ſingulas contemplari licet; ſed ubi etiam ex uetuſtate iam diſſoluitur charta in ea ſuperficie, quae ſcripturam refert, ſtriae iſtae atque fibrae diſſoluuntur ſecundum altitudinem; in altera uero ſuperficie, quae uacua eſt literis, fibrae ſecundum longitudinem diſſoluuntur. Ex his, opinor, quomodocumque intelligi poteſt, quaenam fuerit charta corticea, cuiusmodi chartae reliquias, quamuis identidem ſcriptores quidam commemorent, haud tamen adhuc deprehendi, qui eius chartae conditionem ſatis luculenter deſcriberent; ſaepius uero obſeruo, qui corticeam chartam cum Aegpytiaca confundant.* Iam VLPIANVS in l. 52. de Legat. III chartam corticeam innuiſſe uidetur. Librorum appellatione, ait, continentur omnia uolumina, ſiue in charta, ſiue in membrana ſint, ſiue in quauis alia materia; ſed et ſi *in philyra aut in tilia (ut nonnulli conficiunt)* aut in quo alio corio: idem erit dicendum. Quodſi in codicibus ſint membraneis uel chartaceis uel etiam ebcreis uel alterius materiae uel in ceratis codicillis, an debeantur,

beantur, uideamus etc. Teſtamenta etiam in tabulis, chartis, membranis et in alia materia ſcribi potuiſſe, diſcimus ex §. 12 I. de teſtament. Vbi tabularum lignearum mentio fit, non chartae corticeae, ſed tabulae ligneae ceratae intelligendae ſunt. conf. SALMAS. de ſubſcribendis et ſignandis teſtamentis.

Scriptura proxime ad ſimilitudinem literarum accedit, quas in MABILLON. commentar. de re diplom. tab. I, 3, tab. LVIII et in ſupplem. p. 73 ſq. deprehendimus. Tab. I chartam in papyro ſcriptam atque titulum C. Iul. Caeſaris teſtamenti mentientem refert. Inſcriptio uiris ſagaciſſimis aliquamdiu impoſuit, ſed tandem MABILLON. animaduertit, fragmentum iſtud excerptum fuiſſe ex charta plenariae ſecuritatis, quam BRISSONIVS ex corticeo bibliothecae regiae archetypo primus uulgauit et poſt eum GABRIEL NAVDAEVS. Data eſt imperante Domino Iuſtiniano P. P. Aug. anno XXXVIII Rauennae P. C. Baſilii anno XXIII Id. Iul. indict. XII h. e. anno Chriſti DLXIV. Interpretationem eius attulit MABILLON. in ſupplem. p. 91. Additur aliud ſpecimen, quod LAMBECIVS in tom. VIII Caeſar. biblioth. exhibuit, hac adiecta annotatione: *Inter inſignes nonnullos atque raros codices manuſcriptos, quos anno MDCLXV in iam memoratae technothecae (arcis) Ambroſianae armario duodecimo praeter ſpem reperi, et poſtea Oeniponte in Auguſtiſſimam Bibliothecam Caeſaream Vindobonenſem transtuli; praecipuum fere locum obtinet Volumen aliquod peruetuſtum oblongum ex cortice arboris, continens ſcripturam quandam antiquam, et eam quidem latinam, ſed adeo obſcuram, intricatam, et lectu difficilem, ut ipſe hactenus nec ueram lectionem, nec uerum ſenſum, ratiocinando ſeu potius diuinando, aſſequi potuerim. Vt igitur etiam quilibet alii in eadem ſcriptura legenda et interpretanda perſpicaciam et dexteritatem ſuam poſſint experiri, exhibeo hic totum illud uolumen, ſumma, quantum fieri potuit, diligentia et fidelitate depictum, ac aeri inciſum: ſimul etiam adiungo ſpecimina duorum priuilegiorum, quae a Dagoberto I. et Carolo M. Francorum Regibus, anno Chriſti DCXXXIII et DCCLXXIX. imperiali monaſterio S. Maximini iuxta muros Treuirenſes conceſſa fuerunt, et eodem fere genere ſcribendi exarata ſunt. Deſumpſi autem ea ex R. P. Danielis Papebrochii S. I. doctiſſima diſſertatione de diplomatibus antiquis diſcernendis etc.* MABILLONIVS haec plenius illuſtrat.

„ Hoc ſpecimen, inquit c. l. p. 460, habet longitudinis ſeu lati-
„ tudinis fere duos pedes, altitudinis unum, quae proinde Cae-
„ ſarei uoluminis menſura eſt. Materia ex cortice arboris, teſte
„ Lambecio, nempe ex papyro (ut puto) Aegyptiaca, quae corti-
„ cis eſt ſpecies. Cum autem iſtius uoluminis ſcripturam poſt Chri-
„ ſtum natum factam eſſe conſtet; hinc etiam argumentum deſu-
„ mitur ad uſum corticis ab eo tempore demonſtrandum, quod in
„ capite VI libri primi oſtendimus. Ad haec mutila eſt in exordio
„ et in fine Caeſarei uoluminis ſcriptura, cuius etiam nonnulli api-
„ ces cancellariſtae oculos ac diligentiam fugerunt, adeo ut nobis
„ magnopere inſudandum fuerit, quo ſcripturae ſenſum quibus-
„ dam in locis aſſequeremur etc. Quaerat aliquis, quo ſcripturae
„ genere haec charta ſcripta ſit? Et id quidem haud procliue eſt
„ definire. Exiſtimem tamen poſſe appellari Italo-gothicam ue-
„ terem uſualem ſeu forenſem, qualis ante Langobardorum in Ita-
„ liam aduentum uſitata fuiſſe uidetur, ſaltem Rauennae, ubi Ex-
„ archi degebant. Hactenus de hacce charta uenerandae antiqui-
„ tatis, quae inſignem uenditionis formulam continet. Eam Ra-
„ uennenſem libuit appellare a loco, ubi ſcripta eſt, nimirum an-
„ no DIV. quo uix ullum antiquius autographum inuenire hacte-
„ nus licuit. Eodem (ut dixi) ſcripturae genere, eodemque aeuo
„ exaratum eſt teſtamentum, quod ſub Iulii Caeſaris nomine ex-
„ preſſum ex Petro Hamone accepimus, et in tabula I exprimi cu-
„ rauimus. Nec ullum erat indicium, quod nos ab hac perſua-
„ ſione reuocaret, immo uero omnia ad id nobis perſuadendum
„ concurrebant: cum non ſolum Hamonis teſtimonium, qui illud
„ Iulii Caeſaris eſſe dicebat; ſed etiam titulus, eodem ſcripturae
„ genere in auerſa chartae Aegyptiacae parte deſcriptus, idem
„ confirmaret. Sed ecce mihi Briſſonii formulas identidem re-
„ uoluenti occurrit in libro VI charta plenariae ſecuritatis, in qua
„ totidem uerba lego, quae in illo Hamonis ſpecimine ex Iulii
„ Caeſaris (uti ipſe opinatus eſt) teſtamento referebantur. Ita-
„ que non dubitaui, quin uere fragmentum eſſet ipſius chartae
„ ſpecimen illud Hamonis: quandoquidem in Bibliotheca regia
„ aſſeruatum erat iſtius chartae archetypum corticeum, ex quo
„ Briſſonius eam exſcripſit. Sed tandem repertum eſt ibidem

iſtud

„ istud Archetypum, quod integrum, et quidem in aes incisum,
„ in supplemento retulimus.

„ Illo itaque saeculo usitatum erat apud Rauennates hoc scripturae genus, ut patet tum ex Lambeciano instrumento, tum ex charta plenariae securitatis: quod utrumque Rauennae confectum est, et in cortice scriptum. Vnde per id tempus corticis seu chartae Aegyptiacae usum uiguisse certum est, atque scripturam forensem non uncialibus aut maiusculis constitisse litteris, ut scripti codices eius temporis constare solent; sed cursiuo charactere, qui a nostro Merouingico non multum recedit.„ Exempla quaedam huiusmodi scripturae exhibet etiam IO. ANDR. ASTEZATVS in praefat. ad Euangelistae Manelmi commentariolum de obsidione Brixiae p. 44 et 46. Tabulae autem istae datae censentur a. 759.

Quum itaque charta nostra scripturam Italo-Gothicam aut Langobardicam referat; eam quoque tabulis istis, quas MABILLONIVS recensuit, uetustate parem esse existimamus. Argumento eius perspecto, certiora fortasse patebunt. Tentabimus igitur literas interpretari:

Item praecipio ut in insola - - - uense dentur per - - - - - - - - luminaria per omnes Dei sanctas ecclesias uel qui ad ipsam diocesin pertinent solidi centum et ad pauperes omnes in pd (praedicta) in insola solidi centum similiter uolo ut dentur in c - - - ella qui sunt super ciuitatem Salonitanam tam in luminaria sanctarum ecclesiarum quam ad pauperes id est asinio: Tilup bielio. geniter. una cum aliis: palea: seu clara: solidi centum re uero excepto quod in anteriore mea deliberaui uoluntate (tam) ad libertos meos quam ad alios uel quod in praesentes codicellos meos pro remedio animae meae etiam in luminaria uel ad pau-

peres dandum deliberaui (et quanti) remanserint in auro solidi uolo ut omnes pro redemptione captiuorum.

Extra omnem dubitationem positum est, chartam nostram fragmentum esse codicillorum, cuius auctor obscurus, nec locum, quo conditi fuerint, indicare licet. Ad priorem uoluntatem siue testamentum referuntur hi codicilli; quamobrem ex iuris Romani principiis ius testamenti sequebantur l. 8 §. 4. l. 14, 16, 18 ff. de iur. codicill. Primum, quod tabulae pronuntiant, legatum pium ad insulam quamdam spectat, cuius nominis literae primariae languescunt. Centum solidi impendantur luminaribus ecclesiarum, quorum curam sibi ualde commendatam habebat religiosa liberalitas. Si rem altius repetere liberet, ignem iam antiquissimis temporibus ad diuinum cultum adhibitum fuisse monstrari posset. Ignis etiam inter praecipua maiestatis insignia referebatur. uid. ESCHENBACH. diss. de igne augustis praelato. Quid? quod ad idololatriam igne Franci abusi sunt; quapropter Carolus M. in Capitulari Aquisgran. a. 789 c. 63 *de arboribus uel petris uel fontibus, ubi aliqui stulti luminaria uel alias obseruationes faciunt, omnino mandat, ut iste pessimus usus et Deo execrabilis, ubicunque inuenitur, tollatur et destruatur.* In antelucanis coetibus ueterum Christianorum luminarium, quae hodie in ecclesiis inueniuntur, origo quaerenda. B. HIERONYMVS eorum usum aduersus Vigilantium ita defendit: *Nam et absque martyrum reliquiis*, inquit, *per totas orientis ecclesias, quando legendum est euangelium, accenduntur luminaria, iam sole rutilante, non utique ad fugandas tenebras, sed ad signum laetitiae demonstrandum; unde et uirgines illae euangelicae semper habent accensas lampades suas etc.* Luminaria deinde in rebus sacris iure quodam firmo requirebantur, ita, ut et Carolus M. in Legibus Langobardorum in BALVZ. t. I Capit. p. 356 a. 801 c. 43. sanciret: *Vt uos episcopi, qui in omnibus nonas et decimas accipitis, in uestra prouidentia sit, quatenus ecclesiae uel capellae, quae in uestra parochia sunt emendentur et luminaria eis praebeatis, ut in eis presbyteri uiuere possint.* De conseruandis luminaribus cautum Cap. VI, 4 a. 819, item Capit. a. 823 c. 5: *Ne uero ecclesiae illis commissae in restauratione aut in luminaribus iuxta possibilitatem rerum ab illis negligantur, uestra nihilominus inuigilare debet solertia. Et sicut alios probibetis, ne de mansis ad*

ſis ad eccleſiae luminaria datis aliquid accipiant, ſic et uos et ueſtri archidiaconi de eisdem manſis nihil accipiendo aliis exemplum praebeatis, ſed potius ad id, ad quod data ſunt ſeruire concedantur, ut totum, ſicut dictum eſt, in reſtauratione eccleſiarum et luminaribus ueſtra auctoritate et ſtudio cedere poſſit. Teſtor etiam magnam praeceptorum, praeſertim regiorum, copiam, quibus iura quaedam fiſci ad luminaria concinnanda conceduntur. Pauperibus eiusdem inſulae codicilli noſtri relinquunt centum ſolidos, aliudque largitatis documentum addunt, quod ad ciuitatem, ni fallor, Salonitanam pertinet. Salonarum urbs perantiqua Dalmatiae iam in commentar. C. IVL. CAESARIS de bello ciuili L. III memoratur. Salonae namque, Caeſari deditae, a M. Octauio obſidione premebantur; ſed ciues Romani, qui Salonas incolebant, in proxima Octauii caſtra irruperunt, eumque cum ſuis in naues confugere coegerunt. Salonas etiam Diocletianus Imp. tamquam in patriam ſuam ſe recepit, poſtquam ſe imperio abdicauerat. Salonis deinde ſedes epiſcopi conſtituebatur. Vberiorem urbis Salonitanae notitiam ſuppeditat LVCIVS in libr. de regno Dalmatiae et Croat. cui acceſſit THOMAE archidiac. Spalat. hiſtoria Salonitanorum pontificum atque Spalatenſ. Si in urbe Salonitana error nullus, inſula, cuius initio mentio facta, uicina fuiſſe uidetur; plures autem in iſtis partibus reperiuntur inſulae, quarum nonnullae habent epiſcopos; forſitan Aruenſem inſulam charta noſtra admittit. Sed quid uerba iſta: *in C . . ella, qui ſunt ſuper ciuitatem etc.* ſignificent, ex aliis audire, quam definire malo. Occurrit quidem, etiamſi non fueris Oedipus, *capella*; nec ſpernendae eſſent *capellae*, niſi ueſtigia uocis obſoleſcentis in exitu minus obſcure referrent *cella* aut *tella*. Nemo neſcit, cellas *loca* dici *ſecreta et ſolitaria, quae ab hominum ſeparata conuictu ſunt ad contemplandum et Deo uacandum ſpecialiter deputata.* Ita Bonifac. VIII c. 3 de uerb. ſignif. Monachi diuiſis in cellis habitabant, earumque magna reperiebatur multitudo; fortaſſe igitur reliquae huius uocabuli literae cellarum numerum indicant. *Catallum* ſiue *catellum* ex *capitale* formatum obſeruat du FRESNE, uſumque inualuiſſe, ut hacce appellatione bona omnia mobilia, cuiuscumque generis ſint, intelligantur, quamquam pro pecude praecipue uſurpetur. Si *catella* hic admitti poſſent, fundus quaſi monſtrari uideretur, unde legatum ſoluatur. Videant alii, an *catellum*

lum chartis Langobardicis haud minus notum ſit, quam Anglicis. *Caſtella*, ſi hariolari licet, et in urbem et in hoc ſcribendi genus magis conueniunt. Vocabula alia *caſticella*, *caſella*, *locella* nec charta, nec ſcriptura ferre uidetur. Ceterum in hoc quoque legato teſtator luminaribus prouidet et pauperibus. Pauperum nomina ut obſcura, ita dubito, an omnia bene fuerim interpretatus. Literae enim *a* et *u*, item *r* et *ſ* aegre inter ſe diſcernuntur. Monachi interdum pauperes dicuntur Chriſti; in medio relinquam, an charta monachos innuat. Formula: *pro remedio animae* nihil frequentius in tabulis uetuſtis. Qui animae ſaluti omni, quo docet, ſtudio conſulunt, documenta etiam maximae contentionis ſuae edent; quo pertinet exhortatio Seruatoris noſtri et diui Apoſtoli. DANIELIS uatis admonitio c. IV u. 24 a multis peruerſe explicatur; certe nobismet ipſi imponimus, ſi beatorum ſortem nobis tamquam *mercedem* (ita loquuntur tabulae) pro operibus noſtris imperfectis audeamus uindicare. MVRATOR. in antiquit. Ital. t. V p. 712 de redemtione peccatorum; unde olim locis Deo dicatis multa oblata fuere et de indulgentiarum origine erudite diſſerit. *Redemtiones* et *remedia peccatorum* ſaeculo Chr. V iam commemorare SALVIANVM l. I aduerſ. auaritiam obſeruat. Phraſis *pro remedium animae meae* occurrit etiam in papyro Rauennate a Cl. V. SCIPIONE MAFFEO p. 143 diplomat. edita, quam uir doctiſſimus ad tempora praecedentia annum Chr CCCCLXXVI refert. Adde diploma Dagoberti I, Francorum regis in MABILLON. t. I annal. Benedict. et MARCVLFI formular. l. II form. 4. At enimuero, ex ſententia MVRATORII, formula *pro remedio animae*, familiaris quidem eſſe coepit poſt ſaeculum Chriſti ſeptimum: dubium uero eſt, an antea adhibita fuerit in donationibus piis. „Tenebras autem hinc depellere poſſet altera philyra Rauennas, ex „Archiuo Bononienſi, deprompta et a MABILLONIO in ſupplement. ad libr. de diplomatica producta, inter quam et a MAF„FEO editam multum ſimilitudinis intercedit et in qua pariter „formulam habemus *pro ablutionem* et *remedium animae meae*. Ve„rum et illius aetas ignota eſt ſubtractis nempe notis chronologi„cis; niſi quod ſubſcribit *Anaſtaſius V. H.* (id eſt uir *Honorabilis*) „*Ekcabin.* qui ſi forte *Scauinus* fuit, uti uidetur ueri ſimile, ſatis „proderet, chartam ſpectare ad ſaeculum nonum.„ Deinde offert

offert MVRATORIVS codices duos poenitentiales, e quibus modos redimendi peccata difcimus. Frequentiffimus modus *eleemofynae* nomine fignificabatur atque ita definiebatur : *Si quis forte non potuerit ieiunare et habuerit* (fupple *facultates*) *inde dare ad redimendum fe poterit. Si diues fuerit, pro uno anno det folidos XXVI; fi uero pauper fuerit, det folidos III. Neminem uero conturbet, quia iuffimus dare XXVI folidos, aut minus, quia facilius eft diuiti dare XXVI folidos, quam pauperi dare folidos III. Attendat namque unusquisque, cui dare debeat fiue pro redemtione captiuorum fiue fuper fancto altari fiue pauperibus.* Quae cuncta ad chartam noftram explicandam apprime faciunt. Solidorum non tantum in legibus Romanis, fed et antiquis Germanicis mentio fit, prout iam oftendit du FRESNE in gloff. u. *folidus.* Hic aureos folidos deprehendimus, quales et aliae chartae Langobardicae habent. uid. MVRATOR. c. l. t. II p. 769; quamquam nec argentei folidi ignorantur. In libello de menfuris antiqui fcriptoris anonymi apud GOESIVM inter fcriptores de re agraria legitur : *duodecim unciae libram, uiginti folidos continentem, efficiunt, fed ueteres folidum, qui nunc aureus dicitur, nuncupabant.* Quae de pretio folidorum fcire expediat, MVRATOR. c. l. p. 773 luculenter expofuit : IACOBVS GOTHOFREDVS, uir inter eruditos Legum interpretes celeberrimus, illuftraturus legem unicam Tit. 24 de oblat. uotorum, Lib. 7 Cod. Theodof. ad argumentum hoc plura congerit, quae defcribere fuperuacaneum puto. Illud folum meminiffe iuuat, fub Conftantino Magno (fi fides Gothofredo) octoginta quatuor Solidos, fiue Aureos, conftituiffe Libram auri; et Solidos feptem Vnciam auri : quae tamen fententia a GRONOVIO improbata fuit. Quod certum eft, Valentinianus fenior feptuaginta duobus Solidis conftare Libram uoluit, non Aureorum pondere imminuto, fed eorum tantum numero imminuto in libram, ac proinde extrinfeca eorum aeftimatione aucta. Quot autem denarii aerei olim Solidum aureum conftituerent, CASSIODORIVS nos docet Lib. prim. Epift. 10 fcribens : *Sex Millia denariorum folidum effe uoluerunt* : quod et ex Codice Theodofiano confirmari poteft. Memorantur etiam apud ueteres *Siliquae*, earumque mentio occurrit in Lege 258 Rotharis inter Langobardicas, ubi iam adnotaui ex Gregorio Magno, *Solidum aureum* conftare apud Romanos *ex uiginti quatuor Siliquis.*

ISIDORVS ex *uiginti* tantummodo Solidum constituit. Verum non minus olim, quam nunc, auro et argento bellum indicebatur a Principibus, atque a populis singulis curantibus, ex eorum pretio adaucto captare lucrum. Ac propterea instabilis eorum semper aestimatio fuit, et arduum propterea negotium nobis foret rite materiem hanc pertractare. Ingentem sane pretii monetarii mutationem necesse est inuexerit tempus et hominum cupiditas. Videtur enim Libra auri redacta tantummodo ad Solidos XX aureos. Id Carolus Magnus indicat in Lege 23 *de Heribanno* inter Langobardicas, ubi haec habet: *Qui uero non habuerint amplius in suprascripto pretio, ualente nisi Libras III. Solidi XXX. ab eo exigantur, id est Libra una et dimidia.* Supra quoque audiuimus Anonymum testantem, Libram auri completam fuisse XX Solidis. Ad haec nouimus ex altera eiusdem Caroli Lege, quae est 76. *de omnib. debit.* inter Langobardicas, quot denariis olim Solidus aureus constaret, nempe XL, sed procedente tempore pretium redactum ad XII denarios dumtaxat fuit. *De omnibus* (ita ibi legitur) *debitis soluendis*, id est de poenis fisco debitis persoluendis, *sicut antiquitus fuit consuetudo, per XII denarios Solidi soluantur per totam Salicam Legem, excepto si Leudes, id est Saxo aut Frixo Salicum occiderit, per LX denarios Solidi soluantur.* Vti animaduerti in notis, Codex Estensis diserte habet per XL *denarios*, non uero per LX. quod et BALVZIVS adnotarat, MStos alios sequutus. Animaduerte etiam, quid habeat Synodus Francofordiensis Anno Christi DCCXCIV, quo confluxere etiam Episcopi Italici, considente eodem Carolo Magno. Ibi statutum fuit Canone IV, ut annona carius non uaeniret tempore caritatis, quam abundantiae, eaque *ad modium publicum, et nouiter statutum uenumdaretur. De modio de auena, denarius unus. Modo hordei, denarii duo. Modio Sigali, denario tres. Modio frumenti, denarii quatuor. Si uero in pane uendere uoluerit, duodecim panes de frumento, habentes singulos libras duas, pro denario dare debeat: sigalatios quindecim aequo pondere pro denario: ordeaceos uiginti similiter pensantes: auenaceos uiginti quinque similiter pensantes.* Tum Canone V aperte proditur, denarios illos *ex mero argento* fuisse. In Lege Salica Tit. 57 Cap. 5 *sexcenti denarii* reddunt *Solidos quindecim*. Et Tit. 2 Cap. prim. *centum uiginti denarii faciunt Solidos tres*, ita ut singuli Solidi constituerentur ex denariis XL. Neque mutatio illa pretii Solidorum tantum-

tantummodo facta fuit, ut poenae delictis impositae, quae ex Solidis indici solebant, minuerentur, imminuta extrinseca Solidorum aestimatione, sed etiam in publicum commercium idem usus pertransiit. Sed ad id, unde digressi sumus, reuertamur.

XVIII. *Characteristica diplomatica* tradat signa uaria, quae in chartis, praeter scripturam usitatam, reperiuntur. Signum κατ' ἐξοχὴν dicitur signum crucis, quod multiplici ratione formatur ac plerumque nominibus subscribentium praefigitur. Deinde signum dicunt codicilli monogramma siue characterem nominis. At non solum Imperatores et reges usi sunt monogrammatibus, quibus inuestigandis et ad artis formam redigendis operam dedit cel. BAVDIS. sed et pontificum Rom. episcoporum, ducum, comitum tabulae ostendunt monogrammata. Pauci, quos diplomata edere non piguit, de rebus hisce authentian chartarum potissimum fulcientibus, soliciti erant. Nemo minutias maiore cura annotauit, quam MVRATORIVS, uir solertissimus. Antiquitates eius Italicae medii aeui abundant materia, qua characteristica diplomatica exornari potest. In t. V p. 615 additur signo manus uirgultum, quod monumentorum sepulcralium inscriptionibus, non autem chartis familiare. Surculos hosce palmas interpretantur; proinde MARC. ANTON. BOLDETTVS L. I c. 42 sq. de coemeteriis sanctorum martyrum et ueterum Christianorum contendit, palmam in tumulis Christianis certissimum esse martyrii signum. Dissentiunt MABILLON. FABRETTI et in primis MVRATOR. c. l. p. 34; ac iure suo forsan dissentiunt, cum huiusmodi ramusculi in epitaphiis etiam ethnicorum et Iudaeorum, immo in chartis conspiciantur. Notis externis praeterea adnumero chrismon in capite chartae positum, cuius de significatione disquirit BARING. in claue diplomat. p. 112. Adnumero signa cancellariorum, notis Tironianis implicata, quorum interpretatio difficilior, nisi ob particulam *et* uerbum *recognoui* sequentem indicari putes *subscripsi* aut *signaui*. Adnumero signa notariorum, cuiusmodi exempla porrigit BARING. in claue diplomat. Vsus eorum, forma paullulum mutata, adhuc uiget. Adnumero denique inuestiturae symbola, quae una cum chartis saepius in tabulariis asseruabantur. conf. BIGNON. not. ad Marculf. formul. in BALVZ. Capit. t. II, p. 896 DV FRESNE in glossar. u. *Festuca*. Characteristices diplomaticae partem insignem constituit

XVIIII. *Sphragistica.* Quo amoenior sigillorum est notitia; eo plures tam nostro, quam superiore saeculo habuit cultores, quos appellauimus in apparatu iurisprud. liter. c. 18. IO. MICH. HEINECC. rei systematicam formam dedit, operamque eius nemo superauit. Subsidiorum uero copia in dies crescente, studium ualde dilatari poterit, cum maxime Germanorum tantum sigilla inuestigarit HEINECCIVS. Aliarum enim nationum uetusta monimenta alii rimentur uiri eruditi natalis soli gloria ducti. Vbi HEINECCIVS regulas artis exposuerat: de usu quoque sigillorum numismatico, grammatico et critico, historico, ac heraldico disseruit; sed omitti nequit usus forensis. Non ignoro, iam THEOD. HOEPINGK. de iure sigillorum librum composuisse, idemque argumentum in compluribus tractari dissertationibus: at multo utiliora docebant, qui cum arte sphragistica iuris praecepta coniungent. Ad hanc normam dissertationem de iure et auctoritate sigilli authentici, moderante ill. BOEHMERO habitam, paucasque alias academicas commentationes elaboratas animaduertimus.

XX. *Glossarium diplomaticum.* Singulari tabularum sermoni latino subuenit CANGII opus pulcherrimum; theotisco SCHILTERI, WACHTERI et FRISCHII glossaria. CANGII uolumina multis accessionibus augeri possunt, immo illa ab eruditissimo CARPENTERIO augeri audio et emendari.

Qui feliciter hoc labore perfungi cupiunt, ueteris linguae Germanicae notitiam sibi commendatam habeant. Vix enim dici potest, quantum ea lucis sermoni latino medio, aliisque linguis e latina natis tribuat. MVRATORIVS in t. II antiquit. Ital. origines linguae Italicae scrutatus uocabula plurima theotisca in usus suos uertit egregie. Glossaria Germanica, quae laudauimus, satis quidem ampla, sed ad nostrum scopum lexicon pertinet, in quo obscuriora tantum uocabula mediae aetatis explicentur.

XXI. *Archiuorum notitia.* Si bibliothecas, earumque fata nosse conducit, quidni tabularia exploremus? Fidem archiuorum, aedium praesertim religiosarum custodiae commendatorum, uindicarunt MABILLON., et Auctores noui operis diplomatici Gallici, qui et antiquitates et historiam quorundam tabulariorum attigerunt; sed latiorem archiuorum, praecipue Germanicorum, notitiam desidero. Scriniis multis flamma, uis hostium, aliaeque calamitates publicae

blicae exitiosae erant; nonnulla expilabantur; alia restituebantur; nec chartophylacum de re diplomatica bene merentium memoria intercidat.

His omnibus rite apparatis, e diplomatica utilitates infinitae ad alias scientias profluent. MVRATORIVS, uir summus, in antiquitatibus suis mediae aetatis, ex tabulis maximam partem haustis, luculenter ostendit, quantum prosit antiquas chartas excutere. Nos etiam diplomata imperatoria ac regia aliarum disciplinarum usibus assignare contendimus. Historiarum autem et iuris studio potissimum opitulatur diplomatica. De historia diplomatica iam supra disseruimus §. II. At non ciuilem tantum historiam, sed etiam ecclesiasticam et literariam, item et antiquitates, numorum cognitionem, artesque omnes cum historia coniunctas apprime illustrat tabularum doctrina. Sic

XXII. *Chronologia diplomatica* eo praestantior est, quo firmioribus nititur fundamentis. Tabulae multae iam, temporibus libellorum ope rite computatis, dispulsae; plures forsan dispellentur. Monachi Benedictini Congregat. S. Mauri, qui ingenii industriaeque gloria aliis longe praestant, Lutet. Paris. 1750 opus ediderunt hac inscriptione ornatum: *L'art de verifier les dates des faits historiques, des chartes, des chroniques et autres anciens monimens* &c. quod diplomatibus certe tantum, quantum ab iis accepit, luminis reddit; nemo postulabit, ut in rem tam inuolutam nullus error irrepat. conf. apparat. iurisprud. c. XIII.

XXIII. *Genealogia diplomatica* hodie multis est in deliciis. Etenim non illustrium tantum, sed et nobilium inferioris sortis familiarum, singularibus, meritis fulgentium, origines studiose peruestigantur, omnisque fides in uetustis chartis collocatur. HAMELMANNVS in Chronico Oldenburgensi, non ab omni labe immuni, iam saec. XVI (primus forsan) et chartas et sigilla protulit; sed pauci eum imitati sunt. Nunc genealogiae diplomaticae documenta habemus gentis augustae Habspurgicae et Guelficae splendidissima. conf. apparat. iurisprud. c. XIIII.

XXIIII. *Heraldica diplomatica* hodie, quantacunque est, diplomatica censetur, quia ius armorum per literas summorum principum impetrari sueuit. Operam igitur non perdent, qui huiusmodi codicillos dispersos conquirere, regulasque ex illis eruere haud grauabun-

)()()(3

buntur. Exemplum offendimus in CHRISTINAEI iurisprudentia Heroica. conf. apparat. iurispr. c. XV.

XXV. *Geographia diplomatica* in hoc Commentar. Volumine §. XXI, 9 adumbrata fuit. conf. apparat. iurispr. c. XVI.

XXVI *Iurisprudentia ex diplomatibus illustranda*. Vt legum studium uarias formas habet: ita omnibus fere tabulae auxilium ferunt.

I. *Ius gentium* ratione, moribus et pactis conflatur. Quare saepius *pacificationum*, *tractatuum*, *conuentionum*, *foederum* tabulas inspicere iubemur, quas collegerunt LEIBNIT. in Cod. iuris gentium diplomatico, DV MONT in *corps universel diplomatique du droit des gens*, SCHMAVSS. in corpore iuris gentium academico. HEMPEL. in *allgemeinen Europaeischen Staats- Rechts Lexico oder Repertorio*. ROVSSET in *recueil historique d'actes* &c. LAMBERTY in *memoires pour servir a l'histoire du XVIII Siecle*. Ex his systemata concinnari possunt. conf. apparat. iurisprud. c. XXXIIII §. 267.

II. *Jus publicum* pro diuersitate rerum publicarum uarium. Nostram industriam occupet ius publicum imperii Rom. German. quod hodie literarum instrumentis nondum in commoda omnia, quae praestant, uersis abundat. Tametsi enim iustis iuris publici Imperii uniuersi systematibus non caremus: capita tamen eius singularia, et ordinum imperii iura publica particularia, chartarum beneficio, diligentius explanari possunt. conf. apparat. iurispr. c. XXII et XXXXV.

III. *Jus priuatum* praecipue *Germanicum* strenuo quidem studio hodie excolitur, sed crebrius leges antiquae et statuta, quam chartae euoluuntur. Themata quaedam singularia diplomatice dilucidata exstant; nos etiam de Salmannis, de iudiciis Germanorum legitimis, et de uera uocis comeciae significatione, diplomatibus in medium adductis disseruimus; sed latiorem iuris Germanici ex tabulis secundum certas aetates restituti expositionem mox D. V. dabimus. Formulae uetustae a LINDENBROGIO, BALVZIO, MABILLONIO, ECCARDO nobiscum communicatae magni sunt aestimandae; sed multo maioris pretii putamus traditionum tabulas, quae uarias caussarum figuras non fictas, sed usu rerum comprobatas sistunt. Quis enim omnes donationum, uenditionum, testamentorum, inuestiturarum, manumissionum &c. codicillos enumeret? Disceptatur saepius, utrum negotii cuiusdam forma

forma sit iuris Germanici, an a iure subsidiario repetenda? differatne ius peregrinum a domestico? qui mores sint obsoleti, qui Romanis permixti, qui nouam formam induerint? Diplomata dubitationes saepissime tollunt. Rem exemplis declarabimus. Inter iuris interpretes non conuenit, quid hodie de adoptionum usu statuendum sit. KVLPIS. in diss. de adoptionibus et emancipatio-
„ nibus principium §. 2 arbitratur, ipsum ius adoptionis adhuc
„ superesse, cuius uigori nihil detrahitur, raro, an frequentius
„ exerceatur, quamquam tam rarum illius usum deprehendi uix di-
„ ci potest, si quis exempla adoptionum, arrogationumque passim
„ obuia, diligentius attendat consideretque. STRVV. in iurisprud. Heroicae P. IV c. 5 itidem usum adoptionum multis exemplis roborat. Accedit LEYSER. meditat. Spec. XX, 2. Cel. ENGAV element. iur. Germ. l. I §. 312 adoptionis Germanicae usum minus frequentem, imo nullum esse coepisse putat, ex quo testamenti factio recepta est; Romanae uero neque magnum esse, neque nullum hodie. THOMAS. in diss. de usu practico tituli institut. de adoptionibus c. 2 §. 3. *adoptionem proprie dictam nullius esse usus asserit in foris Germaniae, et ne quidem obseruabilem, quia Germania ignorat patriam potestatem Romanam*; et §. 10 de exemplis passim iactatis dubitare uidetur. Ad quaestionem hanc enodandam res diplomatica Imperatorum non nihil afferet adiumenti. Scil. ad manus meas peruenit codex M S. hac epigraphe signatus *Formularbuch allerhandt gueter vnnd der besten Formlen wie die in Kaiser Karls des funfften teutschen Reichs - Canzley gebraucht und durch Georg Knoden von Regenspurg Jrer Kays. May. zur selben Zeit vnnd biss zu Ende Jrer May. Kayserlichen Regirung gewesenen Canzley verwanten zusammen gezogen vnnd gebracht worden.* 1565. Libellus non inanes formulas, resectis nominibus temporumque notis, sed ipsa tradit diplomata, iubente Carolo V Aug. edita, quorum nonnulla iam typis euulgata comperi. Inter tabulas hasce occurrit confirmatio adoptionis, cuius commentatores iuris non meminerunt. En! literas ipsas:

WIr Carl etc. Bekhennen etc. Wievvol vvir aus angeborner Guette vnnd Khey. miltigkheit alle Zeit genaigt sein, allen vnnd jeglichen vnsern vnnd des Heil. Reichs, auch vnserer Erblichen Fürstenthumben vnnd Landten, vnderthanen vnnd gethreuen, vnser

Khey.

Khey. gnadt vnnd miltigkheit mitzutheilen, So ist doch vnser Khey. gemuet aus Pflicht vnsers Khey. Ambts mehr bevvegt, das Weiblich geschlecht mit sondern vnsern Khey. gnaden zu versehen vnnd zu bedenckhen. Wann vns die Wolgeborn vnsere liebe andechtige Elisabeth von der Neuberburg Wittib vnnd Grefin zu Werdenburg, in vnser gegenvvertigkheit vnnd beysein, der Edlen vnser lieben gethreuen Anthonj vnnd Selatin, Herrn zu Eysenberg gebrueder, mundtlich vnnd auch schrifftlich anzaigen lassen, vvie bej Zeiten Ihres hausvvirths, vveilandt Grafe Felixen von Werdenburg, Sy khein Khindt ervvorben hette, villeicht auch iezo nicht geschickht vvere, das Sy einich Khindt aus Ihrem Leib gebehren möchte, vnnd aber die Gelegenheit Ihrer Herrschafften, heuser vnnd Vnderthanen bedechte, vvas vnraths Zertheiluug vnnd entbehrung, gegen denselben khunfftigkhlich entstehen möchte, aus vilfeltigkheit der Erben, so in Burgundj, Franckhreich, Lotringen vnnd andersvvo, die alle vermeinten Gerechtigkheit daran zu haben, so Sy vbernacht, ohne leibs Erben, oder sonst in Zeit ihres Lebens gesezte Erben, mit todt verschaiden vvurdt, mit fleiss ervvegen vnnd zu herzen geführt, vnnd darumb in Betrachtung der vilfeltigen threuen dienst vnnd freundtschafften, so Ihr die obgemeldten Ihre lieben Vettern, beede Gebrueder von Eysenberg, in Ihren grossen nötten vnnd obligenden sachen, je vnnd allvvegen mit höchsten fleiss erzaigt vnnd bevvisen, auch zu dem das Sy vom Gebluet die nechst gesippten vnnd vervvanthen seyen, vnnd niemandt näher, oder so nahendt, vvie Sy, Aus disen vnnd andern villfeltigen redlichen vnnd bevveglichen Vrsachen, hab Sy vor guetter vveil, den obgenanten Ihren Vettern von Eysenberg, vestigklich versprochen vnnd zuegesagt, Sy zu ihren rechten eehlichen Khindern vnnd Erben, aller ihrer Gueter, Lehen vnnd aigen, in bestendigister Formb der Rechten zu adoptirn, zu ervvehlen vnnd aufzunemmen, innhalt eines brieffs vns deshalben furbracht, der von Wortt zu Wort also lauttet. Jch Elisabeth geborne von der Neuberburg, nachgelassene Grevin zu Werdenberg vnnd dem Heiligenberg, Fravv zu Moselburg, Zelnern vnnd Berburg &c. aus allerhandt Ganberschafft vnnd in freyen ledigen stand, Thuen khundt vnnd erkhennen hiemit gegen menigkhlichen, so als vnnd nach dem in gemeinen

meinen Rechten eines Weibsbildt die mit kheinen khindten verſehen, zu troſt vnnd ergezung der khindtſchafft, gnedigkhlich vergunt vnnd zuegelaſſen vvirdt, das Sy mit Bevvilligung der gebührlichen Obrigkheit, Ihre vervvanthen, oder auſslendige Perſonen, zu ihren rechten eehlichen khindern vnnd Erben adoptirn, ervvehlen vnnd verſchaffen mugen. Und dievveil Ich nun laider mit kheinen khindten verſehen, vnnd auf diſsmal aller khindtſchafft troſtloſs bin, hab ich mit zeitiger Betrachtung vnnd vvolbedachtem Mueth, fleiſſigkhlich ervvegen, das ich meine täg mit vil kranckheiten beladen gevveſen bin, dardurch ich ſchvverlich khinder hernachmals bekhummen möcht, auch das fleiſſig anſuechen vnnd begern, meiner freundtlichen lieben Schvveſtern, Margarethen von der Neuberburg, Abbteſſin zu Paum, mit ſambt den Vnderſöſſen, meiner Herrſchafft Möſelburg, die mich zum dickhermal threulich erindert vnnd gebetten haben, zu betrachten, vvas groſſen Vnraths, empörung vnnd Zerſtörung, meinen herrſchafften und Guethern khünfftigkhlich entſtehen möcht, aus vilfeltigkheit der Erben, die alle vermainten gerechtigkheit daran zu haben, ſo ich on leibs angeborne, oder ſonſt in Zeit meines lebens inſtituirte und geſezte Erben, mit todt verſcheiden vvürdt, vnnd noch vill andre redliche bevvegliche dapffere Vrſachen zu herzen geführt, Dievveil dann Anthonj vnnd Selatin Gebrüeder, Jungherrn zu Eyſenbergkh, herrn zu Humagen vnnd ſanct Johansbergkh &c. mein allernechſte vervvanthe freundt vnnd rechte natürliche Erben ſein, vnnd mir ſtettige, villfeltige Guetheit, dienſt, hilff vnnd beyſtandt, in meinen ſchvveren kranckheiten, eehafften nötten vnnd obliegenden ſachen, mit herzlicher threu vnnd gunſt, mehr dann alle andre meine vervvanthen, erzaigt haben, vnnd teglich erzaigen vnnd bevveiſen, dervvegen Ich hievor in leben, vveilandt des Wolgebornen Herrn Felixen Grafen zu Werdenburg vnnd dem heiligenberg &c. meines lieben herrn vnnd Gemahels ſeeligen, auch nach ſ. L. abſterben, den vorgemeldten meinen lieben Vettern von Eyſenberg, Sy zu meinen rechten eehlichen khindten vnnd Erben, in aller beſtendigiſter vnnd beſter form der Rechten, zu adoptirn, ervvehlen vnnd aufzunemen, vnnd aller meiner Guether nach meinem todt rechtmeſſige beſizer vnnd Innhaber zu machen, bej thrauen vnnd glauben,

an leiblichen geschvvornen Aidtsſtatt, veſtigkhlich verſprochen vnnd zuegeſagt, davon Ich Ihrn L. auch ſonderlichen ſchein vnder meinem handtzaichen vnnd Inſigl verruckhter vveil vberantvvortet, So nun ſolches in leben meines lieben herrn vnnd Gemahels ſeeligen, mein freyer Will vnnd gemuet gevveſt iſt, vnnd jetzt nach abſterben meines lieben Gemahels mir alle Gerechtigkheit meines Guetts vviderum ganz vnnd gar, Sundern ohne alle mittl heimb vnnd zuegefallen ſein, dieſelben zu vbergeben vnnd zu vereuſſern, nach meinem Wolgefallen, damit nun ſolcher mein Will ſein gebuhrliche Würckhung erraichen mug, So hab Ich Eliſabeth vorgeſchriebne die eehgenanten mein freundtliche liebe Vettern, Anthoni vnnd Selatin, jetzt als nun, vor als nach, zu meinen rechten eehlichen Khindten, Erben vnnd Nachvolgern, aller meiner guether, gerait vnnd vngerait, bevvegliche vnnd vnbevvegliche, Lehen vnnd Aigenthumb, in aller beſter vnnd beſtendigiſter form, maſse, Weiſs vnnd geſtalt, ſo ich das im Rechten am allerbequembſten vnnd beſtendigiſten thuen ſoll, khan, oder mag, mit freyen Willen vnnd zeitiger vorbetrachtung adoptirt, ervvehlt vnnd aufgenummen, vnnd aller meiner Guether nach meinem todt gevviſse vnnd rechtmeſſige Erben, beſizer vnnd Innhaber zu ſein verordnet, vnnd hiemit in Crafft dizs briefs vviſſentlich adoptirn, ervvehlen, aufnemmen vnnd verordnen, Inn aller maſs vnnd geſtalt, als ob dieſelben aus meinem leib, eehlich vnnd natürlich erzaigt vveren, Solches alles vnnd jedes, vvie obſtehet, verſprich, gelob vnnd gerede Ich Eliſabeth, vorgemeldt, ſtett, veſt vnnd vnverbruchlich zu halten, vnnd davvider in evvigkheit nimmermehr zu thuen, auch nicht ſchaffen, verhengen, oder geſtatten, das gethan vverde, bey meinen freulichen ehren, threuen vnnd glauben, an aidtsſtatt, hievvider mich nichts auf diſer Welt ſchuzen, ſchirmen, noch erretten ſoll, dann ich mich freyvvilligkhlich mit vvolbedachten muet, aller gnaden, Privilegien, ſindten, Rechten vnnd Auſszugen, ſo mir mit ichten dagegen zu ſtatten gelangen möcht, genzlich verzigen vnnd begeben hab, vnnd hiemit vnnd in Crafft diſer ſchrifft, aller vorberurter Ding vvol vnderricht, vviſſentlich, herrlich vnnd zierlich, verzigen vnnd begeben, Vnnd zu vrkhundt der Warheit hab ich diſen brief mit aigner handt vnderzaichnet, vnnd mein Inſigl daran

ran vviſſentlich henckhen laſſen, vnnd zu mehrer beſtettigung aller vnnd Jeder vorgeſchribnen ſachen, den Hochvvirdigiſten in Gott Furſten vnnd Herrn, herrn Johann ervvelten zu Trier vnnd Churfurſten, das Ihr Churfl. gnd. damit obgenante meine lieb Vettern, khinder vnnd Erben, ſolcher khindtſchafft vnnd Erbung zu obangezeigten effect, alles deſto ſicherer vnnd gevviſser ſein mugen, Ihr Inſigl zuvor an dieſen brieff hengkhen thuen, vnderthenigkhlich erbetten, vvelcher vvir Johann von Gottes gnaden ervvelter zu Trier &c. vnnd Churfurſt, durch bitt vnſerer lieben beſondern, Eliſabeth von der Neuberburg, nachgelaſsne Gräfin zu Werdenberg &c. vnſer Inſigl zuvor an diſen brieff vviſſentlich zu vveitterer beveſtigung hengkhen laſſen, auch ferrner hab Ich Eliſabeth obgemeldt, den gedachten meinen lieben Vettern, khinden vnnd Erben, bey vvahren threuen vnnd glauben, veſtigkhlich verſprochen vnnd zugeſagt, das Ich alles zu mehrer bekhrefftigung berurter adoption vnnd erhebung der Röm. Khey. Mayt. vnſers allergnedigiſten herrn, gnedige authoriſirung vnnd beſtettigung dergleichen, auch andere Landtsfurſten vnnd Lehenherrn, da es die notturfft erfordern vvirdt, zuelaſſung vnnd bevvilligung, threulich verſchaffen vnnd auſsbringen ſoll, vnd ob Sy mit dieſer, oder einicher andern berurten vnnd nachvolgender verſchreibung nicht gnuegſam verſorgt vveren, oder vvurden, So ſoll vnnd vvill Ich Ihren Liebdten, dann all ſolch vnnd dergleichen verſchreibung zu verbeſſern, vnnd in alle beſtendige vnnd förmliche Weg zu richten, allezeit ſchuldig vnnd verpflicht ſein, damit Sy immer zu ſolcher erbung vnnd nachvolgung deſto ſicherer vnnd gevviſer ſein mugen, Geben in meinem Schloſs Zelner am Montag nach Viti vnnd Modeſti, vvelcher da gevveſen iſt, des 19 tags des Monats Iunii in dem Jar vnſers herrn 1531. Haben vns darauf gemeldte Eliſabeth an ein, und Anthonj vnnd Selatin gebrueder von Eyſenberg, am andern theil, ſelbſt perſönlich diemuetigkhlich angeruffen und gebetten, das vvir aus Khey. macht, volkhummenheit, ſolche adoption vnnd aufnemung in Ihren innhalt zu confirmiren, zu beſtetten, auch alle vnnd Jede defectus vnnd gebrechen, der vorgenanten Eliſabethen, dievveil Sy nie khinder gehabt, auch villeicht khein bekhummen vvirdt, zu ſupplirn, zu erfüllen vnnd zu diſpenſirn, vnnd auch für uns

selbst, als der Landtsfurst vnnd Lehenherr vber die translation derselben Gueter, so vill dern von vns sonderlich zu Lehen gehn, zu consentirn vnnd zu bevvilligen gnedigkhlich geruhten, Also haben vvir solch diemutig vnderthenig bitt vnnd vilfeltige gethreue Dienst, so vns vnnd vnsern Vorfahren löblicher gedechtnus, der gemeldten Elisabethen vnnd von Eysenberg voreltern, je vnnd allvvegen erzaigt haben, vvie auch Sy Elisabeth vnnd die itzt gemeldten Ihr Vettern von Eysenberg, vnns vnnd vnsern Nachkhummen, hinfüro threulich thuen sollen vnnd mugen, gnedigkhlich angesehen, vnnd darumb mit vvolbedachtem muet, gueten Rath vnnd rechter vvissen, erstlich alle vnnd Jede, vorberurte vnnd andere Gebrechligkheit vnnd verhinderung, so diser adoption, von Rechts oder Gevvohnheit vvegen, zugegen sein möcht, dergleichen alle gebuhrliche Solenniteten vnnd zierlig: aufs Khey. Macht vnnd Gevvalt, genzlich vnnd volkhummenlich, supplirt, erfullt vnnd dispensirt, vnnd allen gemeinen beschribnen vnnd vnbeschribnen Rechten, Statuten, Privilegien vnnd Landtsgevvonheiten, so davvider mit ichten thun möchten, genzlich vnnd zumal derogirt vnnd die vorberurt adoption, ob angezaigter gestalt authorisirt, confirmirt, bestettigt, auch als Landtsfurst vnnd Lehenherr, vber die translation derselben guether, so vill deren von vns sonderlich zu Lehen gehen, gnedigkhlich bevvilligt, Vnd supplirn, erfullen, dispensirn, respectiue derogirn, authorisirn, confirmirn, bestetten vnnd bevvilligen, das alles von Röm. Khey. macht, volkhummenheit, vvissentlich in Crafft dizs brieffs, vnnd meinen, ordnen, sezen vnnd vvöllen, das nun hinfüran evvigkhlich obgemeldte adoption khrefftig, mechtig vnnd bestendig sein, vnnd die gemeldten von Eysenberg gebrueder genzlich dabey bleiben, von menigkhlich gehandthabt, vnnd kheines Wegs davon gedrungen vverden, dabey vvir Sy auch allezeit so vil vvir das mit Recht vnnd von billigkheit vvegen thuen mugen, genzlich handthaben, schüzen vnnd schirmen vvöllen, vnnd das Sy sich derselben allenthalben gebrauchen, nuzen vnnd geniessen sollen vnnd mugen, von allermenigkhlich vnverhindert, Doch vns vnnd dem Reiche, auch vnserer Erblichen Furstenthumben vnnd Landten, an vnser Obrigkheit, Lehenschafft vnnd menigkhlich an seinen Rechten vnschedlich. Vnd gebiethen

then darauf allen vnnd jeden &c. das Sy die obgenant, Elisabeth vnnd die Gebrueder von Eysenberg, an berurter adoption vnnd Erbung, auch diser vnser Khey. confⁿ, bestettigung vnnd bevvilligung, khein Irrung, noch verhinderung thuen, Sundern in allvveg, vvie obstehet, vnverlezt bleiben, vnnd Sy der gebrauchen, nuzen vnnd vnverhindert geniessen lassen, vnnd hievvider nicht thuen, noch des Jemandts andern zu thuen gestatten, als lieb einem jeden sey, vnser vnnd des Reichs schvver vngnadt vnnd straff, vnnd darzue ein Peen nemlich 40 Marck lötigs Goldtes zu vermeiden, die ein jeder, so offt Er freventlich hievvider thete, vns halb in vnser vnnd des Reichs Cammer vnnd den andern halben theil den vorgemeldten von Eysenberg vnnachlesslich zu bezalen verfallen sein solle, mit vrkhundt &c. anhangenden Insigl, datum Regenspurg 13 Julii 1532.

Comes uidua Werdenbergia iure communi *feminis prole carentibus* facultatem adoptandi, *consentiente* quidem *magistratu*, concessam opinatur. At quod innuit ius commune? Romanum? Imperator §. 10. I de adoptionibus sanxit: *Feminae quoque adoptare non possunt, quia nec naturales liberos in sua potestate habent, sed ex indulgentia principis ad solatium liberorum amissorum adoptare possunt.* conf. Rescriptum Dioclet. et Maximian. Aug. l. 5 C. de adopt. THOMAS. diss. cit. c. I §. 13; sed comes adoptans nunquam sobolem susceperat; nec magistratus cuiusuis, licet legitimi, auctoritas huic negotio, principis indulgentiae reseruato, par esse uidebatur. Leo Imp. in Nou. XXVII mulieribus quoque, quae numquam pepererunt, ius adoptionis impertitur; quis uero nescit, hoc imperatoris placitum ad nos non pertinere? Quare mater adoptiua aut temere ius commune solicitauit, aut ius commune non intelligendum est Romanum. Dum Carolus V Aug. illustris feminae precibus annuit, ipse quidem iuris communis scripti et non scripti mentionem facit, sed ita, ut iuri communi derogare uideatur. Preces enim Werdenbergiae legibus minus consentaneas iudicauit, *quia ista liberos nec habuit umquam, nec sperare potuit;* auctoritate tamen Caesarea suppleri posse ea censuit princeps, quae leges in adoptione mulierum desiderauerint. Quis non perspiciat, ius commune Romanum agnitum quidem, sed moribus patriis temperatum, immo eneruatum fuisse? Non subscribimus omnino THOMASIO c. I.

§. 15 tradenti, principem iniuſtas adoptiones potuiſſe confirmare. *Pone*, inquit, *coram magiſtratu patrem filiam ſuam feminae ſexagenariae etiam in adoptionem dediſſe. Erat uitioſa adoptio, quia coram magiſtratu feminae non adoptare poterant. Sed quis negaret, principem has adoptiones ſine iure factas reſcripto ſuo confirmare potuiſſe.* Conſtat, in uocabulo *iniuſti* luſum eſſe. Cautius MARCELLVS l. 38 ff. de adopt. dixit: adoptio *non iure* facta, a principe confirmari poteſt. Si Werdenbergiae per iura Germanica adoptare non licuiſſet, Imperator certe illi nullam adoptandi poteſtatem, in detrimentum aliorum, potuiſſet tribuere, haud ſecus ac principi ſummo nec teſtamentum hominis teſtari prohibiti ratum habere, nec ſpurium filiorum legitimorum numero adſcribere conuenit, ubi quorumdam iura interuertuntur. Adoptio apud Germanos pactorum hereditariorum iure cenſetur, quibus nihil frequentius, nihil natione noſtra dignius; huiusmodi pactum et in tabulis noſtris eo maiori iure Caeſar confirmauit, quod ipſi bona quaedam matronae adoptantis nexu clientelari obſtricta erant. Dices: pacto de hereditate in Eyſenbergios transmittenda roborato adoptionem ſuperuacaneam fuiſſe. Non repugno. Sed Werdenbergia in graui adoptionis titulo heredibus ſuis electis praeſidium maximum contra reliquorum propinquorum impetus parare uoluiſſe uidetur, licet illa nec patriam adquiſierit poteſtatem, nec filiis iura ſanguinis tribuerit. Sic, ut in aliis cauſſis, nomenclationem Romanam retinuimus; rem ipſam dereliquimus. Sic mirum non eſt, legum antiſtites hodie inter ſe diſſentire, cum praeſertim exemplum noſtrum doceat, utramque ſectam et uſum iuris Romani in adoptionibus confirmantium et tollentium, a uero propius abeſſe. Sic de gloſſis commentatorum adoptioni mulierum praecipue adnexis rectius ſtatuemus. Ill. MOSER. in *Staats-Recht* P. XXII n. 119 de adoptionum uſu Germanico latius diſſerit.

Depromemus etiam arrogationis confirmationem: Wir Carl etc. bekhennen etc. Alſs vnſer vnnd des Reichs lieber gethreuer, Chriſtoff Rauber durch ſeinen vollmechtigen Anvvaldt, den Erſamen gelerten vnſer vnnd des Reichs lieben gethreuen, Wolffen Paumgartner Lehrer der Rechten, vnderthenigklich hatt fürbringen laſſen, Welchermaſſen ſeine eeheliche Hauſsfrau von vveilandt

landt Ruprechten Perckhaimer Ihrem vorigen eehelichen Haufsvvirth zvvey Khinder, ein Suhn vnnd eine Dochter erobert, vnnd alfs derfelb Ihr Haufsvvirth mit todt abgangen, hette Er Sy zu feiner eehlichen Haufsfrauen genummen. Nachdem Er nunmals in das 18 Iahr mit Ihr gehaufet, vnnd aber nie khein khind mit ihr gehabt, auch feines Leibs fchvvachheit halben, noch kheines gevvartendt vvere, vnnd dann vorberurter feiner Haufsfr. Suhne Thoman Herman Perckhaimer in Zeit Ihrer beyder beyvvohnung vnnd noch teglich dermaffen gehorfamlich vnnd feines Willens gehalten vnnd erzaigt, darob Er jederzeit ein fonders Wolgefallen getragen vnnd noch truege, vnnd derhalben, auch dievveil Er feins Alters bey 22 Iaren, vnnd in kheines andern Gevvalt, Sondern für fich felbft ein Iunger gefchickhter Gefell, vvere Er Chriftoff Rauber defsvvillens aus oberzelten Vrfachen, und fürnemlich, auch dievveil Er doch ohne das fein eehliche Muetter zu einer eehlichen Haufsfr. hette, die Ihme alle threu, hilff und gehorfam, erzaigte, vnnd in villfeltigen feinen khranckheiten threulich beigeftanden, vnnd noch thette, Ihne für feinen eehlichen Suhn anzunehmen, vnnd vvie fich von Rechtsvvegen gebührt, zu arrogirn, Wie dann derfelb Thoman Her. Perckhaimer fich hervviderumb gegen Ihme gehorfamlich erbotten, vnnd mit höchfter Begirdt begert, fich Ihme, als einem natürlichen eehlichen Vatter, mit leib vnnd Guet zu vndergeben, vnnd Ihme alles zu laiften vnnd zu erzaigen, das ein natürlicher eehlicher Suhne feinem rechten natürlichen Vatter zu laiften vnnd zu erzaigen fchuldig vnnd pflichtig fej, vnnd vns darauf diemütigklich angerueffen vnnd gebetten, dievveil folche handlung gemeinen vnfern vnnd des Reichs gefchribnen Rechten gemefs, vnnd daran zvvifchen Ihnen beeden khein Verhinderung vorhanden, das vvir in folche arrogation vnfer Khey: authoritet vnnd Decret zu interponirn, daffelb zu confirmirn, zu beftetten vnnd zu becrefftigen, gnedigklich geruchten, defs haben vvir angefehen folch fein diemuetig zimblich bitt, vnnd darumb auf vorgehender forderung beeder Partheyen, nach gehabter Frag Ihrer beederfeits Gemuets vnnd Willens, und Ihre gethane bevvilligung, auch handtgegebene threu, Zuefag vnnd Pflicht, die Sy an Aidsftatt vor vns an vnfern Khey: Hoffrath aneinander

beeder-

beederſeits gethan, Nemlich, das gemeldter Wolffgang Paumgartner, als Anvvaldt gemeldts Chriſtophen Raubers, der vorgenanten Thoman Her: in ſeinen Raub: vätterlichen Gevvalt annemen, vnnd Ihme alle vätterliche Lieb vnnd threu als ſeinen aignen eehlichen Suhne, dargegen derſelb Tho: Her: dem vorgenannten Chri: Rauber, ſich mit leib vnnd Gueth, in ſein Raubers vätterlichen Gevvalt ergeben, denſelben für ſeinen eehlichen Vattern erkhennen, Ihme alle khindtliche lieb vnnd threvv, erzaigen vnnd bevveiſen, vnnd ſich darinnen nichts verhindern noch abvvenden laſſen, Sundern alles das erzaigen vnnd bevveiſen vvölle, das ein eehlicher Suhn, ſeinem Vatter zu thuen vnnd zu bevveiſen ſchuldig vnnd pflichtig ſeye, vvelches gedachter Wolffgang Paumgartner an ſtatt als Anvvaldt offt genannts Chriſt: Raubers auch alſo angenummen, vnnd darauf den offtgenannten Her: an ſtatt vnnd im Namen vvie obſtehet, arrogirt hatt, mit vvolbedachtem mueth guettem Rath vnnd rechter vviſſen, in ſolche arrogation vnſer Khey: Decret interponirt, dieſelb gnedigklich confirmirt, beſtettigt vnnd becrefftigt, vnnd thun das alles von Röm: Kay: Macht, vviſſentlich in crafft ditzs brieffs, Mainen, ſezen vnd vvöllen, das die eehgemeldt arrogation khrefftig vnnd mechtig ſein, ſtett vnnd veſt bleiben, gehalten, volzogen, vnnd da vvider von Iemandts nichts fürgenummen, noch gethan vverden ſolle oder mugen, in gar khein Weiſe, noch Wege, Sonder die genanten Chriſtoff Rauber vnnd Tho: Hermann, ſich in crafft derſelben arrogation, nun hinfüran aller vnnd jeglicher Wolthaten, Gnaden vnnd Gerechtigkheiten, in Erbfellen, Wappen, Schilt vnnd Helm, ſtammen, Namen vnnd andern, ſo Ihnen von Rechts vnnd Gevvonheit vvegen zuegelaſſen, gebrauchen vnnd genieſſen, ſollen vnnd mugen, von allermenigklich vnverhindert, Ob auch in ſolcher arrogation, vnnd diſer vnſerer Khey: autoriſation, confon vnnd beſtettung einich ſolennitet vnnd Zierligkheit, nach Ordnung der gemainen geſchribnen Rechten vnnd den Gevvohnheiten, ſo ſich in ſolchem zu halten ferner gebührten, nicht gehalten oder geſchehen vveeren, dieſelben abgäng, mengl vnnd gebrechen, erfüllen vnnd erſtatten, vvir hiemit, von obberurter vnſer Khey. macht, aigner Bevvegnus vnnd rechter Wiſſen, in Crafft dies brieffs, Vnd gebiethen darauf allen vnnd Jeden Chur-

für-

fürſten &c. das Sy die obgenanten Chri. Rauber vnnd Tho. Hermann bej obberurter arrogation vnnd diſer vnſerer Khey. authoriſation, confᵒⁿ vnnd beſtettung nicht hindern, noch irren, Sondern Sy deren alles innhalts gerueigklich gebrauchen, genieſſen vnnd genzlich dabej bleiben laſſen, vnnd hievvider nicht thuen, noch Jemandts andern zu thuen geſtatten, in khein Weiſe, als lieb einem Jeden ſey vnſer vnnd des Reichs ſchvvere Ungnadt vnnd ſtraff, vnnd darzue ein Peen, nemlich 40 Marck löttigs Goldes &c. Vt in forma &c. mit vrkhundt &c. anhangenden Inſigl &c. Datum Augſpurg den 5ten Februarii 1551.

Luculentum ſane documentum arrogationis ad *iuris communis* normam factae. 1) Pater arrogaturus fruſtra ſoboli procreandae ſtuduiſſe ſe affirmat; quae pertinent ad l. 15 §. 2 ff. de adopt. *in adrogationibus cognitio uertitur, num forte minor ſexaginta annis ſit, qui adrogat, quia magis liberorum creationi ſtudere debeat, niſi forte morbus aut ualetudo in cauſa ſit, aut alia iuſta cauſſa adrogandi, ueluti ſi coniunctam ſibi perſonam uelit adoptare.* 2) l. 25 §. 1 eod. cautum: neque adoptare, neque arrogare quis abſens, nec per alium eiusmodi ſolemnitatem peragere poteſt. Imperator uero in noſtra arrogatione admiſit procuratorem, quia, ut THOMASIO c. l. §. 14 uiſum eſt, iure Iuſtinianeo, uel, quod ueriſimilius, moribus Germanicis, actus legitimos Romanos ignorantibus, arrogatoris praeſentia non requirebatur. Forſan Imperator, iuris communis haud immemor, abſentiam arrogatoris inter uitia actus huius numerauit, quae in confirmationis formula ſublata fuere. 3) Arrogatus ipſe actui adfuit, quia neque abſens neque diſſentiens arrogari poteſt l. 24 eod. deinde 4) cum omnibus ſuis bonis in poteſtatem patris arrogantis tranſiit (*ſich ihme, als einem natürlichen ehelichen Vater mit Leib und Gut zu untergeben*) l. 15 pr. eod. ac denique 5) nomen, arma, et reliqua iura et decora familiae conſecutus eſt. Nobilitatem ad filios adoptiuos apud Germanos non tranſmitti, ſatis exploratum eſt. conf. KNORR. de nobilitate adoptiua c. 2. Ab Imperatore, tamquam e fonte dignitatum, manat etiam nobilitas; quod ſi igitur Imperator nobilitatem per adoptionem propagari iuſſerit, quis ſingulares nobilitatis codicillos

requiret? quamquam in tabulis arrogationis, quas exhibuimus, filius adoptiuus a patre non nobilitatem, quam iam habuit, sed iura familiae Rauberianae reliqua obtinuit.

Accedat tertium specimen, literarum nempe emancipationis:

Wir Carl &c. Bekhennen &c. Als vnser vnnd des Reichs lieber getreuer, Augustin Rudolff zu Rechers Peuern vnderthenigklich fürbringen lassen vnnd zu erkhennen geben, vvie das Er einen Suhn hette, Georg genant, vvelcher seines alters nunmehr bey 20 Jahren erraicht vnnd in vverenden vetterlichen Gevvalt, ein Erbare nahrung, sonderlich von seiner Guetter, vveilandt sein Augustin Rudolffs eehlichen haussfr. ererbt vnnd vberkhumen, vnd derhalben des vorhabens vvere, damit ob sich nach dem Willen des Allmechtigen vber khurz oder lang begebe, das Er ohne eeheleibliche Erben, mit todt abgienge, alsdann seiner verlassnen Haab vnd Guether halb, desto vveniger stritt vnnd Irrung einfalle, ein Ordnung, Testament vnnd lezten Willen, vvie Er solches am bestendigsten vnnd khrefftigisten bekhumen möchte, fürzunemen, zu machen vnnd aufzurichten, auch Ihm derhalben als seinen Vatter vnnd vatterlichen Consenss vnnd Bevvilligung, bittlich angerueffen, die Er Ihm dann aus vätterlicher Lieb vnnd naigung, auch furnemlich in Ansehung, das er sich bissher gegen Ihme aller Khindtlichen gehorsam vnnd threue, zum allerhöchsten beflissen, kheinesvvegs abschlagen vvöllen, dievveil aber derselb seine Suhne noch zur Zeit in seinem vätterlichen Gevvalt verhafft, vnnd also solche Ordnung nach der scherff der Rechten ausserhalb vnserer gnedigen Bevvilligung vnnd Zulassung nicht vvol in das Werckh gebracht vverden möcht, vnnd vns darauf diemuetigkhlich angeruffen vnnd gebetten, das Wir gemeldtem seinem Suhne, hierin mit vnserer Khey. hilff vnnd fürsehung zu erscheinen, vnnd solchen seinen lezten Willen auffzurichten zu vergunnen vnnd zu erlauben, auch damit Er solches fals seins vätterlichen Gevvalts ledig gezelt vnnd emancipirt vverden möchte, vnsern Consens vnnd Bevvilligung in solche emancipation, die Er dann zu thuen vvillig vvere, zuegeben, auch vnser Khey.

autho-

authoritet vnnd decret, darüber zu interponirn, dieſelb zu confirmirn vnnd zu beſtetten, gnedigklich geruehten, deſs haben vvir angeſehen ſolch ſein vnderthenig zimlich Bitte, vnnd darumben auf vorhergehende erforderung beeder Partheyen, nach gehabter frag Ihrer beederſeits gemuets vnnd Willens, vnnd Ihre gethane bevvilligung, auch handt gegebene threu vnnd Zueſag, die Sy vor vns in vnſerm Khey. hoffrath gethan, Nemlich das gedachter Auguſtin Rudolff, gemeldten ſeinen Suhn Georgen ſeines vätterlichen Gevvalts erlaſſen, vnnd ihme Macht gegeben haben vvolte, hinfüro alles das zu thuen vnnd zu laſſen, das einer ſo ſeines aignen vnnd aus ſeines Vatters Gevvalt iſt, thuen vnnd laſſen muge, vnnd darauff den obgemeldten Georgen emancipirt mit vvol bedachtem Mueth, guetem Rath vnnd rechter Wiſſen, in ſolche Emancipation vnſer Khey. Decret vnnd authorität interponirt, dieſelb gnedigklich confirmirt, becrefftigt vnnd beſtettigt, Vnd thuen das alles hiemit von Röm. Khey. macht, volkhummenheit, vviſſentlich in crafft dizs briffs, vnnd mainen, ſezen vnnd vvöllen, das die obgemeldt emancipation khrefftig vnnd mechtig ſein, ſtett vnnd veſt bleiben, gehalten, volzogen, vnnd davvider von niemandts nichts fürgenummen, gethan, oder gehandlt vverden ſoll, oder muge, in gar khein Weiſe, noch Weeg, Sundern die genanten Auguſtin Rudolph vnnd Jörg ſein Suhne, ſich in crafft derſelben, aller vnnd iedlicher Wolthaten, gnaden vund Gerechtigkheiten, ſo Ihnen von Rechts vnnd gevvonheiten vvegen zuegelaſſen, gebrauchen vnnd genieſſen ſollen vnnd mugen, von allermenigkhlich vnuerhindert, Ob auch in ſolche Emancipation, vnnd diſer vnſer Khey. Autho. confirmation vnnd beſtettigung, einiche Solennitet vnnd Zierligkheit, nach Ordnung der gemeinen geſchriebenen Rechten vnnd der Gevvonheiten, ſo ſich in ſolchem zuhalten ferner gebühreten nicht gehalten, oder geſchehen vveren, dieſelben abgang, mengl vnnd gebrechen, erfullen vnnd erſtatten, vvir hiemit von obberurter vnſerer Khey. macht, aigner bevvegnus vnnd rechter Wiſſen, in crafft ditzs brieffs, vnnd gebiethen darauf allen vnnd iedlichen, Churfürſten &c. das Sy die genannten Auguſtin Rudolff vnnd Jörgen, ſeinen Suhn, an obgemeldter Emancipation vnnd diſer

vnſerer Khey. authori., confon, beſtettigung, erſtattung vnnd erfüllung, nicht hindern, noch irren, Sundern Sy der, alles Ihres inhalts gerueigkhlich gebrauchen, genieſſen vnnd genzlich dabey bleiben laſſen, vnnd hievvider nicht thuen, noch des Jemandt anderm zu thuen, geſtatten, in khein Weiſe, als lieb einem Jeden ſey vnſer vnnd des Reichs ſchvvere vngnadt, ſtraff, vnnd darzue ein Peen, nemlich 30 Marckh löttigs Goldes, zuvermeiden, die ein Jeder &c. vnnd den andern halben theil dem beleidigten vnnachleſslich zu bezalen verfallen ſein ſoll, mit vrkhundt &c. anhangendem Inſigl. Datum Augſpurg 13ten Aprilis 1551.

Imperator iterum *iuris communis* praeſcripta, et, ni fallor, conſtitutionem in primis Iuſtiniani Imp. in l. ult. C. de emancip. reſpicit, qua licentia ei, qui emancipare uult, tribuitur, *uel ex lege Anaſtaſiana hoc facere uel ſine ſacro reſcripto intrare competentis iudicis tribunal, uel eos adire magiſtratus, quibus hoc facere uel legibus uel ex longa conſuetudine permiſſum eſt.* Emancipatio noſtra ea mente ſuſcipiebatur, ut filius poteſtatem teſtamenti faciendi adipiſceretur; nam filius familias teſtamenti faciendi ius non habebat; adeo quidem, ut quamuis parentes ei permiſerint, nihilo magis iure teſtari poſſit. princ. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. *Rigida* haec iura ſunt, quae Caeſar innuit, et auctoritate ſua mitigat. Germani hodie patriam poteſtatem, nulla emancipatione uel Anaſtaſiana uel Iuſtinianea adhibita, diſſoluunt; ſed duriora THOMAS. in diſſ. de quaſi emancipat. §. 27 loquitur: „ tantum abeſt, „ ut emancipatio Romana ullum uſum habere potuerit apud Ger- „ manos, ut potius aperte incurrat ſuſpicionem uel ignorantiae „ morum Germaniae, uel intempeſtiui amoris erga ius peregri- „ num, qui ſpretis modis facillimis patriis liberos dimittendi ex „ poteſtate uelit eos ſecundum ius Iuſtinianeum iudicialiter eman- „ cipare, ſaltem ut de uſu iuris peregrini prae patrio gloriari poſ- „ ſit. „ Mores patrios commodiores ſancte cuſtodiamus; ſeparata oeconomia maneat modus liberandi a patria poteſtate; aſt noli emancipationem iuris ſubſidiarii tamquam ineptam et legibus domeſticis contrariam aſpernari, quae nec apud nos utilitatibus ſuis deſtituitur. Etenim ſi firmiora cenſentur et euidentiora, quae,

principi-

principe uel iudice auctore, aguntur: nonne interdum salutari consilio emancipationem publice expediemus? THOMASII obiectiones reliquas discussit HEIMBVRG. in difficillimis emancipationis Romanae et Germanicae capitibus §. 65 sq. ill. LVDOLPH. P. II obseruat. p. 354 emancipationes iure Germaniae non sublatas, neque inutiles esse contendit, narratque controuersiam ideo inter patrem et uxoris defunctae cognatos ortam, quod filius a patria potestate non solutus, testamento relicto patrem heredem scripsit in bonis maternis. MOSER. c. l. c. 120 p. 431 emancipationis iuris communis caussam grauiter dixit. Specimina alia alius dabit dies. Iurisprudentia formularia, meo quidem iudicio, non posthabenda erit iuris patrii cultoribus, quippe quae, an leges uigeant, optime declarat. Iam sub initiis saec. XVI VDALRICVS TENGLERVS speculum laicorum (*Layen-Spiegel*) germanice conscripsit, quod thesauri instar erat istis temporibus, nostramque docere potest aetatem, de studio iuris Germanici excolendo iam tum cogitatum fuisse. TENGLERVS uarias formulas attulit; multoplures ALEXANDER HVGEN in Rhetorica sua siue in libro formularum, qui iam a. 1537 prodiit. Huius uestigia premit *Notariat- und teutsche Rhetorica* a. 1565 Francofurti diuulgata, ac multis exemplis, publici quoque iuris doctrinam illustrantibus, referta, quae alibi frustra quaesieris.

IIII. *Ius priuatum illustrium* formam quasi suam debet tabulis. Chartarum itaque inuestigatio diligentior huic iurisprudentiae generi erit utilissima. Nunc STRVVII iurisprudentia heroica, cel. HELLFELDII accessionibus amplificata, egregio opere, utimur, et, quod ad proceres Germaniae attinet, ill. MOSERI iuris publici systemate maiori.

V. *Ius canonicum, pontificium et ecclesiasticum* multa iam emolumenta cepit ex codicibus diplomaticis; maiora capiet, si diplomatica pontificum Rom. antistitum ecclesiarum etc. perfecta fuerit.

VI. *Ius feudale* sine pactis intelligi nequit; pacta in literis plerumque, quas dicunt, inuestiturae, consignantur. Ex his mores curiarum feudalium singularium, iisque inter se collatis, iuris clientelaris uniuersi placita colligi possunt. Materiam largam ad ius feudale Germanicum expoliendum proposuit LVNIG in corpore iuris feudalis, quod multis augeri potest uoluminibus. Reliqua iurisprudentiae genera etiam tabularum ope laetiorem fortunam nancisci posse, quis dubitet? Sed cum praefatio iam limites suos transgressa uideatur, filum abrumpo, et, si patientia tua, LECTOR HVMANISSIME, abusus fuerim, id ut argumenti tribuas ubertati, meaque studia qualiacunque tibi commendata habeas, summopere rogo. Vale. Altorfii Id. Nouembr. cIↃIↃccLII.

CAP. I

rum-
s cu-
clien-
d ius
rpore
liqua
nam
fuos
TOR
ber-
fum-

Cap. I

DE DIPLOMATIBVS LVDOVICI GERMANICI.

§. I.

§. 1. Initii formulae legitimae.

LVdouicus Rex, moribus auitis, tabulas ſuas, auſpice Deo, conſcribi iuſſit. Initii formula perpetua: *In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis.* Haec norma eſto; exceptionem ſuppeditant nonnullae chartae, quae ſimul annos imperii Ludouici Imp. patris notant, atque ita incipiunt: *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Dei omnipotentis*.uid. HVND. metrop. Salisb. t. I p. 150; t. II p. 9. PEZ. theſ. Anecd. t. I P. III p. 13, 15, 17. Deſideratur initiale uotum in quibusdam diplomatibus inter SCHANNATI tradit. Fuld. p. 193, 205 et 206; item in HVND. c. l. t. II p. 8. In SCHANNAT. dioeceſ. Fuld. p. 239 legimus: *In nomine domini Dei et Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti;* ſed codicilli hi plura loquuntur inuſitata. In cod. prob. hiſt. Wormat. p. 7 et 8 primordia capiuntur: *In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti;* ſed in tabulis fidei dubiae. Charta quaedam commutationis regiae apud PEZ. c. l. p. 199 hac fronte prodit: *In nomine ſanctae et unicae trinitatis*, curiae Regis minus ſolenni. Exceptione legitima altera nituntur placita et notitiae, item alia literarum documenta, diplomatibus non adnumeranda. 2. inſolitae.

§. II.

§. II.

Regis tituli. Regis inscriptio breuibus continetur elogiis: *Hludouicus diuina fauente gratia Rex.* *Hludouici* nominis orthographia eadem, quam habuit *Hludouicus*, pater; at sigillis et annalibus familiaris est *Hludoicus.* Pro *gratia* saepius occurrit *clementia.* Prioribus regni annis, cum Ludouicus Bauariae tantum praeesset, scribebatur: *Hludouicus diuina fauente* uel *largiente gratia Rex Baioariorum.* uide chartas apud HVND. et PEZ §. I indicatas. Ex quo in notis chronicis regni Franciae orientalis mentio fit, additamentum: *Baioariorum* omittitur; omitti igitur forsan deberet in tabulis HVND. t. II p. 8,

2. formulae suspectae. Franciam orientalem memorantibus. — Singularem formulam habet SCHANNAT. cod. prob. hist. Wormat. p. 7 et 8: *Hludouicus diuina prouidente clementia Rex.* Intolerabilem profert HARENBERG. hist. Gandersheim. p. 139: *Hludouicus Dei fauente clementia Romanorum Rex.* Disquiremus de chartis istis peregrinis §. XXXX.

3. Ludouicus nec *rex Germaniae* dicitur, Ludouicus quidem uulgo Germanicus et in historiarum commentariis ac libellis priuatis *Rex Germaniae*, item *Alemanniae* dicitur; sed curia regia non consentit. uid. diss. de insigni Germaniae eiusque regis titulo §. 4. In formulis antiquis Alsaticis c. 6 *Hl. Rex Germaniae* noster Ludouicus esse uidetur: quamquam nec stilus, nec exitus

4. nec *Imperator.* chartae id nomen sustinent. Sicut Ludouicus Imperator numquam fuit (§. XXII, 33): ita in codicillis sanis non appellatur Imperator. Quod nonnulli annalium auctores sibi indulgent, id ad exemplum non pertinet. ADAM. BREM. L. I hist. eccl. c. 24 sq. regem nostrum nuncupat Caesarem, pium, inclytum, orthodoxum, magnum. In charta synodi Wormatiensis apud SCHATEN. P. I Ann. Paderb. p. 163 Ludouici anni *imperii* numerantur, eiusque auctoritas *imperialis* dicitur. A *Guillelmo* in uita Hadriani II Pontificis Ludouicus

5. Stilus Pontif. Rom. inter Augustos refertur, quia ex familia Augusta prodierat. Quid? quod iam Benedictus III P. Lotharium, Ludouicum et Carolum filios suos gloriosos *Augustos* uocauit. HARDVIN. t. V act. concil. p. 107. In Nicolai I P. diplomatibus Ludouicus Rex dicitur *excellentissimus*, *reuerendissimus*, *gloriosus*, *inclytus*. Alii Pontifices *regem gloriosum* appellant, non *Caesarem.* Numquam hoc thema grauius, quam in bello diplomatico Lindauiensi, disputatum fuit, cum WAGENRECKIVS chartam uexatam Ludouico Regi, irrito sane conatu

tu atque ab aliis parthenonis defensoribus improbato, uindicare uellet; at CONRINGIVS in censura diplomatis c. 6 et 7, eiusque uindex TENZELIVS c. 8 n. 1 hoc commentum tam fortiter discusserunt, ut controuersia conclamata uideatur. Alius stilus placuit episcopis; concilium quippe Moguntinum a. 847 dicatur *domino serenissimo et christianissimo regi Ludouico uerae religionis strenuissimo rectori ac defensori sanctae Dei ecclesiae.* Episcopi Remorum dioeceseos atque Rotomagensis mittunt a. 858 epistolam *domino Hludouico regi glorioso.* Rex ipse in tabulis suis annos *regni* sui *orientalis Franciae* computabat, cuius etiam priuatae chartae mentionem faciunt; nonnullae tempora notant Ludouici regis *orientalium Francorum*, quaedam regis *Alamannorum*, aliae Ludouici *iunioris*, quem Ludouicum esse nostrum Germanicum satis constat, ubi cum Ludouico patre comparatur, sed post patris discessum e uita *senioris* nomen, ut a Ludouicis, filio et nepote ex fratre Lothario, discerneretur, accepit. uid. traditiones Frisingenses, Fuldenses, S. Gallenses etc. §. III-IIII. 6 episcoporum, 7. tabularum priuatarum.

§. III.

Praecepta sua Rex patefacturus uel omnes generatim compellat, e. g. *omnibus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, nec non et cunctis fidelibus sanctae Dei ecclesiae nostrisque praesentibus et futuris in regno a Deo nobis collato consistentibus notum sit.* PEZ. c. l. p. 18; uel sigillatim eos, quorum interest, nominat, quamquam huius generis chartas rariores deprehendimus. Promulgatio.

§. IIII.

Exordiorum argumenta ideo, quod plurima diplomatum res sacras ornant adiuuantque, repetuntur a pio: *Quicquid enim locis sanctorum uenerabilium ibique degentium fratrum ob amorem domini mei Iesu Christi pia augmentatione conferimus uel confirmamus, hoc procul dubio nobis ad mercedem uel stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus et profuturum nobis ad praesentis uitae curricula felicius transeunda, nec non et beatitudinis praemia securius obtinenda non dubitamus.* MABILLON. t. III Ann. Bened. p. 679 append. *Si de rebus terrenis, quas sumus diuina largitate consecuti, ad loca sanctorum ob diuinum amorem, regium morem decenter implentes, aliquid conferimus, hoc nobis* Exordia capiuntur a pio,

 esse

§. V. VI. *esse profuturum ad aeternae remunerationis praemia capessenda liquido credimus.* HARTMANN. Ann. Einsidel. p. 14. SCHATEN. Ann. Paderborn. P. I p. 132, 144, 162. *Si petitionibus praesulum ac seruorum Dei iuste et rationabiliter petentium aures serenitatis nostrae accommodamus, hoc nobis procul dubio a remuneratore omnium in aeterna beatitudine credimus ad futurum.* HVND. t. II Metrop. Sal. p. 9. *Si enim liberalitatis nostrae munere locis Deo dicatis quidquam conferimus* etc. et passim: uel a iusto, utili, decoro: *Cum regalis excellentia unius fidelis rationabilem petitionem ad effectum perducere satagit, non solum ipsius, sed etiam cunctorum fidelium suorum animos ad fidelitatem debitam sincerissime conseruandam promtiores deuotioresque efficit.* HVND. c. l. p. 8. *Decet regiam dignitatem, praedecessorum suorum pie facta non solum inuiolabiliter conseruare, sed etiam censurae suae auctoritate alacriter confirmare.* ID. c. l. p. 346. *Oportet igitur nos, qui diuina sumus gratia quodammodo caeteris mortalibus sublimati, eius in omnibus parere praeceptis, cuius clementia existimus praelati, atque cuius praecellimus munere* etc. PEZ. c. l. p. 23. Vitiosas tabulas statim in limine peccare, §. XXXX monstrabimus.

9. a iusto, utili, decoro.

§. V.

Promulgatio iterata.

Prooemio iterum subiungitur promulgatio, omnibus significari solita: *notum sit omnibus sanctae ecclesiae fidelibus nostrisque praesentibus scil. et futuris.* HVND. c. l. p. 9. *Idcirco notum fieri uolumus omnium fidelium nostrorum praesentium scil. et futurorum sagacitati.* SCHATEN. c. l. p. 132. *Idcirco, proinde, quapropter nouerit, comperiat omnium sanctae Dei ecclesiae fidelium nostrorumque praesentium et futurorum industria, solertia, magnitudo, coetus.*

§. VI.

Regiae dignitatis encomia.

2. Rex honorifice appellat patrem,

Diplomatis corpus incipit uocula: *qualiter* uel *quia*, more consueto. Nominantur deprecatores, ac narrantur uariae petendi rationes. Quando Rex de se, tamquam de pluribus loquitur, sibi *excellentiae, serenitatis, clementiae, mansuetudinis, celsitudinis* laudes asserit. Interdum memoriam *diuam domini et genitoris Ludouici, excellentissimi, praestantissimi imperatoris*, item *nobilissimi, piissimi, christianissimi Augusti* recolit. SCHATEN. c. l. p. 130. HEDA de episc. Vltrai.

§. VII.

trai. p. 56. CONRING. in censura p. 367. *Diuae memoriae dominus* auum et
*Karolus piissimus auus, praestantissimus, augustissimus, serenissimus impe-
rator* sistitur in PEZ. c. l. p. 18. HVND. t. II p. 10. *Antecessorum* antecesso-
augustissimorum imperatorum recordatur Rex noster apud SCHATEN. res;
c. l. p. 157. Per manus *Carlomanni* roborari fecit chartam Altahen- 3. filios,
sem apud HVND. c. l. p. 13. *Dilectus filius Karolus* reperitur in
FREHER. comment. de Lupoduno p. 26. *Charissima coniux Hem-* 4. coniugem,
ma memoratur in tabulis PEZII c. l. p. 13, quas et commentariis
nostris de re diplom. imperatric. p. 87 inseruimus; *dilecta coniux
Hemma* in SCHEVCHZER. et LOCHMANN. alphabet. tab. I et II.
Dilectam ac spiritalem filiam Engilpergam Ludouici II imperatoris *nepo-* 5. filiae
tis sui *amantissimi* coniugem appellat Rex in MVRATOR. antiquit.
Ital. t. VI p. 29. *Dilecta filia Hildigarda*, item *Bertha filia* in EC-
CARD. t. II rer. Franc. p. 887, et iterum *dilectissima filia Hilde-
garda* in CONRINGII censura p. 347, pariter ac *Theodrada amita, filia* 6. amitam,
praestantissimi Augusti diuae memoriae aui ipsius apud ECCARD. c. l.
et *dilecta nepta Hirmingarda* in MVRATOR. t. II antiq. Ital. p. 215 neptem.
deprehenditur. De familia Regis uid. §. XXXXI. Episcopis et 7.
abbatibus honorificum *uenerabilium* epitheton impertitur. *Vene-* episcopi uocantur
rabilem, item *almificum Baturicum episcopum*, *uenerabilem Gozbaldum* *uenerabi-*
episcopum et abbatem et sacri palatii summum capellanum habent *les*,
chartae HVNDIANAE et PEZIANAE. Duces et comites *illu-* alii proce-
strium et *fidelium* praeconiis condecorantur. HVND. c. l. t. II p. 11. res *illu-*
SCHANNAT. tradit. Fuldens. n. 469. Virorum *nobilium* ingens *stres*, *fide-les*,
multitudo. *nobiles*.

§. VII.

Ludouicus per diuisionem paternam a nobis t. I p. 457 exhibitam, post patris praesertim obitum, iure suo suisque auspiciis regnare coepit; quam ob rem ea, quae sunt maiestatis negotia, auctoritate maxima expediit. Dispiciamus primum de iure sacrorum. Regis est, Iam in diuisione paterna, quam modo diximus, capite XI sanciebatur, ut tres fratres curam et defensionem ecclesiae S. Petri simul ius sacrorum tueri, suscíperent, aliisque ecclesiis iustitiam suam et honorem seruarent. Itaque Rex sibimet ipsi uniuersalis ecclesiae curam haud perperam tribuit in tabulis in SCHATENII annal. Paderborn. p. 130 traditis. Iuris sacrorum; cuius diuersa sunt munera, nihil a maiestate sua alienum esse uoluit. Conciliorum arbitrium penes regem erat; hic concilia instituere,

 enim

§. VII. enim antiſtites ſacros conuocabat, ac de rebus grauioribus cum iis conſultabat; prouidebatque ſaluti eccleſiae, leges ferendo, mores prauos coercendo, cauſſas cognoſcendo. Luculentius omnia intelligentur, ubi conſtitutiones ueteres noſtrasque tabulas perluſtrauerimus. Sicut res eccleſiaſticae a profanis minus ſubtiliter diſtinguebantur: ita in ſolenni curia cuiusuis generis cauſſae tractabantur, nec ſynodi a conuentibus generalibus ſemper erant diuerſae. Anno 844 Ludouicus noſter fratresque ipſius ad Teudonis uillam, in loco, qui dicitur Iudicium, conuenerunt, ubi capitula quaedam ſibi praelecta approbarunt, et ſe eadem ſeruaturos, promiſerunt. Pacis et concordiae fraternae ſtudium impenſe commendatur; eccleſiae, diſcordia fratrum, epiſcopis orbatae eosdem recuperent *a Deo datos* et a regibus *regulariter deſignatos*; loca religioſa adimantur curae laicorum, aut ſi laicis nonnihil indulgendum, reges conſtituant prouiſores epiſcopos; reſtituantur bona eccleſiaſtica iniuſte ablata; hic locus, ut fieri ſolet, ualde ſpecioſis argumentis ornatur; querelae ad reges deferantur; ordo eccleſiaſticus uigorem ſuum recipiat, et populo adminiſtretur iuſtitia. Num quis errauerit, qui hanc ſanctionem pacem publicam et religioſam exiſtimet? cap. II ab illo, qui *ſolus* merito et *rex* et *ſacerdos* fieri potuit ita eccleſia diſpoſita dicitur, ut pontificali auctoritate et regali poteſtate gubernetur. Itaque regnum in eccleſia nondum eſſe putabant, nec HINCMARVS in ep. 41 ad Hadr. II Pont. ſcribere dubitauit: *Et petite domnum apoſtolicum, ut, quia rex et epiſcopus ſimul eſſe non poteſt* etc.

epiſcopos deſignare et prouiſores, bona eccleſiaſtica reſtituenda curare.

2\. A. 845 placitum generale apud Paderbornam habuit Rex, quod non annales tantum Fuldenſes, ſed et charta SCHATENII p. 130 innuunt, cuius haec ſunt initia: *cum in nomine unicae et perpetuae Trinitatis pro Regimine S. Matris et uniuerſalis Eccleſiae, etiam et pro ſtatu regni nobis diuinitus et paterno iure commiſſi Patherbrunnen peruenimus, aderant inter caeteros fideles noſtros quidam Monachi cum uenerabili eorum Praepoſito Vualanae, ex monaſterio, quae noua Corbeia nuncupatur, coramque familiaribus Conſiliariis noſtris in praeſentiam culminis noſtri adducti attulerunt Domni ac genitoris noſtri Hludouici excellentiſſimi Imperatoris quoddam praeceptum* etc. Non dubitamus, quin Rex in iſto placito alias quoque cauſſas eccleſiaſticas cognouerit.

Placitum generale Paderborn.

3\. Anno 847 reges fratres Marſnae foedere inito iterum publicam pacem firmabant, haud neglecta eccleſiarum dignitate; ita enim habet cap. II: *ut ipſi mutuo ſibi*

In foedere Marſnenſi honori eccleſiarum proſpicitur.

§. VII.

ſibi auxilientur, et contra Dei ſanctaeque Eccleſiae ac ſuos inimicos ſecundum opportunitatem temporis inuicem adiuuent. cap. IV: *ut Eccleſiae Chriſti per omne eorum regnum priſtinam dignitatem honoremque retineant; et quicquid ſuperſtite Domno Hludouvico Imperatore iure legitimo poſſederunt, absque ulla deminutione recipiant.* Deinde Ludouicus in adnuntiatione ſua ſpondet art. V: *et ſciatis quia uolumus ut res Eccleſiarum, in cuiuscunque regno caput fuerit, tam de epiſcopatibus, quam de abbatiis, ſine ulla contradictione rectores ipſarum Eccleſiarum, ſicut tempore Domni ac genitoris noſtri fecerunt, illas poſſideant.* art. VI: *ſimiliter et de epiſcopatibus et monaſteriis, ubicunque in noſtro communi regno aliter eſt modo quam debeat, uolumus una cum Dei adiutorio illud emendare, ut Eccleſia Dei ſuum honorem debitum habere poſſit, et populus ſuam legem et iuſtitiam habeat.* Crebrius Rex epiſcopos Moguntiae congregauit, quippe quae ſedes Principis erat antiſtitum eccleſiaſticorum. Hrabanum archiepiſcopum circa Calendas Octobres anno 847 concilium habuiſſe, Annales Fuldenſes referunt; concilii iſtius capitula XXXI aſſeruata fuere, quae in appendice dabimus. Adfuerunt huic ſynodo Moguntinenſis eccleſiae ſuffraganei Samuel epiſcopus Wormatienſis, Egorbaldus uel potius Gozbaldus epiſcopus Wirceburgenſis, Baturatus Paderbornenſis, Hebo Hildesheimenſis, Gorbrathus ſiue Gerbrachus Curienſis, Hemmo Halberſtadenſis, Waltgarius Verdenſis, Ansgarius Hamburgenſis, Otgarius Eichſtetenſis, Lanto Auguſtanus, Salomon Conſtantienſis et Gebehardus Spirenſis. Narrat haec ſacra cohors, ſe *ſecundum iuſſionem* Regis Moguntiam ueniſſe, orationem pro domo regia decreuiſſe, in clauſtro S. Albani ſecundum morem illum, quo priſcis temporibus ſub Carolo imperatore Hildebaldus et Richolphus cum caeteris epiſcopis et abbatibus illuc conuenientibus fecerunt, conſediſſe. Cap. II iubet, homilias transferri in ruſticam Romanam linguam aut theotiſcam. uid. §. XXXI. C. IV concordia inter epiſcopos et comites ſuadetur, *qui poſt imperialis apicis dignitatem populum Dei regunt.* Capitulo V ii, *qui contra regem uel eccleſiaſticas dignitates ſiue reipublicae poteſtates, coniurationes faciunt, a communione catholicorum ſubmouentur.* C. VI cautum: ne immunitas eccleſiarum infringatur uel rex defenſor et cuſtos a recto propoſito auertatur. C. VII proſpicit epiſcoporum poteſtati in res eccleſiaſticas; *conſentientes ſint comites et iudices praeſulibus ſuis ad iuſtitias faciendas iuxta praecepta diuinae legis.* De reliquis

4. Concilium Moguntiae a. 847

dirigente archiepiſcopo ac ſuffraganeis praeſulibus,

iubente Rege, more priſco habetur et decernitur,

ut homiliae transferantur in linguam uulgarem,

ut concordia ubique,

ſalus principis,

immunitas eccleſiarum ſeruetur.

§. VII. Rex, ut concilii decreta firmet, rogatur. liquis capitulis dicemus commodis locis. Quaestiones alias episcopi reseruant alii conuentui; *haec uero*, pergunt, *quae uobis* (regi) *transmissa sunt petimus, ut uestra auctoritate firmentur: et, si quis aduersarius illis exsistere uoluerit, praeualere non permittatur. Dei enim cooperatores uos esse debetis, et adiutores sanctae eius ecclesiae; quatenus religio Christiana incontaminata temporibus regni uestri usque in finem*

5. Thiotae pseudo-prophetissae fraus coercetur. *seruetur.* Per idem tempus mulier quaedam de Alamanniae partibus, nomine Thiota, Pseudo-prophetissa Mogontiacum uenit, quae Salomonis Episcopi parochiam suis uaticiniis non minime turbauerat. Nam certum consummationis saeculi diem, aliaque perplura Dei solius notitiae cognita, quasi diuinitus sibi reuelata, scire se fatebatur, et eodem anno ultimum diem mundo imminere praedicabat. Vnde multi plebeii utriusque sexus timore perculsi ad eam uenientes munera illi ferebant, seque orationibus illius commendabant, et (quod grauius est) sacri ordinis uiri doctrinas Ecclesiasticas postponentes, illam quasi magistram coelitus destinatam sequebantur. Haec in praesentiam Episcoporum apud sanctum Albanum deducta, et diligenter de suis assertionibus requisita, presbyterum quendam sibi ea suggessisse, et se talia quaestus causa narrasse professa est. Quapropter synodali iudicio publicis caesa flagellis ministerium praedicationis, quod inrationabiliter arripuit, et sibi contra morem Ecclesiasticum uindicare praesumpsit, cum dedecore amisit, suisque uaticiniis tandem confusa finem imposuit. Ita ANNALES FVL-

6. In concilio Moguntino a. 848 DENSES ad hunc annum. Iidem annales ad annum 848 testantur, Regem circa Calendas Octobres generale placitum iterum celebrasse apud Moguntiacum. De caussis, quae tractabantur, ecclesiasticis

Hrabano homines sui reconciliantur et Godescalci haeresis damnatur. duas tantum indicant; scilicet *homines Hrabani episcopi aduersus dominum suum conspirantes publice conuictos, cum eo pacificauit* Rex. *Gotescalcus quoque quidam presbyter de praedestinatione Dei praue sentiens, et tam bonos ad uitam, quam malos ad mortem perpetuam ineuitabiliter a Deo praedestinatos esse affirmans, in conuentu Episcoporum rationabiliter (ut plurimis uisum est) conuictus et ad proprium Episcopum Ingumarum Remis transmissus est; prius tamen iuramento confirmans, ne in regnum Hludouuici ultra rediret.* Consentit cum his Hrabani epistola synodalis ad Hincmarum archiepiscopum Remensem. *Hanc ergo opinionem*, ait Rhabanus, *nuper in synodo apud Moguntiam habita ab eo audientes, et incorrigibilem eum reperientes, annuente atque iubente piissi-*

mo

mo rege nostro Hludouvico, decreuimus eum cum perniciosa sua doctrina damnatum mittere ad uos, quatinus eum recludatis in uestra parochia, unde primum inordinate recessit: et non sinatis eum amplius errorem docere, et seducere populum Christianum. conf. HARDVIN. concil. t. V p. 16. SERAR. rer. Mogunt. lib. I cap. 33 in IOHANNIS collect. t. I p. 98. SCHMID. de concil. Mogunt. apud IOHANN. tom. nouo p. 286. GILBERT. MAVGVIN. diss. historica et chronica de Godescalco. Circa haec tempora de ecclesia Hamburgensi sustentanda in synodis agebatur. REMPERTVS in uit. S. Anscharii cap. 19 rem ita narrat: „ dominus quoque humilitatem eius et pa-„tientiae fortitudinem conspiciens, quia cor Regis in manu Domini „est, clementissimi Domini et Senioris nostri Ludouici Regis, qui „post patrem suum huius Regni gubernacula suscepit ad hoc ani-„mum incitauit, ut quaerere inciperet, unde ei solatium subsistendi „facere posset, quo legationis suae mandatum perficeret. Et quia „in hac prouincia cellam nullam huic legationi habebat congruam; „erat autem ibi iuxta Episcopatus Bremensis Ecclesiae tunc desola-„tus Pastore, illum ei dare disposuit. Vnde in publico conuentu „Episcoporum, caeterorumque fidelium suorum tractare cum eis „coepit, utrum hoc ei facere canonica auctoritate liceret. Domi-„nus enim et Pastor noster hoc sibi periculosum esse aliquo modo „formidans, et ne a quibuslibet naeuo cupiditatis reprehenderetur, „caute praeuidens, non facile huic dispositioni assentiebat. Iubente „itaque Rege, haec eadem res in Concilio Episcoporum uentilata „est. Qui multis praecedentibus exemplis probauerunt, bene posse „fieri, ut quia Dioecesis illa, ad quam ordinatus fuerat ipse, admo-„dum parua erat (nam non nisi quatuor baptismales habebat Ec-„clesias, et haec ipsa multotiens iam Barbarorum incursionibus de-„uastata) ei causa solarii adiungeretur. Verum ne in aliquo scrupu-„lum Ferdensis pateretur Episcopus, quod etiam partem de suo Epi-„scopatu ultra Albiam sumptam, ipse cum Bremensi tota simul Pa-„rochiam retineret, statuerunt, ut sicut tempore Domini Ludouici „Imperatoris primo fuerant Episcopatus ipse et Bremensis scilicet „et Ferdensis restituerentur, et ipse teneret Bremensem. Ex qua „maior pars Dioecesis suae sumpta fuerat, quae etiam tunc Pastoris „erat praesentia desolata. Quo Decreto ita ab Episcopis constituto, „ipse iubente Rege Bremensem suscepit Dioecesim gubernandam.

§. VII.

7. Ecclesiae Bremensis et Hamburgensis coniunguntur, praesule Anschario,

iubente Rege.

B Porro

§. VII. „Porro partem Parochiae, quae ultra Albiam ad ſe pertinere debe„bat, Waldgarius recepit tunc Ferdenſis Epiſcopus. Quod cum ita „aliquandiu eſſet, iterum diligentius ipſa re in alio Concilio Epiſco„porum uentilata, uiſum eſt eis bonum non eſſe, ut ſedes, ad quam „ille ordinatus fuerat, ab alio Epiſcopo teneretur. Nam Hamma„burg tunc in partem ceſſerat Waldgarii, poteſtatem quidem Regis „eſſe dicentes, ut Dioeceſim paruam, et admodum captiuatam au„geret, locum tamen ad Archiepiſcopalem dignitatem auctoritate „apoſtolica firmatum nullatenus immutandum. Vnanimo ergo „conſenſu cum uoluntate praedicti Regis piiſſimi Ludouici Epiſcopi „ibi conſtituti cenſuerunt, ut ſedem, ad quam conſecratus fuerat „Pater noſter Anſcharius, reciperet, et ſi quis ultra Albiam ex Fer„denſi ipſe retineret dioeceſi ex Bremenſis Eccleſiae Parochia, il„lius ſedis reſtitueret Epiſcopo. Quod ita et Regio iuſſu, et ſyno„dali Epiſcoporum Decreto, ipſius quoque Waldgarii memorati „Ferdenſis Epiſcopi uoluntate ſtatutum eſt. c. 20. Porro cum haec „agerentur, Colonia ciuitas, ad quam Bremenſis Parochia ſuffraga„nea erat, eo tempore absque benedictione Epiſcopali degebat. „Quod quia diuturnum extitit, iſtud etiam ſine illius loci Pontificis „praeſentian eceſſario decernendum fuit.„ (uid. n. 12. h. §.). Ex his manifeſtum eſt, bina concilia, Regis nutu coacta, hac in re occupata fuiſſe. Rex de eccleſiis ſtatuebat, Pontifice Romano non requiſito. Ac, licet poſtea epiſcopi *locum ad archiepiſcopalem dignitatem auctoritate apoſtolica firmatum nullatenus immutandum* cenſerent; hoc tamen inſtitutum ad Pontificem non deferebatur, ſed Regis iuſſu et ſynodali epiſcoporum decreto Anſcharius ſedem, ad quam conſecratus fuerat, recepit. Quid Verdenſis epiſcopus compenſationis loco obtinuerit, non additur. Inuito archiepiſcopo Colonienſi, cui Brema parebat, nihil quidem decerni poterat, ſed id lucro dabant Anſchario patres, quod Colonia tunc uel paſtore deſtituta eſſet, uel epiſcopi Germaniae Hilduinum, archiepiſcopum Colonienſem Gallum, non agnoſcerent. *Obſcure notatur tempus*, inquit ADAMVS in hiſtor. eccleſ. L. I cap. 24, *quod liber donationum ſignificat apertius. Anno ſcilicet Luthewici ſecundi IX* (al. XI) *dominum Ansgarium ab Aldrico clerico comite Reginbaldo legatis Caeſaris ductum in epiſcopatum.* Congruunt haec cum concilio menſe Octobri anno 848 habito. Nam ſi annos regni Ludouici ab obitu patris ipſius computemus,

ita tamen, ut Hamburgum in partem cederet Waldgarii, ep. Verdenſ. quod deinde Anſcharius recipiebat; quae contingebant ſede Colonienſi uacante.

Notae chronicae in concordiam rediguntur.

temus, iam XII Calend Iulii anno 848 annus nonus currere coeperat; §. VII. itaque non est, cur ECCARD. in comment. rer. Franc. p. 405 utraque concilia ob ecclesiam Bremensem et Hamburgensem coniungendam instituta ad annum 849 referat, ita tamen, ut Ansgarius ipsi ante XII Calendar. Iulii introductus uideatur. Accedit, quod Ansgarius anno 865 obiisse, et annos 18 Bremae sedisse dicatur; proinde eum iam anno 847 episcopum constitutum necesse est. Acta Sanct. ad III Febr. t. I §. 2 n. 8 respiciunt ad a. 847. Numeros, ni fallor, mendum aut ANNALISTAM SAXONEM error turbat, cum anno 849 Leudericum Bremensis ecclesiae episcopum, Ansgarii decessorem, obiisse tradit; nec capio, qua ratione mortuo Leuderico ecclesia Bremensis diu uiduata permanere potuerit, si iam ante annum 849 fuerit episcopus Ansgarius. Sed aliunde satis constat, Leudericum mense Aug. a. 847 uitam deposuisse. STAPHORST. *Hamburg. Kirchengeschichte* P. I p. 38.

8. Egiberto, ep. Osnabrugens. decimae ablatae redduntur.

Concilio Moguntino anni 848 adfuit quoque Egibertus episcopus Osnabrugensis de decimis sibi iniuste ereptis conquestus, quem Rex ad conuentum Francofurti habendum uenire iussit, ubi caussa ipsius postea diremta fuit, ut §. XIIII, 2 declarabimus. Acta haec ad annum 848 pertinere, tum annus regni Ludouici XV chartae regiae adscriptus, et ab epocha anni 833 repetendus, tum Radleici cancellarii recognitio docet.

9. Foedere Marsnensi II cautum, ne quis episcoporum animaduersioni se subducat.

Anno 851 tres fratres reges noua concordiae foedera ad Marsnam ineunt, ac pacem publicam firmant. cap. V de eo *agi uult*, *qui pro aliquo capitali et publico crimine a quolibet episcopo corripitur, uel excommunicatur, aut ante excommunicationem crimen faciens regnum et regis regimen mutat, ne debitam poenitentiam suscipiat, aut susceptam legitime peragat.*

10. In synodo Moguntina a. 852 quaestiones ecclesiasticae tractantur.

„Anno 852 habita est synodus ex uoluntate atque praecepto eiusdem serenissimi principis in ciuitate Mogontia, metropoli Germaniae, praesidente Hrabano uenerabili eiusdem urbis Archiepiscopo, cum omnibus Episcopis atque Abbatibus Orientalis Franciae, Baioariae et Saxoniae: et illi quidem de absoluendis quaestionibus ecclesiasticis tractatum habeant, Rex uero cum principibus et praefectis prouinciarum publicis causis litibusque componendis insistens, postquam Synodalia eorum decreta suo iudicio comprobauit, et legationes Bulgarorum Sclauorumque audiuit et absoluit, Baioariam reuersus est." Haec narrant ANNALES FVLDENSES, sed res gestas huius concilii tacent.

§. VII.

Acta Gozberti ep. Osnabrug. et monast. Corbeiens. et Herford.

Non aliena sunt ab his temporibus ea, quae inter Gozbertum Osnabrugensem episcopum et monasteria Corbeiense et Herfordiense acta fuerunt, teste charta Regis nostri, quae §. XIIII, 3 exhibenda episcopi iura definit, eodem consentiente *coram Rege et archiepiscopo Hrabano caeterisque cum eo in synodo agentibus*; Rege autem auctoritatis suae praeceptum *cum consensu synodali* addente.

11. In conuentu Vlmensi lis inter ep. Constantiens. et Abbatem S. Galli componitur.

Lis quaedam inueterata inter abbatem S. Galli et episcopum Constantiensem, auctoritate Ludouici Regis, anno XXI regni sui componebatur, ut didicimus ex diplomate ab HERRGOTT. t. II p. 32 diuulgato. Transacta sunt omnia in conuentu publico Vlmae celebrato, cuius iam meminit RATPERTVS de orig. et diuersis casibus monast. S. Galli cap. 8: *interea contigit, Hludowicum piissimum Regem publice placitum suum habere in uilla, quae dicitur Vlma, praesentibus filiis suis aliisque regni sui Principibus. Ad quod placitum istius conuentionis causa perlata est. Et coepit exinde Rex sollerter et caute cum suis cogitare atque pertractare.* Hanc curiam siue synodum assigno anno 854, quem et annus XXI regni et Grimaldi abbatis subscriptio suadet; Annales requirunt a. 858, quo Vlmae conuentum habitum aiunt. Annum XXI, si liceret, in XXV mutauerim.

12. Guntharius, Archiep. Colon. in placito Wormat. a. 857 aegre ferebat, quae in Anscharii gratiam acta fuerunt,

Anno 857 Rex placitum habuit apud Vangionum ciuitatem tempore quadragesimae rebusque ecclesiasticis uacauit; tunc enim Guntharius archiepiscopus Coloniensis ecclesiae Bremensis et Hamburgensis aduersabatur quidem, sed in conuentu isto placabatur, teste REMPERTO in uita S. Anscharii cap. 20: „postea tamen consecrato ad eundem locum uenerabili Praesule Gunthario, hoc ipsum Dominus et Pater noster „(Anscharius) ei suggerere studuit, ut sua quoque auctoritate firmaretur, cui tamen rei ipse admodum contrarius extitit. Qua de causa „postmodum in Wormacia ciuitate positis duobus Regibus Ludouico scilicet et Lothario coram multa Episcoporum utriusque Regni frequentia praesente uenerabili Patre nostro haec eadem res „exposita est. Quod cum ab omnibus bene ita ordinatum probaretur, ut praedictus quoque Pontifex Guntharius hoc ipsum sua auctoritate firmaret, cuncti rogauerunt. Qui primo quidem fortiter „his reniti coepit, iustum non esse multipliciter asserens, ut sedes „suffraganea in Archiepiscopalem uerteretur, nec se debere honorem sedis suae in aliquo minuere. Postremo tamen et ipsis Regibus, et cunctis simul Episcopis ibi aggregatis, pro hoc ipso eum

„rogan-

„rogantibus, et omnino causa necessitatis id licitum fore dicentibus, §. VII. sed cedebat tandem regis et Pontificis R. uoluntati.
„respondit; Si apostolica auctoritate firmaretur ex se quoque ratum
„esse: Quo responso accepto cum etiam omnes suffraganei eius
„haec eadem consensissent, piissimus Rex iam dictus Ludouicus,
„cupiens et patris sui eleemosynam in omnibus augmentare, et
„quod ipse disposuerat per omnia ratum fieri, Reuerendissimum Sa-
„lomonem Constantiae Ciuitatis Episcopum pro hoc ipso ad sedem
„direxit Apostolicam. Cum quo etiam Dominus et Pater noster
„Anscharius, quia ipse per se non poterat, filium suum fratrem no-
„strum Nordfridum misit Presbyterum. Qui officiosissime a sanctis-
„simo suscepti Papa Nicolao Legationis suae mandatum ei plane et
„dilucide retulerunt. Qui prudenter et sollicite ea, quae ab ipsis
„dicebantur mente pertractans, et Deo inspirante pro lucrandis
„animabus Gentilium hanc constitutionem iustam esse decernens, 13.
„uoluntatem Regis nostri sua auctoritate firmauit.„ Eodem an- Synodus Moguntina a. 857 de iure ecclesiastico disspicit.
no circa Calendas Octobres habita est synodus apud Moguntiacum,
praesidente Carolo archiepiscopo, ubi inter alia, quae uentilata sunt
de iure ecclesiastico, praesentata est epistola Guntharii Coloniensis
episcopi ad Altfridum episcopum directa, in qua legebatur, conti-
gisse Coloniae XVII Calend. Octobribus terribilem ualde tempesta- 14.
tem etc. uid. ANNALES FVLDENSES ad h. a. Anno 858 Rex episcopos Galliae de salute ecclesiae secum consultare iubet,
Ludouicus noster in Galliam tyrannidis fratris Caroli compescendae
caussa inuitatus cum exercitu proficiscitur, et episcopos Galliae
sibi VII Calend. Decembris Remis occurrere iussit, ut cum eo de
restauratione sanctae ecclesiae et de statu ac salute populi Christiani
tractarent; sed episcopi prouinciarum Remensis & Rotomagensis
epistolam mense Nouembri ad Regem mittunt, et, quod iussis obse-
qui non possent, breue temporis spatium obtendunt, adduntque
grauissimam admonitionem, Regem conscientiam suam excutere de-
bere, cur in regnum Caroli uenerit, crudelia facinora coercenda
esse, praedones paganos debellandos, ecclesias defendendas earum-
que facultates conseruandas. Hic alte clamant pro aris et focis ar-
gumentis saeculo dignis nixi. Non possum a me impetrare, quin
specimen quoddam proferam: „Quia uero Karolus Princeps, qui respondent grauius, regemque fabula de Carolo,
„Pippini Regis pater, narrant patres, qui primus inter omnes Fran-
„corum Reges ac Principes res Ecclesiarum ab eis separauit atque
„diuisit, pro hoc solo maxime est aeternaliter perditus. Nam san-
„ctus

§. VII. Pipini patre, inferni cruciatibus mancipato, terrent,

„ ctus Eucherius Aurelianenſium Epiſcopus, qui in monaſterio S. „ Trudonis requieſcit, in oratione poſitus ad alterum eſt ſeculum ra- „ ptus, et inter cetera quae Domino ſibi oſtendente conſpexit, ui- „ dit illum in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab ange- „ lo eius ductore reſponſum eſt quia ſanctorum iudicatione, qui in „ futuro iudicio cum Domino iudicabunt, quorumque res abſtulit et „ diuiſit, ante illud iudicium anima et corpore ſempiternis poenis eſt „ deputatus, et recipit ſimul cum ſuis peccatis poenas propter pec- „ cata omnium, qui res ſuas et facultates in honore et amore Do- „ mini ad ſanctorum loca in luminaribus diuini cultus et alimoniis „ ſeruorum Chriſti ac pauperum pro animarum ſuarum redemptione „ tradiderunt. Qui in ſe reuerſus ſanctum Bonifacium et Fulradum „ Abbatem monaſterii ſancti Dionyſii et ſummum Capellanum Regis „ Pippini ad ſe uocauit, eisque talia dicens in ſignum dedit, ut ad ſe- „ pulchrum illius irent, et ſi corpus eius ibidem non reperiſſent, ea „ quae dicebat, uera eſſe concrederent. Ipſi autem pergentes ad „ praedictum monaſterium, ubi corpus ipſius Karoli humatum fue- „ rat, ſepulchrumque illius aperientes, uiſus eſt ſubito exiſſe draco, „ et totum illud ſepulcrum interius inuentum eſt denigratum, ac ſi „ fuiſſet exuſtum. Nos autem illos uidimus qui usque ad noſtram „ aetatem durauerunt, qui huic rei interfuerunt, et nobis uiua uoce „ ueraciter ſunt teſtati, quae audierunt atque uiderunt. Quod co- „ gnoſcens filius eius Pippinus ſynodum apud Liptinas congregari „ fecit, cui praſuit cum ſancto Bonifacio Legatus apoſtolicae ſedis „ Georgius nomine. Nam et ſynodum ipſam habemus, et quan- „ tumcunque de rebus eccleſiaſticis, quas pater ſuus abſtulerat, po- „ tuit, Eccleſiis reddere procurauit. Et quoniam omnes res Eccle- „ ſiis a quibus ablatae erant reſtituere, propter concertationem, „ quam cum Waifario Aquitanorum Principe habebat, non praeua- „ luit, precarias fieri ab Epiſcopis exinde petiit, et nonas ac decimas „ ad reſtaurationes tectorum, et de unaquaque caſata duodecim de- „ narios ad Eccleſiam unde res erant beneficiatae, ſicut in libro Ca- „ pitulorum Regum habetur, dari conſtituit, usque dum ipſae res ad „ Eccleſiam reuenirent. „ In mentem deinde reuocant Regi capitula Marſnenſia, de domibus religioſis ualde ſunt ſoliciti, officia docent Regis, procerum et iudicum uillarum regiarum, Regem ipſum obiurgant, increpant, minas iactant, umbratilium paedagogorum more.

§. VII.

facrisque ei interdicunt. Regi denique, conditionibus quibusdam approbatis, ueniam fpondent;

more. Iam antea eo audaciae progreffi erant clauigeri optimates, ut Ludouicum focietate piorum prohiberent; fed intelligebant etiam, pacem, nifi Rex ecclefiae redderetur, reparari non poffe. Itaque fynodus Metenfis legatos ad Ludouicum anno 859 mittebat, ipfum exhortaturos, ut ueniam peccatorum peteret, quam impetraturum fe promittebant, fi noxas fuas agnofceret emendaretque, fi cum fratre Carolo ad pacem rediret, fi fcelerum fatellites a fe disiungeret, fi ecclefiae honorem tueretur etc. Si hanc uocem facerdotum audierit, *per ecclefiafticam apoftolicae auctoritatis poteftatem illi peccata canonico more dimittenda illumque facrae communioni, qua ipfe fe priuauerat, excommunicatis communicans reftituendum effe.* At Ludouicus bruta episcoporum fulmina magis mirabatur, quam timebat; quare legati ab eo incerti difcedebant. Memorabimus ex BALVZII t. II Capitular. p. 127 acta huius legationis: De indulgentia fua nobis Hludouvicus Rex pridie Nonas Iunias in Wormatia dixit. Volo uos precari, ut fi in aliquo ueftros animos offendi, ut hoc mihi perdonetis, ut in antea fecurus uobiscum loqui poffimus. Ad haec Hincmarus, qui primus in ordine ex finiftra parte illius ftetit, refpondit dicens: Ifta caufa cito ad effectum peruenire poteft; quia quod nos offerimus, hoc uos petitis. Et monente Grimoldo ac Theodorico Epifcopo, iterum ipfe Hincmarus dixit: Nihil contra me feciftis, unde noxium rancorem in mente contra uos teneam: quia fi facerem, ad altare, ut Domino facrificarem, accedere non auderem. Iterum monentibus eisdem Grimoldo et Theodorico ac Salomone, dicente ipfo Theodorico haec uerba, Facite ficut fenior nofter precatur, parcite illi, refpondit ipfe Hincmarus haec eadem uerba: Quod in me, id eft, in mea perfona, offendiftis, et peperci et parco. De hoc autem quod in Ecclefia mihi commiffa et in populo male eft factum, uoluntarie uobis dono confilium, et fecundum Deum praefto auxilium, ut inde falui fitis, fi uobis placet. Et praefati uiri refponderunt: Certe bene dicit. et ceteri fratres noftri in haec uerba et fenferunt et profecuti funt. Tanta et talis indulgentia illi largita fuit, et non altera, neque amplius. De fcripto autem quod confirmatum nobis eft traditum, nec ipfe a nobis quiddam quaefiuit, nec nos illi aliquid diximus; quoniam necdum cum illo ex huiusmodi in ratione eramus. Ipfe autem poft haec et alia dixit nos egiffe, quod non egimus, ex hoc materiam fumens, quod Gun-

fed Ludouicus epifcoporum iram parui pendit,

§. VII. tharius illi familiariter, ut eum instrueret et ad satisfactionem prouocaret, scriptum relegit ita inquiens: Vos mihi transmisistis uestram epistolam cum capitulis. uos uenistis cum causa facta. Nos non sumus hic nisi duo uel tres, qui sine aliis huc exiliuimus. in illas causas intrare non possumus antequam cum nostris Episcopis inde tractemus: quia, Deo gratias, nihil sine illorum consilio feci. et postea inde respondeam. Nos autem expectabamus, ut consilium a nobis de sua salute oblatum ipse quaereret, et tunc ei secundum illud scriptum donaremus consilium. Ipse autem de suo gradu, (gradus, ambo, hic solium regium significare uidetur) respondit, quod in illud scriptum non intraret antequam cum suis Episcopis consideraret. Et si quicquid in generali causa Ecclesiae et populi egit, penes illum remansit. Circa haec tempora (ECCARDVS c. I. p. 473 definit annum 860) Moguntiae synodus celebrata uidetur, epistola innuente Nicolai I Papae ad episcopos Germaniae, quam MARTENII collect. uet. monum. t. I p. 149 insertam reperimus et inscriptam: reuerendissimo et sanctissimo confratri Carolo archiepiscopo (*Moguntinensi*) eiusque suffraganeis Altfrido (*Hildesheimensi*), Salomoni (*Constantiensi*), Hiltigrimo (*Halberstadensi*), Thiodrico (*Mindensi*), Guntoni (*Wormatiensi*), Gebehardo (*Spirensi*), Arn (*Wirceburgensi*), Witgario (*Augustano*), Egiberto (*Osnabrugensi*), reuerendissimis episcopis atque Grimalto (*S. Galli*), Egilbertho (*Lauresbamensi*), Thiotoni (*Fuldensi*), Amali (*Campidonensi*), Adalgario (*Corbeiensi*), religiosis et uenerabilibus abbatibus. Ex epistola patet, Abbonis caussam *synodali examinatione inquirere studuisse* episcopos; Abbonis autem matrimonium, in quarto consanguinitatis gradu contractum, dissoluendum censet Pontifex, et declarat, se nullam sententiam protulisse in Salomonem episcopum, uariasque uariis peccatis assignat poenitentias, scilicet sacerdotes et foeminas uelatas, fornicationis criminis damnatos, item parricidas et fratricidas, diuturna poenitentia coercet. *Si quisquam cum matre spirituali fuerit fornicatus, anathematis percutitur ictibus. Similiter autem et illum*, statuit Pontifex, *percutere promulgamus, qui cum ea quam de sacro fonte baptismatis susceperit, aut cum illa quam ante episcopum tenuerit cum sacro chrismate fuerit uncta, fornicationis crimen perpetrauerit; legitimam autem si habuerit, non dimittat uxorem. Inter haec uestra sanctitas addere studuit, si cuius uxor adulterium perpetraue-*

nihilque se sine suorum episcoporum consilio fecisse regerit.

15. Synodi mentionem facit epistola Nicol. P.

in qua Abbonis matrimonium in quarto consanguinitatis gradu contractum dissoluendum censetur, fornicationis, parricidii, adulterii crimen coercetur;

trauerit, utrum marito ipſius liceat ſecundum mundanam legem eam interficere. Sancta Dei eccleſia mundanis numquam conſtringitur legibus, gladium non habet niſi ſpiritualem ac diuinum, non occidit ſed uiuificat. Annus 860 tribus regibus Ludouico, Carolo et Lothario concordiam reddidit, conueniebant enim in baſilica S. Caſtoris apud Confluentes, ac nonnulla capitula, quae pacis publicae et legis regni primariae inſtar erant, ſacramento ſanciebant. Aderant ex eccleſiaſticorum coetu Hincmarus archiepiſcopus Rhemenſis, Guntharius archiepiſcopus Colonienſis, Altfridus epiſcopus Hildesheimenſis, Salomon Conſtantienſis, Aduentius Metenſis, Hatto Virdunenſis, Franco Tungrenſis, Teudericus Mindenſis, Leutbertus Monaſterienſis, Gebehardus Spirenſis, Chriſtianus Autiſſiodorenſis, Vulfadus abbas monaſteriorum S. Medardi, Sueſſionenſis et Resbacenſis, Witgarius, abbas Altahae inferioris. Capitulo V iisdem uerbis ea, quae in conuentu ſecundo apud Marſnam, capitulo V de correptis ab epiſcopo non recipiendis ſtatuta fuerunt, repetuntur. Capitulo VI epiſcopi neminem a Chriſtiana communione alienent, niſi commonitum; regiam uel reipublicae poteſtatem per ſe epiſcopus uel per miniſtros ſuos adeat, ut conſtringatur contumax. Capitulo IX progenitorum de ſanctae eccleſiae honore et immunitate capitula conſeruari iubentur. In adnunciatione Ludouici regis capitulo IV cautum, *ut eccleſiae et caſae Dei et epiſcopi et Dei homines, clerici et monachi, et nonnae talem mundeburdem et honorem habeant, ſicut tempore anteceſſorum habuerunt.* Eodem anno 860 VII Idus Nouembris ſynodus generalis in uilla Tuſiaco Tullenſis parochiae XIV prouinciarum habita fuit, quas inter etiam Moguntinenſis appellatur, quamquam iuſſus Ludouici noſtri non memoratur, ut ECCARDO c. l. p. 479 uiſum eſt, nec in exordio concilii huius Tullenſis apud HARDVINVM t. V p. 507 Moguntinae prouinciae mentio fit. Anno 862 Ludouicus Lotharium Carolo reconciliare contendebat, prout ex adnuntiatione ipſius apud Sablonarias habenda apparet, ubi Rex capitulo III iterum eccleſiarum honorem ſibi curae habet, et ad pacta Marſnenſia et Confluentina reſpicit. Anno 864 Luitbertum archiepiſcopum Moguntinum et Altfridum epiſcopum Hildesheimenſem ſynodo Piſtenſi interfuiſſe, diſcimus ex priuilegio epiſcoporum abbatiae S. Germani Autiſſiodorenſis conceſſo in DA-

§. VII. ſed eccleſia gladium non habere dicitur, niſi ſpiritualem.

16. In pacto Confluentino a. 860

de eccleſiarum etiam et epiſcoporum auctoritate, honore et mundiburdio agebatur.

17. Synodus Tullenſis.

18. Ludouicus R. iterum prouidet honori eccleſiarum.

Archiepiſc. Mogunt. et ep. Hildes. heim. adſunt ſynodo Piſtenſi.

§. VII.

19. *Rex falutis ecclefiae memor ad Bulgaros*

CHERII fpicil. t. I p. 600. Anno 865 Ludouicus in uilla Tufiaco etiam atque etiam fpondet, fe ecclefiam Dei faluam tectam feruaturum; improbat Lotharii nepotis fui diuortium, legatosque ad eum meliora monituros mittere decernit. Anno 866 legati Bulgarum Radesponam ad Regem uenerunt, dicentes regem illorum cum populo non modico ad Chriftum effe conuerfum, fimulque petentes, ut Rex idoneos praedicatores Chriftianae religionis ad eos mittere non differret. Anno 867 Rex Hludouuicus Bulgarum petitionibus annuens Ermenricum Epifcopum cum presbyteris et diaconibus ad propagandam fidem catholicam praefatae genti deftinuauit. Sed cum illuc perueniffent, Epifcopi a Pontifice Romano miffi totam illam terram praedicando et baptizando iam tunc repleuerant. Quapropter ifti accepta a rege licentia redierunt in fua. ANN. FVLD.

religionis Chriftianae praedicatores mittit.

20. *Nicol. P. epifcopos Germaniae certiores facit de Theutgaudi et Guntharii depofitione.*

Vberius haec memorant ANNALES BERTIN. *Nicolaus Pontifex Romanus Epifcopis Germaniae duas deftinauit epiftolas, unam quidem de factionibus Graecorum, alteram uero de Theutgaudi et Guntharii Epifcoporum depofitione, in qua refert, eos feptem capitalia crimina commififfe, et ob hoc priftinae dignitatis reftitutionem nequaquam eos in fempiternum recipere poffe commemorat. Synodus apud Wormatiam menfe Maio habita eft praefente Hludouuico Rege, ubi Epifcopi nonnulla capitula de utilitate Ecclefiaftica confcribentes, Graecorum ineptiis congrua ediderunt refponfa.* Ita ANNALES FVLDENSES ad annum 868. Quae fuerint Graecorum ineptiae, declarant ANNALES BERTINIANI ad hunc annum: *Nicolaus Papa epiftolam Hincmaro et caeteris Epifcopis in Regno Caroli conftitutis transmifit, innotefcens Graecorum Imperatores, fed et Orientales Epifcopos calumniari Sanctam Romanam Ecclefiam, immo omnem Ecclefiam, quae Latina utitur lingua, quia ieiunamus in Sabbatis: Quod Spiritum Sanctum ex Patre filioque procedere dicimus: Quia Presbyteros fortiri coniuges prohibemus: Dicentes ipfi Graeci, quod Chrifma ex aqua fluminis Latini conficiamus: Reprehendentes nos Latinos, quod octo hebdomadibus a cafei et ouorum efu more fuo non ceffamus: Dicentes etiam, quod in Pafcha more Iudaeorum fuper Altare pariter cum Dominico corpore Agnum benedicamus et offeramus: fuccenfentes etiam nos, quia Clerici apud nos barbas fuas radunt: dicentes, quia Diaconus non fufcepto Presbyteratus officio apud nos Epifcopus ordinatur. De quibus omnibus (Nicolaus Papa) per fingulas Prouincias a Metropolitanis cum eorum Coëpifcopis fibi refcribi praecepit.*

21. *Synodus Wormatienf. a. 868 de utilitate ecclefiaftica ftatuit et refutat Graecorum ineptias.*

Refu-

Refutarunt haec Graecorum dogmata apud Gallos Odo episcopus Bellouacensis, Aeneas episcopus Parisiensis, Ratramnus monachus Corbeiae ueteris; sed de congruis Germanorum episcoporum responsis non constat. Quod ad concilium Wormatiense attinet, illius capitula LXXX extant in HARDVINI collect. t. V p. 733, quorum summam dabimus in appendice. Multa capita eiusdem sunt argumenti, alia in aliis quoque conciliis reperiuntur. Canon III: „placuit, quoties ab aliquo fidelium ad consecrandas ecclesias episcopus inuitatur, non quasi ex debito munus aliquod a fundatore requirat; sed si ipse quidem aliquid ex suo uoto obtulerit, non respuatur. Attamen unusquisque episcopus meminerit, ut non prius dedicet ecclesiam, nisi antea dotem basilicae et obsequium ipsius per donationem chartulae confirmatum accipiat. Nam non leuis est ista temeritas, si sine luminaribus, uel sine substantiali sustentatione eorum, qui ibidem seruituri sunt, tamquam domus priuata consecretur ecclesia.„ Canon VI: „multi contra canonum constituta ecclesias, quas aedificauerint, et ab episcopo postulauerint consecrari, dotem quam eidem ecclesiae contulerint, ad episcopi ordinationem putant non pertinere. Quod factum et in praeterito displicet, et in futuro prohibetur. Ergo omnia secundum constitutionem antiquam iura ecclesiarum ad episcopi ordinationem et potestatem pertineant.„ Reiecit postea sanior doctrina canonem XV: „saepe contingit, ut in monasteriis furta perpetrentur, et qui haec committunt, ignorentur. Idcirco statuimus, ut quando ipsi fratres de talibus se expurgare debeant, Missa ab abbate celebretur, uel ab aliquo, cui ipse abbas praeceperit, praesentibus fratribus: et sic in ultima Missae celebratione, pro expurgatione sua corpus et sanguinem Domini nostri Iesu Christi percipiant, quatenus ita inde innocentes se esse ostendant.„ Nec rationi, nec moribus nostris conuenit canon XXII: „Si pater uel mater filium filiamque intra septa monasterii in infantiae annis sub regulari tradiderint disciplina, non liceat eis, postquam ad pubertatis peruenerint annos, egredi, et matrimonio copulari. Hoc ergo omnino deuitandum est: quia nefas est, ut oblatis a parentibus Deo filiis uoluptatis frena laxentur. Igitur (ut praediximus) non liceat eis susceptum habitum umquam deserere: sed conuicti, quod tonsuram, aut religiosam uestem aliquando habuerint, in religionis

§. VII.

Capitula Concilii Wormatiensis.

episcopus consecrator nullum munus requirat,

ecclesiam tamen sine dote ne dedicet,

dos pertineat ad episcopi potestatem.

furtum purgetur iudicio S. coenae,

puberibus non liceat discerere uitam monasticam, cui impuberes consecrati fuerunt.

§. VII. „ligionis cultu habituque uelint nolint, permanere cogantur.„ Nescirenmus nomina praesulum, qui huic synodo adfuerunt, nisi charta quaedam nostrae aetati reseruata fuisset, qua Luthardus episcopus facultatem condendi monasterii Herisiensis obtinuit. Quum illa rem nostram diplomaticam egregie illustret, eam hic recitare non dubitamus ex SCHATENII annal. Paderborn. P. I p. 163: „Cum in „nomine Domini nostri Iesu Christi apud Wangionam ciuitatem, „quae uulgo Wormatia dicitur, in unum conuenissemus, Ego Luid„bertus humilis Moguncia censis ciuitatis Archiepiscopus, cum Coëpi„scopis et Choriepiscopis atque Abbatibus simulque aliis plurimis „sacerdotibus, et diuersi ordinis clero ibidem congregatis, plura „quae ad christianae religionis obseruantiam et profectum pertinere „putauimus, conferre coepimus. Inde inter cetera, quae de Ec„clesiarum statu, et Deo famulantium augmento tractabamus, Luit„hardus Paderbornensis Ecclesiae Episcopus synodali suggessit con„uentui, suam sororem nomine Walburg, et nonnullas alias Domi„cellas (*Canonicas saeculares, nobilium et militum filias*) sub sancti„moniali habitu et professione diuino seruitio se mancipare decre„uisse. Et quia locus, quem earum conuersationi et proposito ac„commodatissimum et opportunissimum iudicabant, ad sibi, ut prae„diximus, commissam, id est, ad Paderbornensem Ecclesiam perti„nebat, nostrum ad hoc consensum et corroborationem exposce„bat, ut in memorato loco sororibus supra dictis, tam praesentibus, „quam futuro tempore superuenturis, sine alicuius contradictione „liceat seruire: sed ne praefata Paderbornensis Ecclesia aliquod hoc „facto dispendium uel sustineat, uel sustinere uideretur, eidem Ec„clesiae tam ipse, quam soror eius tradiderunt, quidquid uel sibi in „Osdagighusen haereditario iure prouenire potuit, uel sororem in „locis nuncupatis Lutzilandreni, et Bocchem atque Heringi possi„dere uidebantur. Quod non solum post obitum suum, sed etiam „ex praesenti statim tempore ad memoratam Ecclesiam contradidit, „et in perpetuum traditum esse uoluit, ut a praesenti die cum terris, „siluis, aquis, aedificiis suis, mancipiis, animalibus, et cum omni in„tegritate sua ad eam pertineat. Ordinatio quoque et dispositio „loci, in quo eaedem sanctimoniales Deo seruire debent, ita ad Epi„scopum uel praesentem uel sibi succedentem pertinere, ut singulis „annis ad principalem eius sedem quatuor solidorum pretium per„solua-

Marginalia: 22. Monasterium Herisiense fundatur, in territorio ecclesiae Paderbornensis, cui compensationis caussa fundi aliquot cum censu annuo traduntur.

„ soluatur. Proinde quia hanc petitionem piam per omnia et iu- „ stam et tam Episcopo dignam, quam Ecclesiae salubrem fore per- „ speximus, dum non solum sine damno et detrimento Ecclesiae, „ uerum etiam suae mercedis et meritorum augmento famulantium „ Deo numerus augetur, tam proficuae deuotioni nostrum assensum „ praebere, et tam pium inceptum luce nostrarum literarum confir- „ mare decreuimus. Itaque synodali auctoritate, et communi sacri „ conuentus decreto statuimus, ut locus, qui in territoriis uillae, „ quae Heresi nuncupatur, coniacet, quem supra memorata Wald- „ burg iure mutuario (*permutationis*) in propriam haereditatem a „ Paderbornensi Ecclesia mutuata est cum omnibus, quae ad eun- „ dem locum tam praedicti Episcopi, quam praedecessoris suo tem- „ pore pertinere uidebantur, in terris uidelicet, siluis, patris, pascuis, „ aquis, aquarumque decursibus, cultis locis simulque incultis, do- „ mibus et aedificiis, litis et diuersis seruis, mancipiis, animalibus „ quoque, et cunctis mobilibus rebus, et immobilibus rebus, atque „ cum omni integritate sua ad usum Sanctimonialium, de quibus su- „ pra diximus, ita pertineat, et si quae deinceps ad eandem Eccle- „ siam, uel in possessionibus, uel in aliis rebus tradita fuerint, possi- „ dere, mutuare, et secundum hoc, quod sibi utile esse uidetur, fa- „ cere permittantur. Eodem quoque modo eademque conditione „ mansos X in Villa nuncupata Haionhus, simulque et decimas uil- „ larum, quae ita uocantur Herisi, Smachtum, Nortgardinum, et „ Suitgardinum cum appendiciis, seu uillulis supra dictarum Ancilla- „ rum Dei usibus amodo et deinceps delegare decreuimus. Et ut „ hoc nostrae immunitatis et synodalis conuentus decretum perpe- „ tuam et inuiolabilem obtineat firmitatem, Imperialem ad hoc con- „ firmandum auctoritatem, et nostris subscriptionibus, et signis hanc „ traditionis et communicationis chartulam munire, et omnium una- „ nimi consensu corroborari decreuimus. Datum in Wormatia an- „ no Incarnationis Dominicae DCCCLXVIII. Imperii uero glorio- „ sissimi Regis Ludouici anno XXVIII. Indict. I. Signum Luid- „ berti Moguncíacensis Episcopi. Signum Adalvvini Saltzburgen- „ sis Episcopi. Signum Rymberti Hammaburgensis Episcopi. Si- „ gnum Altfridi Hildenesheimensis Episcopi. Signum Guazonis „ Wormatiensis Episcopi. Signum Salamonis Constantiensis Epi- „ scopi. Signum Annonis Frisingensis Episcopi. Signum Landfridi

§. VII.

Synodalis confirmatio.

Nomina episcoporum et Abbatum, qui Synodo Wormatiensi adfuerunt.

§. VII. „Sabionensis Episcopi. Signum Ermenrici Patauiensis Episcopi. „Signum Otgeri Rubelacensis Episcopi (siue Eichstetensis). Si- „gnum Luitgarii (Witgarii) Augustburgensis Episcopi. Signum „Luidberti Mimigarnifordiensis (Monasteriensis) Episcopi. Si- „gnum Thiadrici Mimindensis Episcopi. Signum Hildegrimi Hal- „uerstadiensis Episcopi. Signum Luthardi Paderbornensis Episcopi. „Signum Eralt Feridensis Episcopi. Signum Aegiberti Osnabrugen- „sis Episcopi. Signum Bernardi Chorepiscopi. Signum Heionis „Abbatis (Augiensis) et presbyteri. Signum Adalgari Abbatis „(Corbeiensis) et presbyteri. Signum Thiatrici Abbatis et presby- „teri. Signum Tiadorici Abbatis (Laureshamensis) et presbyteri.

23. „Signum Branvvardi Abbatis (Hersfeldensis). Signum Egilberti „Abbatis (Traiectensis ad Rhenum).„ Anno 873 Francofurti in Comitiis malignus spiritus Carolum filium inuasit. --- comprehensus autem ab episcopis et aliis uiris turbato patre et omnibus, qui adfuerunt uehementique stupore perculsis ductus est in ecclesiam. Et Luitbertus archiepiscopus, induens se sacerdotalibus uestibus missam cantare coepit, cumque uentum fuisset ad locum Euangelii, coepit magnis uocibus patria lingua clamare, et sic continuis uocibus uae illud clamauit, usque dum missa celebrata fuit. Quem pater eius episcopis et aliis fidelibus committens, per sacra loca sanctorum martyrum deduci praecepit, quatenus illorum meritis et orationibus a daemone liberatus, ad sanam mentem domino miserante redire praeualeret. Deinde disposuit illum, Romam dirigere, sed quibusdam interuenientibus caussis iter illud dimisit. ANNAL. BERTIN.

Luitbertus archiep. Mogunt. missam cantat, ut Carolus, Lud. fil. a daemone liberetur.

24. Eod. anno concilium Coloniense cogebatur, in quo non solum ecclesia S. Petri dedicata fuit, sed et plurima ad utilitatem ecclesiasticam pertinentia tractata, quae uero ad nos non peruenerunt. Extat monumentum huius synodi magnae in HARDVINI act. concil. t. VI P. I p. 137, quo Willibertus constitutionem aliquam antecessoris sui Guntharii haud ita pridem in Italia defuncti confirmandam curat. Nimirum Guntharius cum consensu et uoluntate suorum clericorum ac laicorum matricis ecclesiae rebus priuatim singulis monasteriis ad hanc pertinentibus, ac canonice in eis commorantibus, sumtuum suorum necessaria habenda delegauit atque contradidit, quatenus deinceps eadem monasteria et iidem canonici futuris temporibus perpetualiter inde consistere quiuissent, absque alicuius

In concilio Coloniensi a. 873 ecclesia S. Petri dedicatur et Guntharii archiep. constitutio de monasteriorum necessariis subsidiis,

§. VII.

canonicorum libera potestate et electione, eorumque praeposito,

alicuius sumtus indigentia. Praeterea canonicis permisit cum secura potestate et libero arbitrio inter se ordinare et facere, tam de sua electione, quam de omnibus suis rebus absque eius consultu et imperio. Sed ne canonici hac libertate abuterentur, decreuit, ut praeposito in sibi subiectis nullus nec praelatione nec potestate superponeretur; sed idem potius in ambobus super omnes praestantissimus haberetur: ac insuper eorumdem subiectorum res communes interius exteriusque ipse solus cum consilio prudentum beneuolentiumque fratrum gubernans, diligenterque prouidens, totum in suam assumeret reseruandum custodiam, quicquid ex his debite proueniret; et sic postea summa cura atque diligentia id ipsum in illorum utilitatem ministrando dispensaret.

item de archiepiscopi restricta,

Sanciuit etiam Guntharius, ut nullus unquam Pontifex sine illorum conscientia siue consensu de ipsa substantia, minimam unquam praebendam alicui per potentiam tribueret; aut item in domibus siue aedificiis in urbe uel exterius circa urbem sibi iam a quibuslibet in eleemosynam datis seu deinceps donandis, aut usquam alibi in ceteris uniuersis illorum locis in omnibus rebus, absque consensu et communi cunctorum uoluntate, quidquam eis per potentiam siue per aliquam uim destrueret illorum donationem seu traditionem, quam inter se in claustro de qualibuscumque suis rebus, testibus adhibitis fecissent;

amplissima uero Canonicorum de rebus suis disponendi facultate

hoc illis quasi in ius hereditarium firmiter concedens, quatenus quisque illorum siue nobilis siue ignobilis esset, usque in sempiternum liberum haberet arbitrium suam mansionem cum ceteris quibuscumque rebus donare seu etiam tradere cuicumque suo confratri uoluisset, post obitum suum possidendum, absque ullius episcopi consultu siue contractione.

confirmatur.

Haec ordinatio Guntharii in conspectu totius synodalis conuentus publice recitabatur, examinabatur, approbabatur, ac multis exsecrationibus diris roborabatur. Charta explicit: actum Coloniae in supradicta ciuitate V Calendarum Octobris, die sub piissimo Rege Ludouico, anno imperii illius XXXIII, anno dominicae incarnationis 873, indict. VII. Subscribunt Willibertus Coloniensis, Luitbertus Moguntinensis, Bertolphus Treuirensis, archiepiscopi. Bernardus Virdunensis, Alfridus Hildinisheimensis, Theodoricus Mimidonensis, Gerolphus Firdensis, Luithardus Paderbornensis, Hildigrimus Haluerstadensis, Hodolfus Mimigernafurdensis, Lubertus Osnaburgensis,

§. VII.

25. In eodem concilio Altfridus, Hildesiens. episc. recitabat literas, quibus se

gensis, episcopi, ac nonnulli presbyteri. In eodem concilio Altfridus Hildesheimensis episcopus de monasterio Essendiensi fundato, nunc confirmando cogitauit. Literae, quas in synodo recitabat episcopus, nobisque exhibet SCHATEN. in annal. Paderborn. P. I p. 174, ita erant conscriptae: Alfridus Dei disponente prouidentia Hildesiensis Ecclesiae Antistes. Cum inter immensas Dei Patris miserationes, quibus humanum genus gratuita pietate releuare dignatur, praecipue eam, qua constat consubstantialem coaeternum eius filium pro nobis incarnatum et crucifixum fuisse, ad memoriam reducerem, circa me uero specialiter diuitias bonitatis eius non sine admiratione perpenderem, qui me nullis exigentibus meritis de sordibus leuatum inter Principes Ecclesiae considere, et solium gloriae tenere fecit, ne tantis eius beneficiis ingratus apparerem, quid retribuerem Domino pro omnibus, quae retribuit mihi, diu multumque mecum cogitare coepi. Tandem itaque ex diuina, ut credo, inspiratione occurrit animo, sanctissimam et semper Virginem Mariam unicum et singulare praesidium peccatorum post Deum esse, cui si quid uenerationis impenderem, id et Deo fore gratum, et animae meae eius patrocinantibus me meritis arbitratus sum profuturum.

monasterium Essendiense construxisse memorat,

Opitulante itaque Dei gratia in praediolo meo, quod Asnide uocatur, in honore sanctae et Indiuiduae Trinitatis consecratam, sanctaeque semper Virgini Mariae, et SS. Martyribus Cosmae et Damiano dicatam Ecclesiam his, quae Domino donante possidebam, construxi, in qua ad immaculatum sacrificium sanctimoniae tam animae, quam corporis Deo in cordis et Spiritus contritione offerendum Sanctimonialium congregationem coadunare, eique uictus et uestitus necessaria prouidere;

matremque spiritualem dignam uult eligi.

Spiritualem quoque matrem, quae regulariter praesideat, eidem ex eadem praeficere curaui. Ne uero post mei excessum futuris seculis de electione Abbatissae dissensio oriatur, ex decreto Sergii Papae, et eius Successoris Adriani sancitum est, et eorum priuilegiis confirmatum, ut nec prece, nec pretio, nec ullo omnino unquam modo alterius congregationis sanctimonialis dictis sanctimonialibus praeponatur, sed quaecunque ex eisdem, et in Dei seruitio potissima, eiusdem Ecclesiae rebus iuste disponendis aptissima reperiatur, haec ex communi omnium ibidem Deo famulantium electione secundum Dei timorem suis Sororibus praeficiatur. Quod tamen consuetudinarium ius tam ministran-

nistrandis suis rebus imposuerim, et perpetualiter offerendum uelim, paucis absoluam. Possessiones Ecclesiae traditas uel tradendas, interiores uel exteriores, tam mobiles quam immobiles cum consilio Deum timentium summa cum diligentia Abbatissa procuret, reditusque earum tam in sua, quam in Sororum aequabili distribuat utilitate, id summopere cauens, utpote Deo rationem redditura, ut de communibus earum rebus, ne uel unam minimam praebendam absque earum consilio uel utilitate alicui tradat, ne, quod absit, penuria familiaris rei urgente ruptis sanctimoniae habenis liberius hac uel illac absque Dei timore uagentur. Si quae uero sanctimonialis ibidem habet propriam domum, aut aliud aedificium uel a se emptum, uel dono sibi datum, uel aliquas res undelibet iuste acquisitas, nihilominus ex omnibus supradictis neque Abbatissa neque aliquis alius ei auferat, neque ullo modo auferendum suadeat, sed eadem sanctimonialis libero arbitrio eandem domum, et cuncta quae inibi possidet, sorori suae uel amico ad eandem Ecclesiam pertinenti, absque ullius contradictione, siue morti sit proxima, siue uitae, quocunque modo uoluerit tradat. Id ipsum uero et clericis ibidem seruientibus constituimus, si quis antedictam earum aliquam Ecclesiae possessionem Abbatissa largiente susceperit, tali suscipiat conditione, ut post eius obitum eandem possessionem Ecclesia absque ullius contradictione suscipiat, restitutis prius omnibus tam mobilibus quam immobilibus rebus, quae in illa esse uidebantur ea die qua ipse eam suscepit, aut ipsa uiuens, prout uoluerit disponat, aut aliquis amicorum eius post illius mortem pro salute animae distribuat. Constituimus etiam ut nullus hominum uel aduocatus aliquis aliquam iurisdictionem in ciuitate praenominata habeat, excepta Abbatissa Assindi, praeter intruncationem manuum, uel armorum proclamationem. (Quae de iurisdictione hic adnectuntur, nisi me omnia fallunt, recentiora produnt tempora; praediolum Asnide *praenominatum* reperio, non *ciuitatem*). Anno Incarnationis Dominicae DCCCLXXVII * sub piissimo Rege Ludevvico anno imperii eius XXXVI * apud Coloniam ciuitatem V Calend. Octobr. in ipso die dedicationis basilicae S. Petri. Ego Alfridus Episcopus hoc priuilegium coram Domino Wiliberto praedictae ciuitatis Archiepiscopo recitaui, nec non coram Luitberto Moguntiacensi Archiepiscopo, et Bertolfo Treuerensi Archiepiscopo, et Berhardo Virdunensi Episcopo, atque Tiederico

§. VII. Abbatissa reditus administret et dispenset cura summa.

Sanctimoniales de patrimonio suo statuant libere,

in ecclesiae tamen utilitatem,

ueluti et clerici illius ecclesiae.

Iurisdictio saecularis.

* LXXIII

* XXXIV

§. VIII. Mimidonen. Epiſcopo, et Herolfo Ferdenſi Epiſcopo, et Luithardo Paderbornenſi Epiſcopo, atque Hildegrimo Haluerſtadienſi epiſcopo, et Odolfo Mimigernafurdenſi Epiſcopo, et Othiboldo Traiectenſi Epiſcopo, et coram Luitberto Oſnabrugenſi Epiſcopo, nec non coram aliis quamplurimis ſacri ordinis uiris, qui ob ſupra dictae Eccleſiae dedicationem conuenerant. In controuerſia ſuperiori ſaeculo inter Abbatiam ac ciuitatem agitata antiquiora huius ſanctimonalium congregationis initia idemtidem iactantur. uid. SCHWEDER. theatr. praetenſ. P. I p. 708.

§. VIII.

Ludouicus R. erat aduocatus eccleſiae Rom.

Eccleſiae uniuerſalis ac ſpeciatim Romanae tutelam reges fratres ſimul ſuſcepiſſe, oſtendimus §. VII, 1. Ergo Pontificis etiam Romani adiutores erant, dummodo hic regum maieſtatem comiter haberet. Ita enim inter Ludouicum et Carolum anno 868 Metis apud S. Arnulfum tranſactum: *mundeburdem et defenſionem S. Romanae eccleſiae pariter conſeruabimus, in hoc ut Romani Pontifices nobis debitum honorem conſeruent, ſicut eorum anteceſſores noſtris anteceſſoribus conſeruauerunt.* Operae pretium facturi uidemur, ſi, quid negotii Ludouico Regi cum Pontifice Romano fuerit, indagemus.

2. Drogo uicarius Germaniarum.

De Drogone epiſc. uicario Galliarum Germaniarumque partibus a Sergio P. deſignato uid. t. I §. LXXXXVIII, 4.

3. Benedictus III P. a Ludouico Corbeienſium priuilegiorum confirmationem contendit.

Benedictus III Papa priuilegia Corbeienſia confirmaturus, obſecrat Lotharium, Ludouicum, Carolum *auguſtos*, ut ſicut priores reges Francorum iſti coenobio conceſſerunt poteſtatem eligendi abbatem, ita quoque conſeruare ſuis temporibus dignentur. Hinc colligimus, Papam omnes tres fratres aduocatos eccleſiae exiſtimaſſe, eoque magis Ludouico Germanico illud commendaſſe monaſterium, quod in Germania praedia haberet.

4. Nicol. P. approbat Regis et praeſulum decreta pro Anſchario.

Ludouico noſtro auctore Bremenſem et Hamburgenſem epiſcopatum coniunctum fuiſſe, diximus §. VII, 7. Tantum aberat, ut Nicolaus P. regi ſuccenſeret, ut Ludouici decreta roborans Anſchario pallium indulgeret, et ſecundum uotum Regis monaſterium Ramesloam huic praeſuli aſſignaret. uid. reſcriptum Pontificis in uita S. Anſcharii cap. XX.

5. Rex lega-

Ludouicus ab epiſcopis Galliae eccleſiae conſortio deturbatus, anno 859 Thiotonem abbatem Fuldenſem ad Pontificem et Ludouicum imperatorem miſit, ut apud utrum-

utrumque, cur in Galliam ingreſſus ſit, cauſſam diceret, a quibus honorifice ſuſceptus, apoſtolica fultus epiſtola redit. ANNAL. FVLDENS. De epiſtola Nicolai Pontificis circa annum 860 ad epiſcopos Germaniae ſcripta, conf. §. VII, 15. Idem Pontifex anno 862 ad ſynodum congregandam duos epiſcopos de regno Ludouici mitti optat. HARDVIN. c. l. p. 233; ſed Ludouicus et Carolus petitis Pontificis non annuebant, temporiſque anguſtiam obtendentes; Carolus addit, *maiorem partem epiſcoporum omnium cum aliis fidelibus die noctuque contra piratas maritimos inuigilare, ob idque impediri uenire*, quod Pontifex in epiſtola c. l. p. 244 fert indigne. IBID. p. 236 extat epiſtola huius Pontificis ad epiſcopos Galliae et Germaniae, ut ad ſynodum Metenſem cum legatis accedant, ibique audito Lothario, eius diuortii cauſſam cognoſcant et canonice definiant. IBID. p. 278 Ludouicum Regem adhortatur, ut Lotharium ad diligendam Theutbergam excitare pergat, et Ingeltrudem ad Boſonem maritum redire compellat; p. 281 in epiſtola ad Regem noſtrum conqueritur de Lothario, quod nihil eorum praeſtet quae promiſit, prohibet ne Romam ueniat, prius quam Waldradam ut iuſſus eſt eo dirigat, et Theutbergam tractet ut Reginam, et Treuiris atque Coloniae legitimi epiſcopi ordinentur. Ad res Germanicas pertinent praecipue, quae in embolo huius epiſtolae de reditibus S. Petri e regno Germanico repetendis traduntur: „ſtatuit praeterea nobiſcum „excellentiae ueſtrae legatus, ut mediante Maio menſe huius primae „indictionis, pro unius anni reditibus rerum ſancti Petri in regno „ueſtro ſitarum recipiendis, noſtros miſſos direxiſſemus: cum duorum „annorum iam tempora praeterierint, ex quo reditus ex illis debuerunt eſſe collecti, et nos ex eis nihil recepimus. Porro ſi, ſicut „per multos et hunc eumdem ueſtrum legatum cognouimus, Arſenius inde aliquid colligit, licet nobis aliquid non detulerit, de „praeteritis annis collegit, non de futuris. Vnde rogamus gloriam „ueſtram, ut pro mercedis ueſtrae cumulis, collectis omnibus illis, „per ueſtri culminis uiros ad Apoſtolorum limina orationis gratia „uenientes, antequam de finibus regni ueſtri foras ea duci iubeatis, „nobis ſignificetis: ut his interim in tutiſſimo a prudentia ueſtra ſtatuto loco reconditis, ſi a ſpiritali filio noſtro Auguſto obtinere „potuerimus, ut cum ipſius homine noſtrum illuc dirigamus; et ea „ut nobis ſine aliquo diſpendio deferantur, recipiamus; gratiarum „actio-

§. VIII. ... tum ad P. mittit.

6. P. requirit epiſcopos de regno Ludouici, eique et epiſcopis commendat cauſſam diuortii Lotharii R.

7. P. reditus S. Petri reſiduos in regno German. colligi, ac tuto Romam transferri iubet.

§. VIII. „actiones Domino rependendae sunt. Sin autem, missum nostrum Deo opifice destinabimus; qui qualiter in uestro regno sint „recondita ac custodita, cum uestro misso praeuideat: et his nihilominus interim in uestro regno bene saluatis, aut nobis renuntiet, aut certe quidquid praeuiderimus, uel sanxerimus, facere non „omittat. Aut si gloria uestra, quaecumque illa fuerint, infra territorium ditionis uestrae, uidelicet usque Bononiam aut Rauennam „perduci fecerit, tantum ut secura sint, hoc multo amplius utile et „gratum habebimus; quoniam et nos deinde modo, quo ualuerimus, usque Romam ea ferri iubebimus. „

8\. Ludouicum pro Theutgualdo et Gunthario deprecari uetat.

Pag. 284 Ludouicum hortatur, ut desinat tandem intercedere pro Theutgualdo et Gunthario; p. 286 reprehendit episcopos, quod Theutgualdum et Guntharium suis gradibus restitui cupiant, exponit quam grauiter deliquerint, tum in suscipienda Ingeltrude, Bosonis coniuge refuga et excommunicata, tum in adstruendo et defendendo Lotharii repudio, et quod propterea merito fuerint depositi, quare hortatur, ut desinant, et ut Lotharium ad exequenda iussa Pontificis inflectant.

9\. de legatione P. ad regem Ludou.

Ceterum ANN. BERT. ad a. 865 Nicolaum P. Arsenium Ortensem episcopum et consiliarium suum cum epistolis ad Hludovvicum et Carolum fratres, sed et ad episcopos ac primores regnorum illorum ea, quae Lotharius per fratrem petierat, continentes, non cum apostolica mansuetudine et solita honorabilitate, sicut episcopi Romani reges consueuerant in suis epistolis honorare, sed cum malitiosa interminatione transmisisse aiunt; eumdem autem Arsenium per Curiam et Alemanniam ad Hludovvicum Germaniae regem in Franconoford palatium uenisse, epistolas Apostolici ei tradidisse et inde in Gundulfi uillam ad Hlotharium uenisse.

10\. Hadrianus II P. hortatur Ludouicum adspersis minis, ne in regnum Lotharii inuadat.

Hadrianus II Pontifex apud HARDVINVM c. l. p. 699 Regem de faustis Ludouici Imperatoris praeliis aduersus Saracenos certiorem facit, simulque huius imperatoris bella domini gerentis fratrisque illius Lotharii res tangi uetat, adiectis minis: *alioquin manum apostolicae sedis cum eodem piissimo principe fortiter esse cognoscite, et arma nostra illi munimina ualidissima conferentia summo agonotheta nobis concertante et beatorum principum apostolorum intercessione cooperante, praeparata sine cunctatione praenoscite.*

Epistola P. ad episcopos Germaniae.

IBIDEM p. 705 episcopis Germaniae absolutam a se Waldradam et congruentibus monitis instructam significat. Pag. 718 legatos ad Regem Ludouicum mittit,

quod

quod anno 870 contigisse annales Fuldenses aiunt, laudatque eum, §. VIII.
quod quae ad Ludouicum imperatorem spectaret, hereditatem Lotharii, uelut frater Carolus, non inuaserit. Pontifex ignorasse uidetur, quae inter Ludouicum et Carolum de Lotharii regno diuidendo transacta fuerint. 11.
Reprehendit deinde Regem, quod archiepiscopum Coloniensem Wilibertum sine suo consultu ordinauerit. *Miramur praeterea gloriam uestram in praeficiendo episcopo Agrippinae Coloniae tam indiscrete praebuisse consensum: cum euidentissime scires, quod Apostolicae sedis iudicio atque consultu ibidem debuerit ordinari antistes, cuius censura nuper fuerat eadem ecclesia suo priuata rectore. Et quidem quod post iudicium sedis Apostolicae factum est, dure suscepimus: sed quod tua super hoc deuotio, quam circa nos habere probaris, omnimodis tacuit, durius aestimamus. Praecipue quia Gunthari dudum archiepiscopi causam, antequam in locum illius substitueretur episcopus, nos iterum audituros, et uocem eius admissuros fore spopondimus. Praefatam quippe ordinationem nec confirmamus, nec ratam habere decernimus, quousque ille qui ordinatus est, nostrae exhibeatur praesentiae; et utraque pars coram nobis discussa, conuentus synodalis perpendatur audientia.*

P. regem reprehendit, quod Wilibertum archiep. Colon. sine suo consultu ordinauerit.

Pag. 719 legatos suos pontifex commendat etiam episcopis in regno Ludouici constitutis, eosque monet, ut Regi suo perpetuam pacem cum imperatore suadeant.

Episcopis German. legatos suos commendat.

Hadrianum excepit Iohannes VIII Pontifex, qui res Germanorum non neglexit. 12.
Apud HARDVINVM t. VI P. I p. 105 uices suas in Gallia et Germania committit Ansegiso archiepiscopo Senonensi, *qui quoties utilitas ecclesiastica dictauerit, siue in uocanda synodo siue in aliis negotiis exercendis, per Gallias et Germanias uice Pontificis fruatur.* Et uolumus, inquit Papa, *ut decreta sedis apostolicae per ipsum uobis manifesta efficiantur, et rursus, quae gesta fuerint, eius nobis relatione, si necesse fuerit, pandantur, ut maiora negotia ac difficiliora, quaeque suggestione ipsius a nobis disponenda et enucleanda quaerantur.*

Iohannes VIII. P. Ansegisum uicarium in Gallia et Germania constituit.

13.
Pag. 106 episcopos in regno Ludouici Regis Baioariae constitutos arguit, quod Ludouicum Regem ab inuadendo Caroli fratris absentis regno non cohibuerint. Vehementer Pontifex inuehitur in Ludouicum Regem, quem eo perductum dicit, ut fideles fraudibus diuersis inficiat, ad peierandum terribilis Dei nomen impellat, pacem regni diuturno fratris studio radicatam corrumpere gestiat, et lactatus a peccatoribus suis duntaxat complicibus acquiescens, pedes

In epistola ad episc. German. grauius insectatur Regem, Caroli fratris regnum adeuntem;

 suos

§. VIIII. ſuos ad malum currere faciat, madentibus adhuc campis **Fontanicis**, quos in iuuentute ſua humano ſanguine tinxerat, in ſenectute decrepita minarum et caedis ſpirans, ad fundendum Chriſtianorum multorum ſanguinem pro ſua ſingulari ambitione diſcurrat - - - in procinctu contra Nortmannos pro eccleſiae Dei liberatione pugnandi, et inimicos crucis Chriſti usque ad ultimam deditionem conſtringere ſatagendi, ſenioris ueſtri utrinque animum ad inuaſionem relicti imperii ſuſcitauit, ipſos familiares, ipſum poſtremo filium ad eius ex-

Inſectatur etiam comites regni Ludouici;

tinctionem hoſtiliter prouocauit. Eadem fere legimus p. 111 in epiſtola ad glorioſos Comites in regno Hludouici Regis Baioariae conſtitutos, eosque ita adhortatur: redite praeuaricatores ad cor --- nolite ſocialia bella committere, nolite paricidales gladios in perniciem ueſtri ſuſtollere, nolite Fontanicum deteſtabile praelium reuo-

item et epiſcopos a Carolo deſciſcentes.

care. Pag. 113 epiſcopos increpat, qui a Carolo deſciſcentes Ludouico Regi adhaeſerant. Quum Carolus ad Imperatoris ſolium a Pontifice R. adiutus adſpiraret: Antiſtes Romanus Ludouicum iterum a regno Caroli inuadendo dehortabatur, et epiſcopi Galliae,

14. P. et epiſcopi Galliae Ludouico, in regnum Caroli inuadenti, iterum ſuccenſent.

duce Hincmaro, nouas diras in regem noſtrum euomebant, teſtantibus actis ſynodi Pontigonenſis in BALVZ. t. II p. 245.

§. VIIII.

Auctoritate regis epiſcopi et abbates conſtituti,

In praeſulibus conſtituendis, eorumque negotiis cognoſcendis, ac litibus componendis, nihil in regno ſuo iurium illorum remittebat Rex, quae a maioribus ſuis acceperat. Tametſi enim ſacra quaedam collegia libera epiſcopi uel abbatis eligendi facultate fruerentur, eam tamen a Rege habebant, qui electionem plerumque ita moderabatur, ne quis ſe inuito ad dignitates maiores adſcenderet. Annales et alia litterarum monimenta hac in re inter ſe concordant. Fragmentum chronici, quod euulgauit SCHILTER. ad KOENIGSHOVII chron. Argent. p. 483: *et iſte Ludouicus filius*, inquit, *regnauit XXXIII annis*, *et ibi epiſcopos et praelatos praefecit*, *ac monaſteriis diuerſa priuilegia conceſſit.*

8. uelati Carolus, Archiep. Mogunt.

Hrabano ex aula Regis, ni fallor, ad eccleſiam Moguntinenſem uocato, *ſucceſſit Carolus magis ex uoluntate Regis et conſiliariorum eius*, *quam ex conſenſu et electione cleri et populi.* Ita ANNALES FVLDENSES ad annum 858. Alii quidem: *non magis* ſiue *non ſolum ex uoluntate Regis* legunt, ſed uoluntatem Regis primas tenuiſſe, ſatis liquet. Pergunt ANNALES FVLDENSES: *deceſſit*

decessit autem et Hatto abbas Fuldensis coenobii pridie Id. April., in cuius locum per electionem fratrum et auctoritatem regiam ordinatus est Thioto, unus ex ipsis monachis. §. VIIII. Thioto, Abbas Fuldensis.

Clerici Colonienses Hilduinum episcopum iam acceperant, sed Luitberto Moguntino Regis Ludouici iussa hac admonitione exponente: si electionem uobis a Rege concessam despicitis, in arbitrio et potestate Regis est, quem uobis uelit dare episcopum, unanimiter elegerunt Wilibertum uenerabilem uirum, 3. Wilibertus, Archiep. Colon.
quem nimium renitentem ac refugientem ordinauit praedictus antistes cum aliis sacerdotibus. REGINO ad annum 869 uel potius 870. Quanquam Iohannes Pontifex Wiliberto pallium denegabat, in decreto Gratiani can. 4 distinct. 100: „optatum tibi pallium nunc conferre nequiuimus: quia fidei tuae paginam minus, quam oporteat, „continere reperimus: cum uidelicet in ea nullam sanctarum uniuersalium synodorum, in quibus fidei nostrae symbolum contine„tur, nec decretalium Pontificum Romanorum constitutorum secun„dum morem feceris mentionem: sed nec illam propria subscriptio„ne munieris, nec aliquem, qui hanc iureiurando firmaret, miseris:„ (§. VIII, 11) nihilominus ecclesiam Coloniensem Gunthario defuncto regebat, et concilium quod §. VII, 24 indicauimus habebat. Pontifice R. pallium denegante can. 4 dist. 100.

Archiepiscopi quidam regni Caroli Bertulfum, archiepiscopum Treuirensem, ordinare audebant, sed Ludouicus Lotharingiae partem adeptus id moleste ferebat ac Bertulfo Waltonem, monachum quemdam opponebat. Archiepiscopi isti factum excusare studebant in epist. ad Ludouicum regem, in FLODOARDI hist. Rem. L. III p. 224. Bertulfo denique Rex dignitatem suam reliquit, Waltonem autem Abbatem S. Maximini constituit. de Bertulfi, Archiep. Treuerensis ordinatione.

De episcoporum inuestitura per baculum diximus t. I §. LIII, 5. Nunc luculentum exemplum praebet Rembertus. 4. Rembertus, Archiep. Hamburg. per baculum a rege inuestitus.
Hunc enim *archiepiscopum Hamburgensem et Bremensem electum ad gloriosum tunc temporis regem, Ludouicum, adduxerunt uiri uenerabiles, Theodoricus, Mindensis episcopus et Adelgarius, Abbas monasterii nouae Corbeiae, susceptusque honorifice a Rege, cum Pontificalis baculi commendatione, episcopatus est dominium adeptus - - ad ordinandum eum, nempe S. Rembertum, Rex Ludouicus misit ad Liutbertum, Archiepiscopum Moguntinum, a quo iussu eius ita est consecratus* etc. teste Auctore uitae S. Remberti c. 9. Equidem GODEFR. HENSCHENIVS ad dict. loc. t. I mens. Febr. Actor. Sanctor. uerba de baculi pontificalis commendatione tempore Henrici IV Imp.

quo

§. VIIII. quo hac de re diſceptabatur, intruſa fuiſſe cenſet; ſed ADAMVS BREM. L. I c. 32 iam ex uita Remberti repetit: *Pallium pontificale ſuſcepit a Papa Nicolao. Ferulam paſtoralem a Caeſare Luthewico, ſicut in priuilegiis dignoſci poteſt.* Ludouicum noſtrum interdum Caeſarem appellari, monſtrauimus §. II, 4. ADAMVS c. l. c. 39 itidem ex uita huius ſancti uiri refert: cum iam ſenio grauaretur Sanctus Rimbertus, etiam continuus ei pedum dolor acceſſit. Inde apud glorioſiſſimos reges Luthevvicum et filios eius hoc obtinuit, ut inſignis uir Adalgarius, monachus uidelicet Corbeiae, in adiutorium illi confirmaretur, quatenus ipſe infirmitate detentus, in Adalgario haberet ſolatium circueundi Epiſcopatum, placita adeundi; et quando exigeretur, in expeditionem uel ad palatium cum comitatu ſuo proficiſci. Impetrauit etiam, ut ipſe illi in electione ſucceſſor confirmaretur, et inter conſiliarios regis locaretur, aſſentientibus fratribus et Abbate monaſterii eius, ac ſancta ſynodo haec omnia roborante. De Arnone epiſc. Friſingenſi, Rege aſſentiente, electo uid. §. XIIII, 7. Regem abbates conſtituiſſe, patet ex tabulis Corbeienſibus apud SCHATENIVM p. 144 occurrentibus: Quia petente atque ſuggerente Warino uenerabili abbate, qui monaſterium, quod dicitur noua Corbeia *noſtra conceſſione* in regimine habere dinoſcitur. Otgario Altahenſe monaſterium commiſit §. XVIIII, 7. Quem paullo ante Regem ordinaſſe diximus Thiotonem abbatem Fuldenſem, eundem Rex etiam depoſuit. uid. ANNALIST. SAX. ad annum 869. Monaſterio ſuo Tigurino Hildegardam, filiam ſuam praefecit (§. XVI, 20). In pace ad Teudonis uillam anno 844 repetita, regiae auctoritatis eſſe dicitur, eos qui uices Chriſti ſecundum regulam diuinitus dictatam in monaſteriis agant, ordinare. Plura regiae auctoritatis documenta protulit PFEFFINGER. in Vitriar. illuſtrato t. I p. 136. Nec tacere poſſumus formulam VI Alſaticarum formularum, quas ECCARDVS commentar. Leg. Sal. adiecit. Copioſe documentum iſtud, cuius initia Ludouicum regem noſtrum appellare uidentur, declarat, quae regis in epiſcopis eligendis partes fuerint: uenerabilis uir N. illius Eccleſiae Praeſul precibus, quibus auſus eſt, ſerenitati ſuggeſſit, quod Canonici et familia ipſius Eccleſiae, ſed et alii Clerici et cunctus populus eiusdem Doeceſeos nimium ſolliciti eſſent et ſuſpecti, quisnam illis aut cuius gentis per ſe Epiſcopus ordinaretur, timentes uidelicet, ne ſi ignotus ignotis, et

Remberti Adalgarius, adiutor, et ſucceſſor confirmatus.

Arno Friſing. ep. a rege approbatus.

5. *de conſtitutione abbatum.*

6. *Ius eligendi epiſcopum uariis conditionibus conceditur.*

epiſcopus ſit linguae populi ſui,

et etiam alterius linguae, diuersorumque morum superponeretur, §. VIIII.
eis nequaquam conuenire potuisset. Cuius suggestioni assensum nostrae pietatis accommodantes, et Christianae plebis utilitati prospicientes, per auctoritatem nostrae potestatis eidem Ecclesiae hoc pacto in eodem Clero et etiam in ipsa parochia ius sibi eligendi Episcopum in Elemosinam nostram concessimus. Ideo si inter ipsos Canonicos ingenui et nobiles homines diuinae authoritatis eloquiis et Synodalium Decretorum constitutis instructi, et bonis moribus adornati fuerint inuenti, per consensum sacrorum ordinum, et natu maiorum nobilium Laicorum, qui dignus ex eis electus fuerit, ad nostrae serenitatis deducatur aspectum, ut per nostram comprobationem Clericis et Monachis et omni populo acceptus et honorabilis habeatur. Quod si inter eos talis inueniri nequiuerit, sed Dei gratia Monasteria in eadem Dioecesi Nobilibus et eruditis uiris referta, inde dignum et industrium Ecclesiae Rectorem inuenientes, nostro conspectui perducant eligendum, ut per nos Archiepiscopo commendatus, officii sui autoritatem, per nostram obtineat potestatem. Si hoc noluerint, de tota Parochia unumquemlibet Clericum natalibus et doctrina pollentem cum consensu populi eligentes nobis uidendum et comprobandum praesentantes petitionem suam apud clementiam nostram se obtinere confidant. Si uero, quod absit, personam seruili iugo notabilem, et publicis exactionibus debitam, aut etiam uitiis suis consentaneam, et ipsi sine populo eligere, et nobis absque idoneis Parochiae testibus assignare praesumpserint, liceat nobis potestate Regia uti, et iuxta scientiam nobis diuinitus concessam, Ecclesiae Dei dignum constituere Sacerdotem, qui et Ecclesiam Canonice sciat dirigere, et ad nostram obsequelam et obsequium, per aetatis et industriae commoditatem sufficiat occurrere, quod etiam caeteri, si perueniant ad Episcopum, sibi nouerint subeundum. Caeterum Pontificem Romanum ad episcopos Germaniae uarias epistolas dedisse, docet §. anteced. Sciscitabantur illi aliquando, quod hic silentio praeterire nolumus, utrum hi qui pro defensione sanctae Dei ecclesiae et pro statu Christianae religionis ac reipublicae in bello nuper ceciderunt, indulgentiam possint consequi delictorum; tum Pontifex apud HARDVIN. t. VI P. I p. 46 affirmando respondet. Episcopi Germaniae non solum synodis in regno patrio aderant, sed et *permittente Rege* ab aliis episcopis inuitati,

sacrarum literarum et canonum peritus, ingenuus et nobilis.

7. *Episcopi Germaniae de indulgentia in acie occumbentium P. consulunt.*

8. *Concilia aliorum regnorum adeunt.*

§. X. uitati, aliena poterant adire concilia. Sic ab episcopis regni Caroli et Lotharii inuitantur ad concilium Tricassinum in HARDVIN. t. V p. 679. Vtriusque regni (Germanici et Lotharingici) episcopos reperimus in concilio Vormatiensi a. 857. uid. §. VII, 12, et 18.

§. X.

Episcoporum et ecclesiarum singularium tabulae regiae, quarum plures uel deperditae sunt uel latent.

Si tabulas ipsas intuemur, non solum iis, quae diximus, noua lux accedit, nouumque robur, sed et alia regiae potestatis largitatisque documenta deprehendimus, e quibus Germaniae sacrae, qua istis temporibus erat, formam luculentius licebit cognoscere. Multas aedes sacras, multaque religiosa delubra iam tum Deo uero O. M. dedicarat Germania, quae opibus et auctoritate in dies augescebant, Regisque praesidio fruebantur. Copiosa proferemus testimonia, at multo plura uel interciderunt, uel, ni fallor, latent. Quis enim credat, archiepiscopum Moguntinum, Salisburgensem, aliosque episcopos permultos pro ecclesiis suis tam parum uigilasse, ut nulla regis munificentiam ratione solicitarint, nullisque praeceptis regiis patrimonia sua ac ornamenta munienda curarint? Episcopi in primis et abbates, cancellarii, dignitatis suae pretium optime nouerant; mirum igitur, si Liudbertus, Archiepiscopus Moguntinus, Cancellarius regis tam multas chartas pro aliis praesulibus, sui immemor, recognouerit.

Confirmantur amissa literarum documenta. episc. Argentoratensis.

Euoluamus primum diplomata, quibus antiquiora renouantur fulciunturque. Sic rex Argentoratensis ecclesiae confirmat iura et possessiones uetustas, amissis literarum documentis. Narratio incipit: „*quia uir uenerabilis Rataldus Strazburgensis Vrbis* „*Episcopus nostram adiit Excellentiam referens mansuetudini nostrae, qualiter ob incuriam ministrorum ipsius Ecclesiae omnia munimina cartarum, quae inibi haberi uidebantur igne concremata fuerint. Idcirco* „*nostram deprecatus est pietatem, ut per nostrae auctoritatis praeceptum* „*omnes res et familiam, quae tunc temporis eadem Ecclesia, quae constructa habetur in honorem beatae domini Genitricis semperque Virginis* „*Mariae quae habuisse dinoscitur quando haec res accidit, denuo confirmaremus et corroboraremus* etc.„ uid. KVLPISII et SCHLTERI scriptor. pag. 111, ubi charta a. XXXVI regni Ludouici data reperitur; sed iam a. XXIII Rex noster singulari diplomate ueteres libellos, nulla tamen incendii facta mentione, muniuerat, in LAGVILL. hist.

hist. Alsat. prob. p. 21. Recensebimus illud §. XIII, 1, ac nonnullas dubitandi rationes dissoluemus. §. X.

Quamquam ecclesia Wirzeburgensis iam a Pippino rege ducatu orientalium Francorum se donatam fuisse iactet, ac propterea episcopus etiam nunc titulum Ducis Franconiae prae se ferat: mirandum tamen est, huius rei nec in historia, nec in re diplomatica Ludouici nostri ullum reperiri uestigium, quum aliae donationes minoris ponderis ab hoc rege firmari sueuerint; quin potius Ludouicus semetipsum regem Franciae orientalis dixit. Si ecclesia S. Kiliani a. 850 igne consumta fuit, atque adeo damnum accepit tabularium; a rege nostro antiquorum iurium confirmatio, ad imitationem ecclesiae Argentinensis, peti poterat. Nec satis intelligitur, quomodo Henrico II, ut Imperator hic testatur ipse, chartae Caroli et Ludouici offerri potuerint. Vberius hoc argumentum exponit PFEFFINGER. ad Vitriar. tom. I, p. 1177. BECK. in differt. de ducatu Franconiae, cui GVNDLING. annotationes aliquas adspersit, nunc *der Sammlung kleiner teutschen Schrifften* p. 226 insertas, ducatum Wirceburgensem, a ducatu Franconiae diuersum, marcam tantum Wirceburgensem indicare opinatus. add. LVDEWIG. praefat. collect. scriptor. Wirceburg. Pro commodis Herbipolensis sedis roborauit rex accessionem monasterii Schvvarzacensis, quod Theodrada, amita ipsius, ad reliquias S. Saluatoris et beati Chiliani martyris Christi tradiderat; „uir uenerabilis, (inquit Ludouicus) Gozbaldus, sanctae Dei Wirziburgensis Ecclesiae Episcopus, et Theodrada, amita nostra, filia praestantissimi Augusti, diuae memoriae aui nostri, nostram serenitatem petierunt, ut res et possessiones, quas ipsa Theodrada manu potestatiua, ad reliquias Sancti Saluatoris et beati Chiliani Martyris Christi, tradidit in pago, cuius uocabulum est Folckfeld, Monasterium puellarum, uocabulo Svvarzaha, cum caeteris uillis et possessionibus, quae ad praefatum Monasterium moderno tempore pertinere uidentur, Blutendae, filiae Folckberti, quondam Comitis; per hoc nostrae auctoritatis praeceptum, si superstes fuerit amitae nostrae diebus uitae suae, per nostram concessionem atque confirmationem et Gozbaldi Episcopi consensum, usufructuario ordine excolere liceat, sub tali censu, sicut in ea traditione signatum est, quam praefata amita nostra Sancto Chiliano Martyri Christi tradidit, ut post discessum, praefatum Monasterium, cum omnibus suis

a. An ducatus Franconiae pertinuerit ad ep. Wirceburgensem

qui monasterium Schvvarzacense acquirit,

quod Blutendae,

 appen-

§. X. appendiciis et adiacentiis, in poteſtatem uel dominium Sancti Martyris Chriſti et rectoris illius Eccleſiae, pleniter reuertatur." At Blutendae ſubſtituiſſe uidetur Theodrada Hildigardam filiam regis, Hildigarda ſororem ſuam Bertham commendauit epiſcopo, ut et eidem monaſterium ſub cenſu annuo relinqueretur. Plenius haec docet priuilegium alterum regis; „qualiter Theodrada quondam, amita noſtra, quasdam res proprietatis ſuae, hoc eſt Monaſterium, quod dicitur Svvarzaha, cum omnibus adiacentiis uel appenditiis ſuis ad Monaſterium Wirzeburg, quod eſt conſtructum in honorem S. Saluatoris, et beati Kyliani Martiris Chriſti manu poteſtatiua tradidit; ea ratione, quatinus dilecta filia noſtra Hildigarda ipſum Monaſterium uſque ad obitum ſuum haberet. Poſtea uero Gozbaldus Epiſcopus, qui tunc praefatae Eccleſiae Rector eſſe uidebatur, ac reliqui fratres petierunt, quatinus Hildigarda praefatum Monaſterium in ius S. Kyliani manu etiam ſua redderet, quod eam feciſſe omnium fidelium noſtrorum magnitudo cognoſcat; At uero memorata Hildigarda humiliter ad Arnonem Epiſcopum et ſucceſſorem eius ac reliquum Clerum accedens petiit, ut idem Monaſterium ad dies uitae Berthae ſorori ſuae ſub cenſu decem ſolidorum annuatim in Palmis reddendo praeſtarent, quod ita fecerunt, ſed pro integra firmitate petierunt iterum Arn Epiſcopus et reliquus Clerus, ut hanc compactionis rationem noſtra auctoritate firmaremus, quorum petitioni libenter adquieſcentes, hoc praeceptum manſuetudinis noſtrae eis conſcribere iuſſimus, per quod praecipientes praecipimus, ut, ſicut ipſi inter ſe placitauerunt, ita deinceps per hanc noſtram auctoritatem iure firmiſſimo permaneat, et poſt obitum Berthae filiae noſtrae praefatum Monaſterium in ius et poteſtatem Sancti Kyliani redeat, et nullus ſucceſſor noſter illud inde ſubtrahere poſſit, ſed ſemper et perpetualiter ad iam dictum locum Chriſto propitio permaneat." ECCARD. tom. II rer. Franc. p. 887. Ex his omnibus colligimus I) monaſteriorum poſſeſſores ſibi ius adminiſtrandi coenobia reſeruare potuiſſe, etiamſi iſta tradita fuiſſent epiſcopis; II) dominium in eccleſiam ita tranſiiſſe, ut uſusfructus cenſu quidem annuo ex ſoluto maneret penes priſcum dominum. Vſusfructus autem iſte uix diſtabat a dominio utili. Caeterum Bertha rebus humanis Ao. 877 erepta monaſterio Schvvarzacenſi monachi Megingaudeshuſani donati fuerunt. III) Nihil offenſionis habent uocabula

ac Berthae uſufructuario iure ſub cenſu X ſolidorum annuo ad dies uitae conceditur.

bula alterius diplomatis; *monasterium Wirzeburg*. Collegia enim canonicorum non infrequenter dicuntur monasteria, id quod ex aliis chartis ad ecclesiam Herbipolensem spectantibus, e. c. Ludouici pii apud ECCARDVM hoc loco pag. 883 et 886 patet. Originem et fata monasterii Schvvarzacensis accuratius explicat idem ECCARDVS ac nonnullos Frisii et Chronici Schvvarzacensis errores emendat p. 122, 126, 456, 630. Bathuradus, episcopus Paderbornensis, praeceptum Ludouici P. regi nostro confirmandum offert, apud SCHATEN. annal. Paderb. p. 148. uid. §. XIII, 2. Simili beneficio augebatur Hungerus, episcopus Traiectensis, in HEDAE hist. episcop. Vltraiect. p. 55. uid. §. XIII, 3.

§. XL

3\. Rex roborat chartas ep. Paderborn. Traiectens.

§. XI.

Sed non uetera tantum beneficentiae documenta rata esse iussit rex, sed et sua ipsius liberalitate succurrebat ecclesiis. Wormatiensi ecclesiae perquam munificum se praebuit; uerum an regia ista largitas ex literarum monumentis ab hac ecclesia asseruatis rite declarari possit, dispiciemus §. XXXX, 7 sq. Frontis sincerae iudicamus tabulas, quibus ecclesiae collegiatae Neuhausensi, episcopo Vangionum adscriptae, fundi complures conceduntur in SCHANNATI cod. probat. hist. episc. Wormat. p. 9; Rex ita, nos ob nostrae mercedis augmentum, inquit, et pro remedio animae domni Aui, ac Genitoris nostri, concessimus ad sanctum Cyriacum, in marcha ac uilla Flaridesheim quasdam res proprietatis nostrae, id est: Hobas III et dimidiam, et ad unamquamque Hobam pertinent Iornales LX et ad dimidiam XXX et in tribus locis de Vineis ubi possunt colligere siclas XL. In marcha uel in uilla Albolfesheim Aream I et Iornales XI in marcha uel in uilla Mouuenheim hobam I et ad eam pertinent Iornales LX de Pratis ad Carradas XII et in Nouale, qui dicitur prope Thoneresberg, inter cultum et incultum Hobas III de sylua inde possunt pasci porci XX; cum mancipiis XII his nominibus Sicgo. Herimout. Irminsuuind. Reginbert. Gerheit. Vuilligis. Engilsuuind. Sigimuot. Hildibirg. Item Gerheit Liuthild. Benedicta. et Vuealgar, et Filii eius. Has itaque praescriptas res, cum praenominatis mancipiis totum et ad integrum ex Iure et dominatione nostra in ius, et dominationem sancti Cyriaci, ad opus Fratrum ibidem Domino famulantium tradimus atque transfundimus,

Rex donat res proprietatis suae ecclesiae Wormatiensi, s. S. Cyriaci Neuhaus.

§. XI. mus, ea uidelicet ratione: ut ab hodierna die, et deinceps per hoc nostrae auctoritatis praeceptum plenius in Dei nomine confirmatum, nullo inquietante, sed, Deo auxiliante, perpetuis temporibus ad sanctum Cyriacum permaneant in usus Fratrum ibidem Deo famulantium, et nullus Episcopus, neque ulla iudiciaria potestas, eis inde

3. Spirensi, quippiam auferre praesumat. LEHMANN. in chron. Spirensi L. III cap. 44 narrat, regem Gebhardo Episcopo Spirensi donasse uillas Speck et Hagenbach piamque donationem Comitis Diepoldi confirmasse, sed tabulas ipsas desideramus.

4. Patauiensi, Quam benignus fuerit rex in ecclesiam Patauiensem, commonstrant chartae quaedam HVNDIANAE. Sic legimus P. I p. 231: „nos, pro mercedis nostrae augmento, concessimus Ecclesiae Patauiensi quae est constructa in honore sancti Stephani prothomartyris, ubi etiam sanctus Valentinus confessor Christi corpore requiescit, cui praesenti tempore uenerabilis uir Reginarus Episcopus praeesse uidetur, quasdam res proprietatis nostrae, quae sunt in prouincia Auarorum, in loco, qui dicitur Kirchbach, id est, Ecclesiam unam constructam, cum territorio, ad mansos centum faciendum, et plus, quarum terminia sunt, ab ipso loco pergens per unam semitam usque ad locum, qui dicitur Tumus, et inde, per circuitum usque ad praedictum Kirchbach, et deinceps usque ad Markam Theotherii, et inde usque sursum Cynnenberg. Has itaque res, cum praedicta Ecclesia, cum uineis, terris, cultis et incultis, pratis, syluis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, adiacentiis, peruiis, et exitibus, et regressibus, totum et ad integrum, quemadmodum Raetbodus comes Annonicor Episcopo ipsas res consignauit, ita praedictae Ecclesiae poenitentialiter concessimus, et de nostro iure in ius et ditionem eius, liberalitatis nostrae munere conferimus, ita uidelicet, ut quicquid Rectores et ministri supradictae sedis de ipsis rebus, iure Ecclesiastico, facere uoluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi, tantum scilicet, ut dum Annocor Episcopus, atque Anno Nepos eius aduixerint, ipsas res tenere et usare faciant, et nullus eis ipsas abstrahere praesumat, et post illorum discessum cum integritate ad eandem Ecclesiam reuertantur.„ BRVSCHIVS de Laureaco p. 81 hanc chartam Ludouico Pio adscribit, sed perperam. HVNDIVS c. l. p. 197 aliorum codicillorum fragmentum affert huius argumenti: *Hludouicus diuina fauente gratia Rex Boiariorum. si libertatis nostrae*

ſtrae, etc. quia nos pro mercedis noſtrae augmento, etc. conceſſimus Eccleſiae Patauienſi, quae eſt conſtructa in honore S. Stephani Prothomartyris, etc. cui praeſenti tempore uir uenerabilis, Reginarius Epiſcopus praeeſſe uidetur, quaſdam res proprietatis noſtrae, quae ſunt in prouincia Auarorum, in loco, qui dicitur Lytha, ſuper fontem, qui dicitur Schönprunn etc. §. XII.

Inter alia iura regalia, quae Rex praeſulibus eccleſiarum conceſſit, praecipuum exiſtimamus ius monetae. Impetrauit illud epiſcopus Argentinenſis in charta immunitatis in KVLPIS. et SCHILT. ſcriptoribus p. 111 exhibita: *conceſſimus quoque uenerabili Epiſcopo Ratoldo uel ſucceſſoribus eius Rectoribus ſcilicet iam dictae Eccleſiae, ut in quacunque placuerit uilla Epiſcopii ſui monetam ſtatuat, quatinus pro mercedis noſtrae augmento utilitati ipſius eccleſiae deſeruiat.* §. epiſc. Argentorat. impetrat ius monetae.

§. XII.

Fundi ſedibus ſacris ea lege dabantur, ne umquam ab iis diuellerentur. Quum itaque eccleſiae Regis curae ac tutelae eſſent commendatae, eum omnino prouidere oportebat, ne quid ex patrimonio ſanctorum uenderetur, neue permutationibus eccleſiis durior afferretur conditio. Quam ob rem huiusmodi pacta non, niſi annuente rege, ſanciri poterant. Rex autem uel ipſe tabulas commutationum ſcribi iuſſit, uel ab aliis ſcriptas ratas habuit. Exordium chartae cuiusdam in PEZ. theſ. anecd. t. I P. III p. 203 teſtatur, permutationes *modernis temporibus* (h. e. aeuo Carolidarum) *piiſſimorum licentia regum frequentiſſime inter nobilium ſubſtantias atque eccleſiaſticarum rerum portiones* contingere ſolere. Specimen praebent Erchanfridus ep. Ratisbon. et Hartvvig. ep. Patau. ib. p. 247: Placuit atque conuenit inter uenerabilem uirum Erchanfridum Reganesburgenſis Eccleſiae Epiſcopum, nec non et uirum uenerabilem Harduuigum Patauienſis Eccleſiae Epiſcopum; ut aliquas res pro communi utilitate et compendio inter ſe commutare deberent, quod ita et fecerunt. Dedit igitur memoratus Epiſcopus Erchanfridus de rebus proprietatis ſuae, et aduocatus ipſius Nordheri iam dicto Praeſuli ad partem Monaſterii ſui ſancti Quirini in perpetuum tenendum, in loco, qui dicitur Hunolzenghoua hobam I et caſam, et de terra arabili iugera XXXIX, de pratis, ubi poſſunt colligi faenum carrad. XXX. et de fructuoſa ſylua iugera XXIIII. Et econtra in

Auctore Rege fiunt permutationes

inter epiſc. Ratisbon. et Patauienſ.

§. XII. in compenſatione earumdem rerum dedit praefatus Epiſcopus Hardunigus et eius aduocatus Liuthardus praeſcripto Erchanfrido Epiſcopo de rebus Monaſterii ſui ſancti Quirini unacum conſenſu et conhibentia Monachorum, in eodem Monaſterio degentium, etiam et per licentiam Domini Hludouuici glorioſiſſimi Regis ad ſuum proprium tenendum in loco, uocabulo, Bodolunghoua caſam unam, et de terra hobas II de pratis, ubi poſſunt colligi de foeno carradae XX uel quicquid ibi in loco Heitfolcus ex ſuo proprio ad Monaſterium S. Quirini tradiderat. Vnde et duas commutationes pari tenore conſcriptas inter ſe fieri et affirmare rogauerunt; ut unusquisque hoc, quod a pare ſuo accepit, teneat atque poſſideat, et faciat exinde, quicquid ſibi libuerit; et taliter inter eos hic inſerere placuerit; ut ſi fuerit poſt hunc diem ullus ex ipſis, aut alia quaelibet oppoſita, aut emiſſa, uel ſubrogata perſona, quae contra hanc commutationem, de qua duae cartulae uno tenore conſcripta eſſe uidentur, uenire tentauerit, aut eam per quodlibet ingenium inrumpere conatus fuerit, inferat parti, contra quem litem intulerit, diſtringente fiſco auri libr. II argenti pondera V coactus exſoluat, et ſua repetitio nullum obtineat effectum; ſed praeſens commutatio omni tempore firma et ſtabilis permaneat cum ſtipulatione ſubnixa. Actum Reganesburg ciuitate. Signum Harduuigi Ep., qui hanc commutationem fieri, et affirmare rogauit. Et iſti ſunt teſtes per aures tracti, qui uiderunt, et audierunt, quando iſta commutatio fuit coram Domni Hludouuici Glorioſiſſimi Regis. Hoc eſt: Eginolf uenator, Engilſcalch, Vzzant, Bernhart, Patager, Engildeo, Rumolt, Batto, Odalrih, Engilbold, Iſanperht, Gamanolf, Vuaning, Eccho, Dauid, Rihmar, Vuicbold.„ Liquet ex his codicillis, res permutandas accurate deſcribi; 2) negotium non ſolum auctore Rege, ſed et monachorum coetu ſuffragante, et aduocato eccleſiae intercedente, ſuſceptum fuiſſe, quod 3) tum chartis pariculis, de quibus uid. MABILLON. rei diplom. comment. p. 5, tum 4) poenis, et 5) ſubſcriptione et 6) teſtibus per aures tractis firmabatur. De aurium uellicatione, item et de ſtipulatione ſubnixa, dicemus §. XXX.

2. inter epiſc. Friſingenſ. et nobilem uirum Mittonem, Haud diſſimili ratione Rex roborauit quoque commutationes plurimas Epiſcoporum Friſingenſium. Exemplis abundat MEICHELBECKII hiſt. Friſing. Inter inſtrumenta num. 637 legimus. In Dei nomine. Placuit atque conuenit inter uenerabilem uirum Erchan-

chanbertum Frigifigenfis Ecclefiae Epifcopum, nec non et quendam nobilem uirum nomine Hittonem, ut aliquas res pro communi utilitate, et compendio inter fe commutare deberent, quod ita et fecerunt. Dedit itaque Erchanbertus Epifcopus ex ratione praefatae Ecclefiae fuae, una cum confenfu, et conhibentia Canonicorum, et Monachorum, aliorumque fidelium in ipfa Ecclefia degentium, etiam et per licentiam Domni Hludouuici Regis eidem Hittone ad fuum proprium ad habendum in loco, qui dicitur ad Puanteshufun in monte conftituto loco Ecclefiam, et curtem cum domo, et pomerio, et a foris de terra arabili iornales CXXIIII et de pratis, ubi colligi poffunt carradae XV et de filuae confiniis iornales VIII ad hunc locum pertinentem. Hoc totum, et integrum cum omni ueftitura tali, quod praedictum eft, ficut ad ipfam fedem pertinere dinofcitur. Et econtra in reconpenfationem huius rei dedit memoratus Hitto Laicus ex fuo proprio fupra dicto Erchanberto Epifcopo, et Aduocato fuo Piligrimo ad partem monafterii fui in uilla, quae dicitur Cucinhufir prope fluuio Mosaha curtem cum domo, et curtiferum unum, et talem partem, ficut in ipfa ecclefiaftica re in ipfo loco habere debuiffet. Et a foris de terra arabili praeter ecclefiafticam rem iornales C et IIII et de pratis ubi colligi poffunt carradae C et de terminis filuae iornales C cum farinariis, et cum omnibus ad fe pertinentibus firmiter condonauit. Vnde et duas commutationes pari tenore confcriptas inter fe fieri rogauerunt, per quas deinceps unusquisque, quod ab altero accepit, teneat, atque poffideat, et quicquid exinde ob commoditatem fui facere, uel iudicare uoluerit, liberam in omnibus habeat poteftatem faciendi. Et taliter inter eos conuenit, et fi fuerit poft hunc diem ullus ex ipfis, aut alia quaelibet obpofita, uel emiffa perfona, quae contra hanc commutationem, de qua duae cartulae pari firmitate confcriptae effe uidentur, uenire temptauerit, aut eam infringere conatus fuerit, inferat parti, contra quem litem intulerit, diftringente fifco auri libras II multa componat, et fua repetitio nullum obtineat effectum, fed praefens commutatio omni tempore firma permaneat cum ftipulatione fubnixa. Hoc factum eft ad Frigifingas, anno Incarnationis Domini DCCCXLV. Indictione octaua in V Idus Aprilis. Et ifti funt, qui in ipfa domo hanc commutationem peractam uiderunt: Vodalpald Presbyter, et Monachus, Gozroh Presbyter, et Monachus, Sindmar Presbyter, et Monachus, Herolf Presbyter, Amalrih §. XII.

 Presby-

§. XII. Presbyter, Rihperht Presbyter, Adalgarius Diaconus, et Praepositus, Absolon Diaconus, Kernod Diaconus, Vndieo Diaconus, Hartperht Presbyter, Arnolt Diaconus, Piligrim Aduocatus Laicus, Reginperht Laicus, Otperht Laicus, Riholf Laicus, Willihart, Immino, Kartheri, Erkanperht, Anthelm, Makelm, Hitto Clericus, Hartvvih Clericus, Culping Clericus, et alii sine numero. Ego indignus Presbyter Gozroh has commutationes peractas uidens, et audiens scripsi, et subscripsi. Iisdem fere formulis conceptae sunt commutationes per licentiam Ludouici regis initae, quae proferuntur cit. loc. num. 692, 693, ubi Adalbertus Comes res aliquas et Erchanbertus episcopus commutant num. 694 num. 730 praesente et annuente rege commutatio fit inter Annonem episcopum et Ernpertum Comitem: In Dei nomine. Placuit, atque conuenit inter uenerabilem Annonem Frigisigensis Ecclesiae Episcopum, nec non et quendam Comitem nomine Errupertum quandam commutationem facere, sicut et fecerunt. Dedit itaque uenerabilis Episcopus eidem Comiti ex parte Ecclesiae suae in proprietatem habendum in loco, qui dicitur Ysana hobam I de terra arabili, cunctisque rebus forinsecus ad eandem pertinentibus. Et e contra in reconpensatione huius rei dedit praescriptus Comes laudabili Episcopo ad Ecclesiam retinendum in loco, qui dicitur Puotilinpahc de culta terra hobam alteram cum pratis, ac pascuis, aquis, aquarumue decursibus, omnibusque ad eam pertinentibus. Postea ueniens praetitulatus Comes ad uenerabilem Arnoldum Episcopum eidem Sedi praeminenti in praesentia Serenissimi Hludouici Regis eandem cum eo commutationem firmare, idque fecerunt. Vtrorumque nempe petitioni consentiens concessit, ut inde agerent, prout animo licuisset suo. Statim uero praenotatus Episcopus cum licentia Serenissimi Regis, totiusque familiae suae, una cum consensu Canonicorum, seu Monachorum dedit eandem hobam eidem, ut praescriptum est Comiti in proprietatem habendum, ut nullus deinceps hoc frangere potuisset. Ea ratione adiens Comes Ermpertus tradidit eandem hobam ad Poatilinpahc iure hereditario domo Dei possidendum. Vnde et duas commutationes inter se fieri rogauerunt pari tenore conscriptas, ut uterque, quod ab altero accepit, atque possideat aeuis temporibus feliciter. Regis auctoritate itidem nititur commutatio num. 731 inter eundem episcopum et Cotascalcum num. 732 Reginbertum nobilem uirum, num. 733 Isangrim nobilem

Item Adalbertum et Erupertum, comites,

aliosque uiros nobiles.

nobilem uirum, num. 734 Isolff nobilem uirum, num. 737 Reginhart nobilem uirum, num. 739 Liutfrid nobilem uirum, n. 740 Graman nobilem uirum, n. 741 Othelm nobilem uirum, num. 745 Iob infantem nobilem, num. 747 Inti nobilem uirum, num. 748 Annonem nobilem uirum, num. 749 Herilunc, nobilem uirum, num. 750 Altiperht, num. 751 Adalleoz, num. 753 Wichartum nobilem uirum, n. 756 Wolfhart nobilem uirum, n. 757 Ampho nobilem uirum, n. 759 Podalung nobilem uirum, num. 764 inter eundem episcopum Annonem et Arnoldum nepotem suum, n. 765 Cotafridum nobilem uirum, n. 767 Othelm nobilem uirum, n. 770 Cotafrid nobilem uirum, n. 771 Heinbret nobilem uirum, n. 776 Wolfrat uirum nobilem, n. 778 Fridaloh nobilem uirum, n. 781 Hiltiperht nobilem uirum, n. 783 Reginfrid nobilem uirum, n. 787 Alpradum nobilem uirum, n. 789 Cundhart nobilem uirum, n. 790 Waltfrid nobilem uirum, n. 792 Nordperht nobilem uirum, n. 799 Liutfrid nobilem uirum, n. 800 Hruodoldum comitem, n. 801 Heimbertum nobilem uirum per licentiam Serenissimi Hludovvici Regis Senioris, n. 803 Immo laicum, n. 805 Altmann laicum, n. 806 Erkanman nobilem uirum, n. 807 Marcholt nobilem uirum, n. 808 Adalo nobilem uirum, n. 810 Altmann nobilem uirum, n. 811 Meginharium nobilem presbyterum, n. 813 Reginherum nobilem uirum, n. 817 Fritilo comitem palatinum, n. 819 Reginperht nobilem uirum, n. 821 Wurmhart nobilem uirum, n. 822 Hruodpert laicum, n. 827 Hildiperht, n. 828 Annonem nepotem episcopi Annonis, n. 829 Atalfrid nobilem uirum, n. 831 Vnroh nobilem uirum, n. 832 Mahtperht, num. 834 Hucpald nobilem uirum, n. 835 Offo, n. 836 Alpolt et Irminpold nobiles uiros, n. 837 Rantolf, n. 839 Petto nobilem uirum, n. 841 Herivvic nobilem uirum, n. 844 Kerolt nobilem uirum, n. 845 Hruodrih nobilem uirum, n. 849 Deotmar, n. 850 Echo nobilem uirum, n. 855 Vodalrih nobilem uirum, n. 858 inter Arnoldum episcopum et Amalrih, nobilem uirum, n. 859 inter eundem et Heimbert nobilem uirum, n. 861 Kepahart nobilem uirum. §. XIII.

§. XIII.

More maiorum rex ecclesias tutela sua complectens, ab aliorum iudicum potestate liberabat, illisque interdum fisci emolumenta assignabat. Prodeat testis ecclesia Argentinensis, charta huius argumen- *Immunitatis ac defensionis tabulas accipit*

§. XIII. ecclesia Argentinensis. gumenti freta: „uir uenerabilis Rudulphus Episcopus Argentinensis siue Strasburgensis nostram, inquit Rex, adiens praesentiam, detulit obtutibus nostris auctoritatem immunitatis Domini et Genitoris nostri Ludouici bonae memoriae piissimi Augusti, in qua continebatur insertum, quod non solum idem Genitor noster, uerum etiam praedecessores eius Reges uidelicet Francorum, sedem Ecclesiae Sanctae Mariae semper Virginis, in cuius amore et honore ipsa dicata est Ecclesia, sub suo nomine et defensione cum monasteriis et cellulis sibi subiectis, et rebus uel hominibus ad eam pertinentibus uel aspicientibus, tam infra Ciuitatem quam foras consistere fecerant, et earum immunitatum auctoritatibus hactenus ab inquietudine iudiciariae potestatis, eadem munita atque defensa fuisset Ecclesia. Sed pro rei firmitate postulauit fatus Rudolphus Episcopus, ut paternum seu praedecessorum nostrorum Regum morem sequentes, huiusmodi nostrae immunitatis praeceptum ob amorem Dei et reuerentiam ipsius sancti loci circa ipsam Ecclesiam fieri censeremus, cuius petitionibus adsensum praebuimus, et hoc nostrae imunitatis praeceptum erga ipsam Ecclesiam immunitatis atque tuitionis gratia pro diuini cultus amore et animae nostrae remedio fieri decreuimus, per quod praecipimus atque iubemus, ut nullus iudex publicus uel quislibet ex iudiciaria potestate in Ecclesias aut loca, uel agros seu reliquas possessiones, quas moderno tempore in quibuslibet pagis uel territoriis infra ditionem Imperii nostri, iuste et legaliter memorata tenet uel possidet Ecclesia, uel ea quae deinceps in iure ipsius Ecclesiae uoluerit Diuina potestas augeri, ad causas audiendas uel freda aut tributa exigenda aut mansiones uel paratas faciendas aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius ecclesiae tam ingenuos, quam et seruos super terram ipsius commanentes, iniuste destringendos, nullasque redhibitiones aut illicitas occasiones requirendas, nostris uel futuris temporibus ingredi audeat, nec ea quae super memorata sunt penitus exigere praesumat: sed liceat memorato praesuli suisque successoribus res praedictae ecclesiae cum omnibus sibi subiectis, et rebus uel hominibus ad se aspicientibus uel pertinentibus sub tuitionis atque immunitatis nostrae defensione remota totius iudiciariae potestatis inquietudine, quiete et ordine possidere, et nostro fideliter parere imperio etc. Et quicquid (fiscus) de praefatae rebus Ecclesiae exigere poterat integrum eidem concessimus; Ecclesiae scilicet

cum iure fisci.

perpe-

perpetuo tempore ei ad peragendum Dei seruitium augmentum et supplementum fiat.,, Haec legimus in charta anno XXIII regni Ludouici Francofurti data apud LAGVILLE in hist. Alsat. prob. p. 21. Sed GVILLIMANNVS hoc tempore nullum habet Episcopum, cui nomen Rudulphi. VIMPHELINGIVS duos constituit Ratoldos, unicum BRVSCHIVS et REGIOVILLANVS. Ill. SCHOEPFLIN. in Alsat. illustr. p. 745 hanc chartam refert ad a. 841, quo Ludouicus German. magnam Austrasiae Gallicae partem sibi subiecit; quare et Alsatia ipsi usque ad pacem Virodunensem parebat. Forsan haud incommode tabulae respondet a. 862. Nam a. 860 Lotharius Ludouico Regi Alsatiam tradidit, redditam postea Lothario a. 867. Quum uero a. 870 Ludouicus ex diuisione regni Lotharingici iterum Argentoratum accepisset: iam §. X, 1 innuimus. Ratoldum (a Rudulpho non diuersum) ecclesiae suae, antiquis praesertim interea tabulis combustis, noua charta regia prospexisse, in qua notam immunitatis formulam offendimus: *Sed ut Domino adiuuante et nobis opem ferente praefatam Ecclesiam ad pristinum posset reuocare statum et a nemine pro hac re nullum de rebus uel familiis iuste et legaliter ibi pertinentibus sentiat dispendium hanc nostrae auctoritatis praeceptionem fieri decreuimus, per quam omnes res ac mancipia quae a religiosis uiris seu a praedecessoribus nostris uel a quibuslibet hominibus eidem ecclesiae collata fuisse noscuntur sub immunitatis nostrae tuitione praefatus Rataldus Successoresque sui quiete teneant atque possideant. Et nullus hominum uel iudex publicus seu quislibet ex iudiciaria potestate in ecclesias baptismales uel oracula curtes uillas loca uel agros seu reliquas possessiones memorati Episcopii quas moderno tempore in quibuslibet pagis ac territoriis infra dictionem imperii nostri iuste et legaliter possidet uel que deinceps in iure ipsius sancti loci diuina pietas augere uoluerit ad causas iudiciario more audiendas uel freda aut telonea exigenda aut mansiones uel paratas faciendas aut fideiussores tollendos seu homines ipsius Ecclesiae tam liberos quam seruos fiscalinos et tabellarios distringendos nec ullas redhibitiones aut inlicitas occasiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat uel ea quae supra memorata sunt penitus exigere praesumat, sed liceat memorato uenerabili uocato Episcopo suisque successoribus praedictae Ecclesiae cum omnibus sibi subiectis sub immunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere absque cuiuspiam contrarietate.* KVLPIS. et SCHILTER. scriptores, p. 111. Immunitatis formula explicatur t. I Commentar. §. LIII, 11. Qua §. XIII. 2

 ratione

§. XIII. a. Paderbornensis. ratione immunitates ecclesiae Paderbornensis munitae fuerint, exponit charta in SCHATENII annal. Paderborn. p. 148: „uenerabilis Episcopus, fidelisque noster Batheradus nomine ueniens in procerum nostrorum, Rex ait, praesentiam obtulit obtutibus nostris praeceptum domini ac genitoris nostri Ludovvici serenissimi Imperatoris, quod ipse facere iussit per petitionem praefati uenerabilis Episcopi ad locum, qui uocatur Paderbrunno, constructum in honore sanctae Mariae semper Virginis et sancti Kiliani, in quo praecepto continebatur immunitas atque defensio seu tuitio domini Imperatoris genitoris nostri supra praedictum locum, sed pro integra firmitate ac securitatis studio praefatus uenerabilis Episcopus Baderatus deprecatus est mansuetudinem nostram, ut ipsam defensionem atque tuitionem per nostrae mansuetudinis praeceptum renouare dignaremur, cuius petitioni ob amorem Domini mei Iesu Christi et reuerentiam praenominati uenerabilis Episcopi seu animae nostrae remedium libenti animo assensum praebentes tale auctoritatis praeceptum ad ipsum sanctum locum fieri decreuimus, quatenus sub quali defensione domini genitoris nostri fuit, ita deinceps sub nostra tuitione et immunitatis defensione cum omnibus ad se iuste et legaliter pertinentibus permaneat. Praecipientes ergo iubemus ut nullus iudex publicus uel quislibet ex iudiciaria potestate in Ecclesias aut loca uel agros seu reliquas possessiones memoratae Ecclesiae, quas moderno tempore infra ditionem regni nostri legibus possidet, uel quae deinceps in iure ipsius loci uoluerit diuina pietas augeri ad causas iudiciario modo audiendas, aut freda exigenda, aut mansiones, uel paratas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiae contra rationem distringendos, nec ullas redhibitiones uel illicitas occasiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat, uel ea omnia quae supra numerata sunt penitus exigere praesumat, sed liceat memorato Episcopo suisque successoribus res praedictae Ecclesiae cum omnibus, quae possidet, quieto ordine possidere et nostro fideliter parere imperio: quidquid uero fiscus exinde sperare potuerit, totum nos pro aeterna remuneratione praedictae Ecclesiae ad stipendia pauperum et luminaria concinnanda concedimus.„

β. Vltraiectensis. Iisdem fere formulis roborat rex Ecclesiae Vltraiectensis immunitatem in HEDAE historia episcop. Vltraiectens. p. 55: Hungerus Veteris Traiecti Ecclesiae Episcopus, quae est constructa in honorem S. Martini

Martini confessoris, et aliorum Sanctorum, obtulit obtutibus nostris §. XIII.
(i. e. Regis) authoritatem immunitatis Domini et genitoris nostri, bonae memoriae, Ludouici piissimi Augusti, in qua erat insertum, quod non solum idem Dominus et genitor noster, uerum etiam praedecessores eius Reges Francorum, eidem Ecclesiae, cui Hungerus ipse, authore Deo, praeesset sub tuitione et defensione eorum, cum omnibus sibi subiectis, et rebus uel hominibus ad se pertinentibus, uel aspicientibus consistere fecerunt, et eorum Immunitatum auctoritatibus hactenus ab inquietudine iudiciariae potestatis eadem munita atque defensa fuisset Ecclesia, sed pro rei firmitate postulauit a nobis praedictus Episcopus, ut paternum seu praedecessorum nostrorum Regum morem sequentes, huiusmodi nostrae Immunitatis praeceptum erga ipsam Ecclesiam, Immunitatis atque tuitionis gratia, ob amorem Dei et reuerentiam ipsius loci, circa ipsam Ecclesiam fieri censeremus. Cuius petitioni libenter assensum praebuimus, et hoc nostrae authoritatis praeceptum fieri decreuimus, per quod praecipimus atque iubemus, ut nullus iudex publicus, neque quislibet ex iudiciaria potestate, aut nullus ex fidelibus nostris in Ecclesias aut loca, uel agros, seu reliquas possessiones, quas moderno tempore, in quibuslibet pagis uel territoriis infra ditionem regni nostri iuste et rationabiliter memorata tenet uel possidet Ecclesia, et ea quae deinceps iure ipsius sancti loci diuina pietas augere dignabitur ad caussas audiendas, aut freda exigenda, aut mansiones uel paratas faciendas, uel fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiae tam ingenuos quam et seruos super terram ipsius commanentes iniuste distringendos, neque ullas redhibitiones, aut illicitas occasiones requirendas, nostris et futuris temporibus ingredi audeat, uel ea, quae superius memorata sunt, exigere praesumat. Sed liceat memorato Praesuli, suisque successoribus res praedictae Ecclesiae cum omnibus sibi subiectis sub tuitionis ac Immunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere, et nostro fideliter parere Imperio etc. et quicquid de praefatis rebus Ecclesiae Ius Fisci exigere poterat, integrum eidem concessimus Ecclesiae scilicet, ut in perpetuo tempore ei ad peragendum Dei seruitium augmentum et supplementum fiat etc. Im- 4. Verdensis.
munitati Ecclesiae Verdensis prospiciunt tabulae deproptae a LVNIGIO in spicileg. ecclesiast. continuat. III *Fortsetzung* pag. 73: uenerabilis Episcopus noster Wipertus deprecatus est celsitudinem nostram,

§. XIII. ſtram, ut ob mercedis noſtrae augmentum res pertinentes ad ſuum Epiſcopatum, quod eſt conſtructum in honorem ſanctae Mariae in loco, qui dicitur Feride ſub noſtrae emunitatis tuitione ſuſciperemus. Cuius petitioni, ob amorem Domini noſtri Ieſu Chriſti libenti animo aſſenſum praebentes decreuimus ita fieri, et iuſſimus ei fieri hoc noſtrae auctoritatis praeceptum, per quod decernimus atque iubemus, ut nullus iudex publicus, uel quilibet ex iudiciaria poteſtate in eccleſias aut loca, uel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memoratae eccleſiae, quas praeſenti tempore in quibuslibet pagis et territoriis habet, et deinceps ibidem conlatae fuerint ad cauſas iudiciario more audiendas uel freda exigenda, aut manſiones uel paratas faciendas aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius eccleſiae tam ingenuos quam et latos diſtringendos, aut ullas reddibitiones, aut inlicitas occaſiones requirendas ullo unquam ingredi audeat, uel ea, quae ſupra memorata ſunt penitus exire praeſumat. Sed liceat memorato Praeſuli ſub immunitatis noſtrae auctoritate ſucceſſoribusque eius et monachis in memorato monaſterio per tempora degentibus iam dictam Eccleſiam cum omnibus ad ſe pertinentibus uel aſpicientibus a Dei et Domini noſtri Ieſu Chriſti famulatum diligentius peragendum absque cuiusquam contrarietate uti et quaecunque ad ſuos Domini noſtri Ieſu Chriſti militia uſus et neceſſitates pertinent ordinare diſponere iuſteque efficere etc.

§. XIIII.

Rex dirimit controuerſias procerum eccleſiaſticorum

Quemadmodum Regis ſummum iudicium nemo poterat ſubterfugere: ita ipſius auſpiciis controuerſiae quoque antiſtitum ſacrorum dirimebantur. Exempla uaria, quae proferemus, cauſſas cognoſcendi modum uberius declarabunt. Litem inueteratam inter epiſcopum Conſtantienſem et abbatem S. Galli componit Rex in charta ab HERRGOTT. in cod. probat. Geneal. Habspurg. n. 56 diuulgata, quae omnem diſceptationis hiſtoriam enarrat: uiri uenerabiles, Grimaldus Archicapellanus noſter, inquit Rex, et Abba monaſterii ſancti Galli Confeſſoris Chriſti, et Salomon Conſtantienſis eccleſiae Epiſcopus, noſtrae innotuerunt manſuetudini: quod inter Epiſcopos praedictae urbis, et inter Abbates praefati monaſterii, temporibus ataui noſtri Pipini, atque aui noſtri Caroli, nec non beatae memoriae

epiſcopi Conſtantienſis et Abbatis S. Galli.

riae Hludouici Sereniſſimi Auguſti et genitoris noſtri, ſemper diſſen- §. XIIII.
ſio et diſcordia eſſet; quia Epiſcopi praefatae ciuitatis praeſcriptum monaſterium ad partem epiſcopatus uindicare uoluerunt, eidem rationi monachi cum propriis Abbatibus reſiſtentes ad auum atque genitorem noſtrum ſe reclamauerunt. Vnde diuae memoriae Karolus auus noſter, et Hludouicus praeſtantiſſimus Imperator ac genitor noſter, propter futuram diſſenſionem uitandam, cum ſuis fidelibus decreuerunt praeceptum confirmationis illis ſcribere, ut annis ſingulis, partibus eiusdem ſedis, Abbates ipſius monaſterii ſancti Galli unciam auri, et caballum unum, libram unam ualentem, perſoluerent: et eccleſiam S. Stephani extra muros ciuitatis conſtructam, quando neceſſitas fieret, proprio ſumptu cooperirent: et nihil amplius Epiſcopi eiusdem ciuitatis de rebus iam dicti monaſterii exigerent, ſed liceret eosdem monachos ſecure uiuere, absque alicuius infeſtatione, uel rerum ſuarum diminoratione. Quamuis uero praecepta anteceſſorum noſtrorum noſtra auctoritate confirmaremus, tamen a fidelibus noſtris praeſcriptis comperimus, ſemper inter illos diſcordiam et diſſenſionem haberi. Quapropter petitionibus Archicapellani Grimaldi Abbatis, et monachis ſuis in hac petitione conſentientibus, nec non et Epiſcopo praefatae ſedis et canonicis ſibi ſubiectis acquieſcentibus, hoc malum diſſenſionis penitus per futura tempora exſtirpandum, ſecundum petitionem utriusque partis, placuit nobis et noſtris fidelibus Epiſcopis, Abbatibus, et Comitibus, de rebus praefati monaſterii aliquid conferre ad epiſcopatum: id eſt, in comitatu Chazonis Comitis, in pagello Suuercenhuntare, in uilla Muntinga, capellam unam, et quicquid ad ipſam pertinet, hoc eſt ipſam uillam, et in Stetiheim, Stiutzringa, et Heiginga, et Wiltzinga cum mancipiis utriusque ſexus, numero centum quinquaginta ſex: Et in comitatu Ruadolti Comitis Palacii, in pagello Affa, in uilla Antoluinga, quicquid haberi uiſi ſunt cum mancipiis utriusque ſexus, numero quadraginta quatuor: Et in comitatu Vdalrici Comitis, in pagello Goldineshuntare, in uilla Heriprehtinga, hobam unam cum mancipiis ibidem manentibus: Et in comitatu Vtonis Comitis, in pagello Perachtoldespera, in uilla Paldinga, capellam unam cum terra Salica, et hobas ueſtitas quinque, cum mancipiis ad eas pertinentibus. Has itaque res ſuperius denominatas, cum eccleſiis, domibus, caeterisque aedificiis, deſuper poſitis mancipiis, terris, cultis et in-

§. XIIII. cultis, pratis, filuis, pafcuis, aquis, aquarumue decurfibus, adiacentiis, pertinentiis, exitibus et regreffibus, quaefitis et inquirendis, uel quantumcunque ad fupradicta loca afpicere uidetur, totum et integrum ad iam dictam fedem conferre, et dare omnibus fidelibus noftris complacuit. Quorum petitionibus ob Diuinum amorem libenter aurem accomodauimus, ut propter hanc donationem, ab illa fede epifcopali monafterium fupra nominatum penitus ab omni cenfu et omni feruitio abfoluatur, et nullis temporibus amodo, et deinceps per futura tempora, ullam inquietudinem et moleftiam ab Epifcopo uel fucceffloribus illius patiatur, nifi ficut caetera monafteria canonica auctoritate Epifcopis fubiecta funt. Praeterea comperimus, quod tempore, quando epifcopatus et monafterium fimul continebantur, in quibusdam locis cenfati homines terras quasdam cum cenfu ad epifcopatum proferuire deberent, ad iam dictum monafterium fua fponte tradidiffent, et in hoc magna difcordia et diffenfio inter illos femper erat; fed hanc diffenfionem penitus abrumpendam dedit praedictus Abba et fratres, quicquid habuerunt in Bifchoffeshoui ex traditione Reginfridi prefpiteri, et in pago Arbonenfi, in uilla Puocha, hobam unam, quam Pofo illuc tradidit; ita ut deinceps, quod illud monafterium modo in fua poteftate et ueftitura habere uidetur, absque ullius inquietudine, feu reppetitione, fecure poffideat, nec amplius tempore fuccedente ad partem monafterii ufurpare praefumant aliquid de illa terra, ad illam fedem epifcopalem cenfata, ut in utraque parte pax et concordia fine ullius contradictione femper habeatur. Haec omnia per auctoritatem noftrae confirmationis circa utraque loca decreuimus, atque iubemus, ut ficut utrisque partibus et noftris fidelibus complacuit, pleniter omni tempore absque alicuius infeftatione aut contrarietate, Domino annuente, perpetuo inconuulfum permaneat; fed liceat memorato Epifcopo, fuisque fucceffloribus, res ei a praefato monafterio collatas, cum omnibus ad eas refpicientibus fecure habere. Similiter iam dicto Abbati, et fratribus fibi fubiectis, et fucceffloribus eorum, res monafterii fui absque ulla inquietudine libere poffidere. Litis huius hiftoriam copiofe enarrat RATPERT. Monachus S. Galli de origine et diuerfis cafibus monaft. S. Galli in Alamannia c. 8 inter GOLDAST. fcript. rer. Alamann. t. I p. 7: Venerabilis namque Conftantienfis ecclefiae Praeful nomine Salomon, cum fuae fedis dignitatem non folum non minue-

Monafterium abfoluitur ab omni cenfu et feruitio epifcopo exhibendo.

et quidquid in fua poteftate et ueftitura habet, fecure poffidere iubetur.

Ratpertus litis hiftoriam narrat

minuere, sed etiam in omnibus uellet religiose accumulare, ad nostrum monasterium nuntios direxit, censum, ut saepius praefati sumus; nefanda conditione ex monasterio ad Episcopi partes condictum sibi restitui inquiens. Quae perturbatio fratres aliqua ex parte inquietauit, maxime cum ille census ab hoc a Hludouico Imperatore ita fuisset concessus, ut ipsum monasterium et ab Episcopis, et ab omnibus secularibus potestatibus absque solis Regibus fuisset absolutum. Grimaldus autem Abbas cupiens omnia utrobique cum pace et caritate finiri, claustra ingrediens monasterii Principes fratrum ad se conuocauit, a quibus inquirere coepit, cur censum sicut scriptura ipsorum continebat ad Episcopatum non persoluerent. Tunc Hartmotus prae caeteris respondens: non merito, inquit, debemus hunc censum, sicut hactenus fecimus, persoluere. Grimaldus dixit: unde debet cessare census istius ad Episcopatum donatio? Hartmotus respondit, quia illa securitas et illa emunitas, quam nobis iste census liberam Regum donante clementia usque huc fecit, a nobis penitus ablata est. Grimaldus dixit, ob quam causam, et per quem eadem libertas uobis ablata est. Hartmotus respondit, utique propter uos. Quia enim uobis in beneficium traditi sumus, ideo Episcopo censum persoluere non debemus. In uestrae enim dominationis seruitute nobis sufficere credimus, et ideo in diuersa partiri nequimus: His auditis, Grimaldus ex illo tempore coepit cogitare, rogantibus Harmoto et reliquis fratribus, atque cum illis pertractare, qualiter ipsum monasterium et ab istius censu, et ab omni inquietudinis liberaretur molestia, quod ita peractum in sequentibus, Deo miserante, monstrabimus. Exinde igitur utriusque loci Rectores, Episcopii uidelicet et monasterii, cum sibi subiectis perquirere coeperunt, qualiter salubritas pacis inter utrumque locum ita statueretur et firmaretur, ut absque discordia quandoque liceret utrisque Christi seruitio inhaerere. Cum uero huius consilii prolixitas saepius utrimque pertractaretur, tandem, salubri consilio reperto, Rectores praefati consentientibus partis utriusque familiis interuenerunt et decreuerunt, ut quaedam possessiones de monasterio ad episcopatum contraderentur, per quarum donationem monasterium ab episcopatu segregaretur, et ab omni census molestia deinceps redderetur securum. Quod decretum ab Episcopo et Abbate inuentum placuit ambobus, Episcopi uidelicet filiis, et monasterii incolis. Interea contigit,

Margin notes: §. XIIII. — Monasterium regi αμεσως subesse dicitur;

§. XIIII. Hludovvicum piissimum Regem publice placitum suum habere in uilla, quae dicitur Vlma, praesentibus filiis suis aliisque regni sui Principibus. Ad quod placitum istius conuentionis causa perlata est. Et coepit exinde Rex sollerter et caute cum suis cogitare atque pertractare. Cumque Summates, qui aderant, in bonam partem causam declinare studerent, tandem piissimus Princeps ab Episcopo et Abbate Monachisque, qui aderant, inquisiuit, si utraque pars, Monachorum uidelicet et Clericorum, in hac re consentiret? Responsum est ab Abbate et Monachis, qui aderant, in hac uoluntate se cunctamque illorum congregationem persistere. Similiter et Episcopus interrogatus pro se suisque similem reddidit istius consensus responsionem. Rex uero ambarum partium cum conspiceret unitatem, sese huic pacto interposuit medium, atque in semet omne negotium assumens cum manu sua potestatiue res praedictas ad episcopatum contradidit, atque cum ipsa manu similiter potestatiue ab Episcopio monasterium abstulit, penitusque diremit, ita ut deinceps nullam potestatem Episcopi in rebus eiusdem monasterii haberent, neque in censu, neque in ulla alia causa praeter spiritualem tantummodo Episcopalis officii dignitatem, sed pura mente ex hoc, et deinceps licentiam haberent Monachi iidem seruire, nullique seculari Potestati, nisi solis Regibus subiacerent. Haec confirmatio cum per regiam auctoritatem circa utramque partem fuerit stabilita, oriebatur et alterius similis causae necessitas in praesenti, quae et protinus in eodem consilio penitus finiebatur. Nam cum ipsa loca ita unitate fuissent antea copulata, ut uelut uni semper uiderentur cedere potestati, huius causa communionis quidam haereditatem suam ad Constantiam census debito cedentem monasterio contradiderunt: e contra tributarii monasterii eandem tributariam hereditatem ad episcopatum contradiderunt: et ut in hoc etiam penitus omnis dissensio auferretur, idem Rex de parte monasterii, consentientibus Abbate et fratribus, quasdam res ad Constantiam condonauit, ea uidelicet ratione, ut omnia, quae tunc in potestate monasterii erant, uel a praefatis tributariis illuc delegata, uel qualicunque modo ibidem confirmata, postea sine ullius contradictione personae firmarentur ibidem in perpetuum permansura. His uero ita a clementi Rege omni cum consensu compositis, iussit idem Rex suae auctoritatis praeceptum utrique parti ad perpetuam confirmationem istius pacti.

statim

statim in praesenti conscribi, et ut cautius haec eadem firmitatis scriptura communiretur, praecepit primitus tantummodo dictatam, et in aliqua sceda conscriptam sibi praesentari, et cum ille causam comprobaret, tunc demum Cancellario praecepit in legitimis cartis conscribere praefati pacti confirmationem, et cum perscriptae fuissent propriae manus auctoritate eas confirmans, unam Episcopo cum suis, aliamque Abbati Monachisque contradidit, perpetuae firmitatis sine aliqua euersione ita retinendas indicio. Quisquis autem uult scire, quantae fuerint causae ob redemptionem praedicti census, et monasterii securitatem, et praeterea ob tributariorum praedictorum reconciliationem ad Episcopatum contraditae, legat in cartis supra memoratis, et inuenire potuit, quod quaerit. Haec RATPERTVS. Monasterium igitur S. Galli sibi plane relictum potestati tantum ecclesiasticae episcopi Constantiensis parebat, quae postea disceptandi caussam subinde praebebat. Haud ita pridem abbas libertatem suam aduersus episcopum Constant. in ditione S. Gallensi uisitationem tentantem re ipsa et libello, SELECT. IVR. PVBL. nouiss. P. I p. 42 inserto, tueri studebat.

§. XIIII. In ecclesiasticis episcopi Constant. iurisdictionem admittit monasterium.

a. Ecclesiae Osnabrugensi decimae ablatae restituuntur.

Ecclesiae Osnabrugensi Rex, in comitiis caussa cognita, decimas ablatas restituit, eamque in suam tuitionem recepit. Testor chartam, quam HENSELER. in diss. de diplomate Caroli M. ecclesiae Osnabrugensi pro scholis Graecis et latinis dato p. 107 diuulgauit; ECCARDVS autem t. II rer. Franc. p. 398 inde repetiit: *uir uenerabilis Osnebruggensis Ecclesiae Episcopus, nomine Egibertus, et* Ludouici regis *clementiam, Apostoli praeceptum sequens, arguendo, increpando, obsecrando et iuuentutem* Regis eiusdem *non parum incusando adiit, querimoniam faciens, Episcopium suum a Cobbone Comite et Gozberto Sueonum Episcopo, quibus, dum Gesuuinus suae infidelitatis in partem* Regis Ludouicum Imp. *conscius et pro periurio ab Episcoporum consortio semotus fugitiuus abscederet, tuendum* Rex *commiserat, in decimarum direptione, sibi debite pertinentium, esse decurtatum, et huc usque non sine* Ludouici Regis *culpa indecens et informe, quasi pecus mutilum, permansisse: Hinc, ut inde iustitiam acciperet, et se suaque firmius et securius habere ualeret, postulauit. Rex eius reclamationi assensum suo solo consilio praebere non censens, praefato Episcopo suisque aduersariis Franconofort, ubi Principibus suis conuenire statutum erat, ut et ipsi uenirent, praecepit. Ibi in* Regis *ceterorumque fidelium* eius *praesentia praefatus Episcopus literas*

 magni

LXIIII. *magni et admirabilis Karoli, aui* Ludouici Regis, *Imperatoris Auguſti, ipſius ſigillo aſſignatas in palam protulit. His in* Regis *caeterorumque conſidentium praeſentia recitatis, Oſnebruggenſem Eccleſiam Adriani Papae conſilio et conſultu ab eodem magno et illuſtri uiro Karolo primitus in prouincia Weſtfala fundatam, et a uenerabili Egilfritho Leodicenſi Epiſcopo conſecratam et eisdem decimis, quia alia ibi tunc temporis non erant donaria, dotatam; et priuilegiis Paparum ante Regem relectis, omnem hominem, qui haec ſancita aliquo modo irritauerit*, ſiue irrita reddiderit, *anathematizatum conſtare absque ulla ambiguitate*, Rex et Principes *didicerunt. Qua de cauſa ob amorem Domini noſtri Ieſu Chriſti et S. Petri Principis Apoſtolorum et pretioſiſſimorum Martyrum Criſpini et Criſpiniani, quorum corpora illuc translata ſunt, aſſenſum libenti animo praebens Rex, praeceptum inde conſcribi iuſſit, praecipiens, ut ſicut reliquae ſanctae Dei eccleſiae, quae in regno ſuo immunitatis tuitione, anteceſſorum Regum auctoritate, confirmantur, ita iam dicta Eccleſia perpetuo per hoc* ſuum Praeceptum, *Domino opitulante, conſiſtat, ita, ut nullus iudex publicus Dux uel Comes neque alia iudiciaria poteſtas, niſi illius loci Epiſcopus et eius Aduocatus aliquid in rebus ſibi pertinentibus, poteſtatem habeat agendi uel homines illius diiudicandi, quod eorum lingua* Obarzala *dicitur: ſed idem Epiſcopus ſuique ſucceſſores decimas infra terminum ſui Epiſcopii* ceterasque res ſuae Eccleſiae, quas modo poſſidet, uel deinceps acquiſierit, quieto ordine obtineat et gubernet; *exceptis decimis dominicalium* ſiue praediorum *Monachis* [*Corbeienſibus*] *et Sanctimonialibus* [Herivordenſibus] *pertinentium, quas* Foravverch *uocabant, quas pater Regis Hludouuicus de eodem Epiſcopatu per cambiatum* ſiue commutationem *acquiſiuerat, et ad pauperum ſuſtentationem et peregrinorum ſuſceptionem iam dictis Monaſteriis tradiderat: Serui autem ipſorum et liberi et cuiuscunque conditionis coloni decimas, ut caeterorum in Saxonia ius eſt Epiſcoporum, ſecundum Karoli inſtitutionem Epiſcopo pleniter offerant.*

Memoremus etiam chartam apud SCHATEN. p. 141 et MABILLON. Act. S. Ord. S. Bened. ſaec. IV P. I p. 526, qua Rex noſter non ſolum uaria munificentiae documenta in Corbeienſe et Herfordienſe monaſterium confert, ſed et abbatem Corbeienſem Herfordienſium Sanctimonialium prouiſorem et patronum eſſe iubet, ac conſentiente Synodo Moguntina de uiſitatione epiſcopali eccleſiarum monaſteriis his ſubiectarum, uaria ſancit his quidem formulis:

mulis: *Venerabilis abbas Warinus adiit excellentiam nostram suppliciter orans, ut nostra munificentia prospiceremus monasteriis illi commissis, quorum unum est monachorum noua Corbeia nominatum, ubi et ille primum regulari electione Abbas exstitit, et alterum est Sanctimonialium Herifordt dictum et propriae abbatissae, cuius nomen Addila, subiectum, sed iuxta consuetudinem, quod ancillarum Dei congregationibus procurari solent praepositi ex ecclesiastico ordine, iam dicto Abbati commendauimus, ut tam in disciplina abbatissam iuuare, quam in cunctis negotiis, quae famulae Christi pro sexu et professione sua exsequi non possent, ipsarum prouisor et patronus exsisteret. Is ergo petiit celsitudinem nostram recordari, quod piae memoriae genitor noster, Hludouicus imperator, ambo haec monasteria exstrui iussit, ad normam uidelicet praecipuorum in Gallia monasteriorum, nouam utique Corbeiam ad similitudinem antiquae Corbeiae, Heriforderse uero coenobium ad exemplum monasterii Sanctimonialium in Suessionis ciuitate exsistentium, et ut in elemosinam suam hac totius generis sui institutionem earundem perfectio expleretur, cellam iuris sui, quae uocatur Meppia, cum decimis et possessionibus undique ad eam pertinentibus, et ecclesiam Eresburg, quam auus noster Carolus primo exstruens in Saxonia decimis dotauit, circumquaque habitantium per duas Saxonicas rastas praefatus noster genitor ad nouam Corbeiam tradidit, ad Herfordiensis autem monasterii adiumentum dedit, in episcopatu quidem Osnabrugensi ecclesiam Buginthi cum subiectis sibi ecclesiis, in parochia uero Mimigerfordensi ecclesiam Hreni cum bis, quae ad eam pertinent, ecclesiis. Ita sane, ut decimarum aliorumque redituum prouentiones praefatis cederent monasteriis et ab ipsis uicissim procurentur subiectae plebes in baptismate, in Eucharistia, in sepulturis, in confessione peccatorum audienda. Et presbyteri, qui principales ex bis ecclesias tenerent, Archipresbyterorum officio fungerentur ad agenda omnia, quae solent fieri ab Archipresbyteris episcoporum. Cum autem ipsi episcopi circationes suas ibi agere deberent ad eorum mansionatica daretur, quod in capitularibus antecessorum nostrorum praescriptum babetur. Nos igitur rata esse uolentes cetera omnia, tantum expensas ad ministerium episcopi propter aegritudinem et senectutem eius, qui nunc est Gozberti, augere debemus. Id iuxta petitionem saepedicti Abbatis Warini ita moderari placuit, ut descripto, quantum satis sit ad seruitiam episcopi, boc nullo modo subtrabatur et episcopus uicissim ampliora non requirat, nec cum pluribus ueniat, quam ut eis sufficere possint. In quibus satis esse, consensit praefatus episcopus coram nobis et*

§. XIIII. 3. Warinus, Abbas Corbeiens. constituitur prouisor parthenonis Herfordi.

Definiuntur necessaria subsidia episcopo Osnabrugensi uisitationem suscipienti porrigenda.

§. XIIII. *et Archiepiscopo nostro Hrabano, ceterisque cum eo in synodo agentibus: Item ut dentur ad singulas ecclesias porci quatuor ualentes singuli denariis duodecim et octo arietes, qui eadem paene summa, quod quatuor porci, aestimarentur; tres porcelli, quatuor aucae, octo pulli, uiginti situlae de medone, uiginti de mellita cereuisia, quadraginta de non mellita, centum uiginti panes, centum modii de auena, manipuli sexcenti; sitque in potestate episcopi, utrum haec per singulos ad unam mansionaticam, an ad duas uelit habere. Ne autem in summa debiti his plus aut minus complectatur, hoc auctoritatis nostrae praecepto cum consensu synodali decernimus atque iubemus.* Haud aegre feres, lector, si obseruationes quasdam perquam utiles a MABILLONIO huic diplomati adspersas huc transcribamus: „*Primum* est, morem antiquitus fuisse, ut Coenobiis puellarum prouiderentur Praepositi ex ordine ecclesiastico, qui Abbatissam in regulari disciplina iuuarent consiliis suis, et ancillarum DEI negotia tractarent. *Alterum*, Herifordensem Parthenona ab initio subiectum fuisse Corbeiae nouae, cuius Abbas Herifordensium Virginum Praepositum agebat. Id Conradus Imperator anno MCXLVII et Fredericus Aenobarbus anno MCLV confirmant, decernentes, *ut Wilboldus Abbas Corbeiensis Herifordensis ecclesiae, ad similitudinem Suessionensis Monasterii constructae, procurationem agat, iuxta consuetudinem, qua ancillarum Dei congregationibus procurari solent Praepositi ex ordine ecclesiastico, tam in disciplina, quam in cunctis negotiis* etc. Verum ius istud modo Corbeiae nouae detractum est. *Tertium*, Herifordense Asceterium institutum fuisse *ad exemplum monasterii Sanctimonialium in Suessionis ciuitate existentium*, id est, Suessionici beatae MARIAE Coenobii, quod *praecipuum* in Gallia tum habebatur. *Quartum*, tam Corbeiensi, quam Herifordensi Coenobio subiectas fuisse, regia auctoritate, paroeciales ecclesias hic designatas, *ita sane, ut decimarum, aliorumque redituum prouentiones praefatis cederent Monasteriis, et ab ipsis uicissim procurarentur subiectae plebes in Baptismate, in Eucharistia, in sepulturis, in confessione peccatorum audienda: Et Presbyteri, qui principales ex his ecclesias tenerent, Archipresbyterorum officio fungerentur, ad agenda omnia, quae solent fieri ab Archipresbyteris Episcoporum.* Quo in loco non tantum ius decimarum istis Monasteriis confertur, sed etiam plebium cura in ministrandis Ecclesiae Sacramentis. *Quintum*, annuum uectigal Episcopis praedictas ecclesias uisitantibus (procu-

Obseruationes MABILLONII.

„ratio-

„rationem appellant) a Ludouico Rege adsignari et definiri, ne §. XIIII.
„quid amplius ab iisdem Monasteriis Episcopi in posterum exige-
„rent; augeri tamen ad tempus, in gratiam Gozberti Osnabruggen-
„sis Episcopi, qui Ebonis Remorum Antistitis nepos, eas in partes,
„praedicationis caussa, adductus fuerat, eoque in munere conse-
„nuerat, uti in Actis S. Anscharii Episcopi inferius edendis fusius
„memoratur. *Sextum* denique est, Ludouicum Germaniae regem
„ab anno DCCCXXXIV, aut insequenti, in orientali Francia re-
„gnasse. Siquidem superius Diploma datum est anno regni eius ui-
„gesimo, Indictione I, Hrabano Moguntiae praesidente: qui chara-
„cteres anno DCCCLIII conueniunt. Eodem tendit aliud eiusdem
„Regis Diploma superius memoratum. Id propterea noto, quod
„ea res a nullo Historicorum ueterum, si bene memini, obserua-
„ta sit.

„His obseruatis insuper notare conuenit, Herifordense Mona-
„sterium principio Monacharum fuisse, quae sancti Benedicti Re-
„gulae, uti et Suessionenses, addictae erant; postea ad Canonicarum
„mores et habitum transiisse Seculo XII, ut colligitur ex litteris Ha-
„driani Papae IV, scribentis, *Iudithae Abbatissae Hervordensis Mo-
„nasterii, eiusque sororibus canonicam uitam professis*; demumque a Ca-
„tholica fide ad Lutheranam defecisse, quod factum anno MDXX-
„XIII, quo Herifordensis ciuitas et collegium a Religione auita ad
„Lutheranam heresim recesserunt, translatumque anno MDXLVII
„dominium temporale ab Herifordensi Abbatissa, Anna Limburgi-
„ca, in Ducem Iuliae ac Rauenspergiae Comitem Guillelmum. Haec
„omnia didici ex literis nostri Ouerhami, qui ex uetustis Diploma-
„tis quasdam eruit Herifordenses Abbatissas, scilicet in Diplomate
„Ludouici Pii anno Christi DCCCXXXVIII inuenit Antistitam no-
„mine *Tettam*, cui *Addila*, in superioribus literis laudata, successisse
„uidetur. Item anno DCCCLXIII aliam inuenit *Hadewic* dictam,
„modernam uero Abbatissam scribit uocari Elizabetham Palati-
„nam, doctam principem, Palatini Electoris Heidelbergensis soro-
„rem; sed quae, prô dolor! Caluiniana labe infecta est. Hade-
„vvic, seu Hadvvic, Warini Abbatis consobrina erat, ut lego in
„historia translationis St. Pusinnae Herifordam in tomo 3 Aprilis
„Bollandiani: cuius translationis auctor fuit Hadevvic anno DCC-
„CLX. in editis *Haduini* appellata, pro *Hadwic*." SCHATENIVS SCHATE-NII.

§. XIIII. c. l. huic chartae inſigni hanc addit annotationem: Heriuordienſe quoque Sanctimonialium uirginum monaſterium Warino Abbati commendatur, quantum ad diſciplinam ſacram attinet, quamuis locus intra iurisdictionem ſacram Epiſcopi Paderbornenſis aſſertus, et haec ipſa adminiſtratio ad Eccleſiaſtici ordinis praepoſitos, ut Ludouicus agnoſcit, ſpectaret. Sed hoc datum Warino Abbati, diſſimulante Badurado Epiſcopo. Legas quoque in hoc diplomate Gosbertum Oſnabrugenſem Epiſcopum ſucceſſorem Gosvvini debilitate et ſenio praegrauem, cui tamen Ertvvinus in Chronico ſuo Gosvvinum anteceſſorem ad annum 866 ſuperſtitem ſcribit, ſiue iam ille exauctoratus uixerit hactenus Fuldae inter monachos, ſiue iam ante etiam extinctus fuerit. Quaerit Cleinſorgius cur inter annonam, et portiones Epiſcopi uiſitantis Eccleſias nulla uini portio aſſignata, cum cetera tam large praebeantur; nec aliam cauſam reperit, quam quod uini uſus tum nondum per Saxoniam inualuerit.

4. An epiſcopus Patauienſis pallium obtinuerit? Archiepiſcopi Salisburgenſis et Patauienſis controuerſia notiſſima. Tempora quoque Ludouiciana nonnihil habent, quod ad eam intelligendam faciat. *Reginarius*, narrante BRVSCHIO de Laureaco ueteri p. 80, *pro pallio cum Arnone Salisburgenſi contendit annis quinque, uiuente Arnone nihil impetrans, cuius non uulgaris erat Romae authoritas: qua fretus praeſul ille et ambitioſus et contentioſus Salisburgenſis, qui iam Archiepiſcopalem ſibi dignitatem poteſtatemque omnem arripuerat, et pleniſſime uſurpabat, alium quendam Baturi cum nomine, Ratisbonenſem Canonicum, contra Rincharium epiſcopum deſignat, ac pronunciat, quem alii tamen Henricum uocant. Poſt Arnonis uero ex hac uita emigrationem Reinharius Romam petit, cauſam ac litem ſuam coram Paſchali primo Pontif. Max. ipſe proſequitur: ac tantum ibi conſequitur, ut a Paſchali, pontificatus eiusdem anno ſexto, Archiepiſcopus ſolenniter ordinatus, et de recuperato pallio triumphans in Germaniam rediret, paulo poſt rebus humanis exemptus, cum iam contendiſſet nouem annis pene integris.* Reginarium pallium reportaſſe negat HANSIZIVS, Germaniae ſacr. tom. I p. 154; illud neſcio, inquit, quam uere proditum ſit a plerisque (nam Annales haud meminere) Reginarium itinere ad Paſchalem Papam ſuſcepto non tantum in ſedem, qua detruſus erat, repoſitum, ſed etiam pallio per eundem Pontificem exornatum, eumque in modum *glorioſe*, quod magnifice referunt, contra Salisburgenſes *triumphaſſe*. Reginarius anno 817 uel ſequenti officium auſpi-

auſpicatus eſt, ſed breui ut dixi demotus annos fere quinque in orbitate egit: Arno demum uiuere et aduerſari deſiit ſub initium anni 821. Hic Reginarius reſpirare: apud Paſchalem, qui ab anno 817 ad annum usque 824 Eccleſiae uniuerſae praefuit, cauſam agere ſuam ſeu abſens, ſeu quod narrant, itinere ad urbem ſuſcepto. Reſtitutus itaque; uerum de pallio praeterea impetrato, res eſt parum probata. Certe non hoc tempore, non a Paſchale impetraſſe illud argumentum eſt, quod Vrolphus ex Eugenio Paſchalis ſucceſſore pallium tulerit, Reginario, et tunc et diu poſt ſuperſtite. Sane palam eſt, non fuiſſe duos eodem tempore Laureacenſes Archiepiſcopos, autoritate Romana probatos. Quid? quod in Diplomatis Regum Reginario titulus Archiepiſcopi nuſpiam tribuatur, ſed *Epiſcopi* tantum Patauienſis? etc. Omnis itaque triumphus, quem Reginarius ope Paſchalis anno Pontificatus eius ſexto, id eſt Chriſti 822, reportauit, in eo uno abſoluitur, quod in ſedem ſuam reſtitutus eſt, et eodem anno in Epiſcopum ordinatus; cum antehac electus tantum, ſeu deſignatus fuiſſet. Litis inueteratae momenta plura recenſere, non fert inſtituti noſtri ratio, uid. *Gründlicher Bericht von dem Anfang, Weſen und Zuſtand des uralten Erzſtiffts Lorch, anjezo Reichs-Fürſtlichen Hochſtiffts Paſſau* cum aliis ſcriptis eriſticis in ELECTIS IVR. PVBL. CVRIOS. P. I p. 271. SCHWEDER. theatr. praetenſ. t. I p. 859. Certius eſt, Ludouicum noſtrum litem de finibus dioeceſium Salisburgenſis et Patauienſis decidiſſe. AVENTINVS lib. IIII p. 387 rem ita commemorat: *Hoc anno, cum Vrolphus Pontifex Bathauenſis, Archimyſtes Laureacenſis obiiſſet, Bathauenſi templo Reginerius pontifex capitur. Is litem mouet Adelramo, Archiflamini Iuuauenſi, ob regiones, quae ultra montes Comagenos cubant; dicebat hic Arnonem deceſſorem ſuum ibidem religionis myſteria aperuiſſe; ille, Bathauenſi Laureacenſique templo ſubditas eſſe comprobat. Rex Boiorum (Ludouicus, Ludouici Pii filius) Reginoburgium utrumque ad ſe accerſit, epiſcopos diſcordes ad pacem reuocat. Inter utrumque ita ſuperiorem regionem partitur. Aquilonarem Occidentalemque oram, qua Spiraza amnis exoritur, et cum altera Spiraza et Arabone confluit, Bathauenſi adiudicat, reliqua Orientem Auſtrumque ſpectantia in rebus diuinis procurare Salisburgenſes iubet Pontifices. Extat haec tabula, eius initium eſt: In nomine domini Dei et ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti. Hludouicus diuina ordinante prouidentia rex Boiariorum* etc. *Finis eius is eſt: actum Reganes-*

§. XIIII.

§. Iudicium de finibus dioeceſ. Salisburg. et Patauienſ.

§. XIIII. *ganesburch anno Christo propitio DCCCXXIX anno XVII Hludouico imperatore, filio eius Hludouico regnante in Boiaria anno V. XIIII Kalend. Decembris.* Luna XVI. Indictione VIII. *Angelmarus ad uicem Gotzbaldi scripsi et subscripsi.*

6.

Episc. Frisingensis uindicat in placito piam quandam donationem.

Pro ecclesia Frisingensi itidem rex noster uel ipse ius dicebat, uel dici iussit. MEICHELBECK. monumenta quaedam asseruauit huiusmodi iudiciorum, quae silentio transire non possumus, quamuis consuetum diplomatum uestitum non habeant. Documentum scilicet DCI de controuersia quadam dispicit Ellanharti, et Isanharti cum Erchanberto Episcopo, et Aduocato suo Odalrico de Pachtiltahofa. „Conuenerunt multi nobiles uiri in locum, quae dicitur Einhofa Erchanbertus Episcopus, Liutpald Comes, Ratolt Comes, Engilhart Comes, Riho Comes, et Missus Domni Regis nomine Antermaro iusta iudicia decernenda, et alii quam plurimi diuersas causas dirimendas, et finiendas, ibi in praesentia cunctorum accessit Aduocatus Erchanberti Episcopi nomine Oadalrih, et interpellabat nobiles uiri Isanhardum, et Ellanhardum pro eorum hereditatem, quod habuerunt ad Durfingesdorf, et ad Pachtiltahofa, dicens, quod Auus eorum Isanhart, et pater eorum Reginhart pro remedium animarum suarum tradidissent ad Slechdorf Sancto Tertulino Martyre Christi. Illi uero fortiter resistebant, et contradicebant, et multo spatio temporis inter se contentionem pro hoc habebant. Sed hoc testimoniis adhibitis Erchanbertus Episcopus, et Aduocatus eius Oadalrih uerum esse conprobare uoluerunt, et plenum testimonium testium habuerunt. Proinde inito consilio supra dicti uiri credebant semetipsis se ad placandum, et conciliandum cum Domno Episcopo profitebantur se reddere Domno Episcopo, et Aduocato suo colonicas III plenas ad Pachtiltahofa; aliis uero in ipso placito supplicantibus benignissimus Episcopus misericordia motus, et conpunctus noluit eos per omnia hereditate priuare, nec exheredes facere, sed consuluit paupertati eorum, et ita fieri permisit, ea ratione, ut ipsas tres colonicas plenas restituissent cum curtiferis, et terris, pratisque, et pascuis, et quicquid ad ipsas tres colonicas pertinere uidebatur, et super haec omnia medietatem silue, saltuumque et omnium confinium eorum, quicquid in ipso die habere uiderentur culti uel inculti, uel ad colendum conprehensum habuissent, omnium illorum confinium medietatem in siluis, et

in

in ruris, et in runcariis (i. e. agris incultis) dimiſerunt in manus Erchanberti Epiſcopi, et Aduocati ſui Oadalrihi, et aliud, quicquid ex parte hereditatis eorum habuerunt cum iuramento ſuper capſam corporis Sancti Tertulini confortare, et confirmare uoluerunt. Sed ipſum iuramentum per miſericordiam ſuam ſupra dictus Epiſcopus dimiſit eis, ſi pleniter perfeciſſent, ſicut ſupra prenotatum eſt. Hoc factum eſt anno incarnationis DCCCXXXVII. Indictione XV. Hludouici Regis noſtri in Baiaria XII. Hoc peractum in preſentia uenerabilium uirorum Erchanberti Epiſcopi, Liutpaldi, et Ratolti Comitum, et Rihoni Comitis, et Engilharti Comitis, et alii preſentes teſtimoniales etc. „ Rex ipſe IB. n. DCCII cauſa cognita epiſcopo Annoni uindicauit uineas quaſdam ab Epiſcopo Tridentino mala fide poſſeſſas. Quodam tempore, dum turbida res agitabatur in epiſcopatu Friſinge, contigit Deo donante plebem elegiſſe ſibi Annonem Epiſcopum, quod Domnus Rex Ludovvicus aſſenſit, taſemque uotum benigne ſuſcepit, illumue ſtatuit feliciter regere Sanctum ouile. Tunc temporis Odalſchalc Triente Epiſcopus per malorum ſuaſionem ad Pauzanam uinearum Sancte Marie inuaſionem fecit iniuſte. Quibus ſibi ſubactis, ut locus obtulit donō Dei optiſſimus Rex Ludovvicus interea ad Eipilingun dies quadrageſimales frequentabat, miſit aciem Baiovvariorum in Poëmanios, quorum ductor Ernſt Comes exſtitit Epiſcopis ſimul comitantibus. Tum demum reuerſi cum rumore non minimo, ut moris eſt, confluebant ad Regem. Tum autem euenit inter alia Miſſos Regis Longobardorum affuiſſe Notingum Epiſcopum, et Pernhardum Comitem, ſimulque Odalſcalci Epiſcopi Iacobum Aduocatum, et Willipertum pro uineis ipſis contradicendis. Tunc mediatore Rege interrogante cauſam terminandam, quid legis fuiſſet, turba tota ſubclamat prouinciarum, qui ueſtituram prius haberet, inter duo regalia teſtes exhibere, ſi XXX annorum etate ſubiectae eſſent uineae ad domum Sanctae Mariae, nunquam mutaretur. Sin autem, ad locum Trientarum reuertiſſent. Initio autem hoc conſilio ſtatim Domnus Anno Epiſcopus teſtes exhibuit. Quibus praeſentatis Domnus Rex mandauit Ernſto Comiti palatium adire, cum quo Miſſi Longobardorum Regis, ac Odalſchalci palatium inierunt. Tunc iurauerunt teſtes, quorum nomina in libro traditionum habentur. Poſt iuramentum Ernſt Comes interrogauit, quomodo ſe res haberet? Illi uero ſecundum legalem iuſtitiam ſol-

§. XIIII.

7. item uineas ab epiſcopo Tridentino iniuſte occupatas,

iudicium dirigente Ernesto comite.

§. XV. uere iuramentum parati ita dixerunt: hoc scimus ueraciter, quod ipse uineae in uestitura domus Sancte Marie XXX annos sine malo, et iniuria ullius hominis permansit. Tunc Ernst Comes regalem multitudinem, uulgique Summam interrogauit: quid iustitiae esset peragendum? omnes autem singulatim ad ultimum simul iudicabant: aeuis temporibus ad domum Sancte Marie eas persistere. Quod et Rex ita definiuit esse, et Missi ineuitabili assenserunt iusticia. Actum ad Eipilingen XVI Kalendas Aprilis, anno incarnationis Domini DCCCLV. Indictione III. Num. DCCIII. Cum tres bonitatis et pacis inter Regum statuta uentilatur, Ludovvici quippe Baiovvariorum Regis, et equiuoci sui Ludovvici Longobardorum Regis, contigit conuentum illorum alloqui fore ad Trientam Odalscalci Episcopi ciuitatem. Ibi uero multa utilia Christianitatis cum suis familiaribus Reges exercebant, et magna populorum concordia fiebat, letantes in eo, quod Octauianum (h. e. *pacatum*) tempus se accepisse mirabantur. Interim Domnus Episcopus pro eisdem uineis cum suis fidelibus sermocinari cepit, ut in praesentia Dominorum peracta causa uinearum iterato plenius statueretur, praesciuit enim se cum maxima iustitia commissum habere. Ideo uentilauit usque ad Regum patulas aulas, qui statim ad illam interrogationem se erigentes fecerunt causam iuramenti pro uineis peractam ante se recoli. Cum scilicet causa, sicut facta fuit ante illos duceretur, praecipiebant multitudinem plebis interrogare: Si iuste causa ageretur inter urbem Frisingam, et ciuitatem Trientam? Tunc omnis plebs, cum audierat Concilium, tam principes, quam mediocres iudicauerunt iustissimum iudicium, ut uineae ad domum Sanctae Mariae perpetualiter, et inconuulse permaneant.

§. XV.

Rex monasteriorum salutem et commoda sibi commendata habet.

Si Ludouicus in ecclesias beneficus fuit, quod abunde monstrauimus, in coenobia non parca certe manu beneficia sua contulit; nam modo eum uetera liberalitatis monimenta roborasse, modo noua addidisse, modo uaria impedimenta atque onera sustulisse, modo lites composuisse, animaduertimus. Dispiciamus primum de istis praeceptis regiis, quibus iura quaedam monasteriorum aliunde quaesita confirmantur. Chartarium Prumiense suppeditat tabulas ad hunc locum pertinentes, quas MARTENE in ueter. script. et monum. Collect.

§. XV.

Collect. T. I p. 187 diuulgauit: „domnus auus noster, ait Rex, concessit quamdam decimam ad monasterium Altrepiae, de fisco, qui uocatur Neccranva. Postea uero serui in eodem fisco consistentes reclamauerunt se ad domnum genitorem nostrum, et dixerunt ei, quod non potuissent propter inundationem Rheni fluminis ecclesiam quaerere ad diuinum officium audiendum. Domnus uero genitor noster gloriosissimus imperator misertus eorum, concessit quoddam curtile in praefato fisco Neccrauuia ad unam ecclesiam construendam, nec non et unum mansum unde ipsa dotata fuit. Et etiam de terris sicut illi per licentiam domni genitoris nostri, scilicet serui ibi dotauerunt. Illam uero ecclesiam cum praefato manso concessit domnus genitor noster ad praefatum monasterium Altripiae. Postea uero deprecatus est celsitudinem nostram uenerabilis abba noster Ansbaldus una cum sancta congregatione sibi commissa, ut nostrae auctoritatis praeceptum super hoc scriberemus. Cuius petitioni ob amorem Domini nostri Iesu Christi libenti animo assensum praebentes, decreuimus ita fieri, et iussimus fieri hoc nostrae auctoritatis praeceptum, per quod decernimus atque iubemus, ut praefata ecclesia in praenominato fisco Neccrauuia cum illo manso, quem domnus genitor noster ibi concessit, nec non et cum terris, quas illi serui per licentiam domni genitoris nostri ad illam ecclesiam donauerunt, nec non et cum omni decima sicut temporibus domini aui ac genitoris nostri plenissime ibi data fuit perpetualiter deinceps habeant absque ulla contradictione, et nullus eis inde ullam molestiam uel inquietudinem facere praesumat. Nec de illorum piscatione, quam debent habere ad illorum uennam; sed per hoc nostra auctoritas praeceptum plenius in Dei nomine confirmatum nullo inquietante, sed Deo auxiliante, principaliter ad usus necessarios fratres in monasterio Prumiae Deo famulantes habeant absque ulla contradictione etc. IBID. pag. 191 Ludouicus Rex confirmat res quasdam proprietatis, quas quidam ac nobilis uir nomine Hererich tradidit ad modo dictum monasterium Prumiae, quod est constructum in honore S. Saluatoris, coram istis fideiussoribus, quorum nomina suntMegingaudus comes, Milo, item Megingaudus uicedominus, Brunicho, Hunaldus, Ratadus, id est in locis quae uocantur Turglena, seu quod ipse propria tradidit manu in uilla, quae dicitur Vuihmundesheim, uel omnia quae ad easdem uillas pertinere uidentur proprietate iuris sui in marca Genzingas,

Confirmat ecclesiae in fisco Neccrauiae exstructae fundum,

et piscationem

pro usibus fratrum Prumiens.

a. Monasterium Pruemiense a Wernhario comite uillas quasdam repetit,

et in

§. XV. et in Binga cum mancipiis utriusque sexus ibidem pertinentibus uel aspicientibus. Postea uero nepos huius Wernharius uoluit easdem res et mancipia de praescripto monasterio Prumio iniuste abstrahere. Tunc denique uenerabilis abba Ansboldus una cum sancta congregatione sibi commissa transmisit ad nostram (Regis scil.) clementiam, flagitans, ut ob mercedis nostrae iustitiam de eisdem rebus et mancipiis adimpleremus. Cuius petitioni ob amorem Domini nostri Iesu Christi libenti animo assensum praebuimus, et ita sicut petiit per omnia fieri decreuit. Et iussimus uenire in praesentiam nostram praescriptum Wernharium comitem nostrum, et inquisiuimus ab eo de eisdem rebus et mancipiis, quo ordine quaue ratione eas tenere uoluisset. Ille uero nulla ratione eas sibi usurpare potuit ad possidendum, sed concredidit sibi de illis, quod eas iniuste tenere uoluisset, et reddidit tunc eas illis fratribus in praesentiam nostram. Tunc illi monachi deprecati sunt serenitatem nostram, ut hoc scriptum eis fieri iuberemus, per quod decernimus atque iubemus, ut praescriptae res et mancipia utriusque sexus ad praescripta loca pertinentia, cum terris, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumue decursibus, exitibus et regressibus, mobilibus et immobilibus, totum et ad integrum, permaneant in perpetuum ad usus fratrum Domino famulantium in monasterio Prumiae.

rege causam cognoscente.

Charta traditionis Hererici reperitur IBID. p. 188 et finitur: *Actum in Wimundasheim publice XII Calend. Sept. firmatumque legaliter Ansboldo Abbate praesente ac Megingaudo comite pagensi proceribusque ac Scabinis pagensibus anno incarnat. Dom. Saluat. DCCCLXVIII indict. I regnante domno et glorioso Hludouico cum fratre Karolo XXVIII Lotbario uero nepote ipsorum.* IBID. p. 193 rex praecepto roborauit piscationem monasterio Prumiensi a Carolo M. concessam: „Ansboldus uenerabilis abbas detulit in praesentiam nostram quoddam praeceptum, in quo continebatur qualiter domnus auus noster Karolus imperator concessit de uilla Naucrauia ripam Rheni fluminis, et terminos de eadem uilla coniacentes ad ripam Rheni fluminis, ad quamdam piscationem et uinnam faciendam fratribus ad monasterium Prumiae consistentibus. Quam etiam piscationem et uinnam domnus Pippinus rex cum terminis supra fluuium Rheni consistentibus de praescripta uilla Naucrauia concessit ad monasterium Prumiae per suae auctoritatis praeceptum, et idcirco deprecatus est clemen-

9. Monasterio Prumiensi roboratur ius piscandi in flumine Rheni ad uillam Naucrauiae.

clementiam nostram praefatus uenerabilis abba Ansboldus, ut nostrae auctoritatis praeceptum super eamdem piscationem et uinnam facere iuberemus. Cuius petitioni ob amorem Domini nostri Iesu Christi libenti animo assensum praebentes, decreuimus ita fieri, et iussimus ei fieri hoc nostrae auctoritatis praeceptum, per quod decernimus atque iubemus, ut abbas et fratres in praefato monasterio Prumiae consistentes potestatem habeant de terminis, et finibus, et de ripa Rheni fluminis, quae pertinet ad uillam Naucrauiam, ut possint sibi uinnam et piscationem facere, ubicumque eis placuerit, ac melius uisum fuerit. etc. §. XV.

Corbeiensibus monachis uillam Huxariam et fundum coenobii confirmat Rex in SCHATEN. Ann. Pad. P. I p. 130: „aderant inter caeteros fideles nostros quidam Monachi cum uenerabili eorum Praeposito Walanae, ex monasterio, quae noua Corbeia nuncupatur, coramque familiaribus Consiliariis nostris in praesentiam culminis nostri adducti attulerunt Domni ac genitoris nostri Hludouici excellentissimi Imperatoris quoddam praeceptum, in quo continebatur, qualiter idem Christianissimus Imperator praefatum monasterium in honorem S. Stephani Protomartyris Christi super fluuium Wisera, in uilla regia, in loco dudum nuncupante Hucxeri Adalhardo cuidam seni Abbati germanoque suo Walanae construi ac fabricari praecepisset, obsecrantes clementiam Serenitatis nostrae, ut pro maiori firmitate ac certiori studio securitatis, nostrae mansuetudinis super hoc praeceptum paterno ac regali affectu confirmari deberet. Quorum petitioni iustae, et rationabili aurem libenter accommodauimus, ac praescriptam uillam Hucxeri, quam Serenissimus Augustus ad praefatum monasterium tradiderat, cum omnibus finibus uel terminis suis, terrisque, siluis, aquis, aquarumue decursibus, seu cunctis adiacentiis, nec non apendiciis suis, siue res et possessiones, quae a Deum timentibus, uel gratiam diuinam diligentibus ibi conlatae sunt, etiam et res quae ad Corbegiam antiquiorem, ex cuius uocabulo illud monasterium nomen usurpat, traditae fuerunt, infra fines regni Saxoniae terris, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, propriis uel communibus aedificiis, prius habitis uel postea constructis, mancipiis quoque diuersi generis uel conditionis, mobilibus et immobilibus datum, uel traditum erat cum omni integritate praefato monasterio, et Monachis ibidem Deo soli militantibus ad possiden-

4. Corbeiensium ius in uillam Hucxeri munitur.

§. XV. dum fruendumque per hanc noſtram auctoritatem in eleemoſinam praefati piiſſimi genitoris noſtri ac noſtram confirmare atque ſtabilire decreuimus.„ Monaſteria Bauariae inſignem praeceptorum regiorum copiam oſtentant; quod non miramur, cum Ludouicus hanc prouinciam primam omnium gubernaret. Monaſterii S. Emerami negotia quaedam firmabat, teſtibus tabulis PEZ. theſ. anecd. t. I P. III inſertis. Praeſtariam roborat Rex p. 13: „ Erchanfridus Diaconus atque capellanus noſter, nec non et propinquus ſuus Baturicus obtulerunt obtutibus noſtris quandam cartam praeſtariam, in qua continebatur, qualiter Baturicus Ep. praeſtitiſſet eis ad uſum meritum quasdam res ex ratione Monaſterii ſui S. Emmerammi, quasdam idem Erchanfridus ex ſuo proprio eidem largitatis munere contulerat monaſterio, nec non et alias ex ratione eiusdem Monaſterii eis ad uſum meritum diebus uitae eorum conceſſiſſet, quae ſunt utraeque res in uilla, quae dicitur Hruchinga, quae alio nomine Folinchoua uocatur, etiam et in alio loco, qui dicitur Buchuſa cum mancipiis, caſis, domibus, aedificiis, terris, pratis, paſcuis, ſiluis, aquis, aquarumue decurſibus, cum omnibus, quae in praedictis locis tam ex praedicti Erchanfredi donatione, quamque et ex ratione eiusdem Monaſterii habere uidebatur; nec non et in alio loco, qui dicitur Alinchoba hobam unam; et deprecatus eſt excellentiam noſtram, ut ſuper hanc praeſtariam confirmationis noſtrae praeceptum fieri iuberemus, per quod diebus uitae eorum firmius et quietius absque alicuius contrarietate ipſas res tenere, et poſſidere ualerent. Quorum petitionibus libenter annuimus, et hanc auctoritatem confirmationis noſtrae eis fieri iuſſimus, per quam praecipimus, atque iubemus, ut diebus uitae eorum ipſas res teneant, et poſſideant. Et nullus quilibet Eccleſiaſticae dignitatis praeditus, aut alius quilibet eis de ipſis rebus ullam inquietudinem, aut contrarietatem facere praeſumat; ſed liceat illis, ſicut diximus, diebus uitae eorum uſufructuario ordine tenere et poſſidere, et poſt eorum amborum diſceſſum cum integritate in poteſtate et dominatione praedicti Monaſterii reuertantur.„ IBIDEM p. 20 confirmatur traditio quorundam bonorum: „uir uenerabilis Erchanfridus Reginesburgenſis Eccleſiae Epiſcopus obtulit obtutibus noſtris quandam traditionem, quod Willehelmus Comes ob Dei amorem, et animae ſuae remedium ad Monaſterium S. Emmerammi tradiderat omnem proprietatem ſuam, quam

5. Praeſtariam Rex ratam eſſe iubet pro commodis mon. S. Emerami.

6. Confirmatur traditio monaſterio S. Emerami facta a Willehelmo comite;

quam ille habere uidebatur infra duo flumina inter Agaſtam et Nardinam, a locis uidelicet, ubi ipſa in Danubium fluunt, usque ad loca, ubi de uenis in amnes deriuantur, et ita usque in Nortvvalt in hanc partem ſiluae ſine termini concluſione, cum domibus et aedificiis reliquis, et mancipiis, atque manentibus, pratis, paſcuis, ſiluis, aquis, aquarumue decurſibus, mobilibus et immobilibus, cultis uel incultis, quicquid habuit. Etiam et res illas, quas Engilradae coniugi ſuae ad dies uitae ſuae habere conceſſerat, et poſt obitum illius ad eandem traditionem S. Emmerammi pertinere conſtaret. Inſupet et quicquid ad Rosdorf habere uidebatur, omnia et ex omnibus rebus ex illa parte Danubii, quicquid ſibi pertinebat in mancipiis et aedificiis, ac uineis cultis, uel incultis, totum et integrum ad iam dictum ſanctum locum tradidit, atque pleniter delegauit. Sed pro integra firmitate ac ſecuritatis ſtudio memoratus Erchanfridus, atque familiaris noſter petiit celſitudinem noſtram; ut eandem traditionem per noſtrae manſuetudinis praeceptum confirmare deberemus. Cuius petitioni denegare noluimus, ſed ſicut unicuique fidelium noſtrorum iuſte petentium, ita nos illi conceſſiſſe, atque in omnibus confirmaſſe omnium fidelium noſtrorum cognoſcat magnitudo. Praeterea hos apices Serenitatis noſtrae circa ipſum monaſterium fieri decreuimus, per quos praecipimus, atque iubemus; ut res omnes, quas praedictus Comes Willihelmus tradiderat, atque conſignauerat, per hanc noſtram auctoritatem ad iam dictum ſanctum locum in perpetuum conſiſtant.„ IBID. p. 245 traditio Ratpodi Comitis rata habetur: poſtquam ergo in Dei nomine Ratpodus Comis ad ſanctum tradidit Emmerammum, ſicut in carta traditionis ſcriptum inuenitur, quicquid proprietatis ad Tullinam habere uidebatur, in praeſentiam Ludouici Regis Reganesburc uenit, et omnia, quae ad Tullinam uiſus eſt poſſidere, ad praedictum ſanctum Dei nihil extra dimittens tradidit, ita ſcilicet, ut ſi haeres ſibi non naſceretur, poſt obitum ſuum ſtatim iſta traditionis cauſa firmiter ad locum ſancti Dei conſtaret. Si autem haeres ſibi naſceretur, ut cum ducentis ſolidis res eiusdem traditionis redimeretur, ut ſicut ſupra dictum eſt, in praeſentia Regis et optimatum eius, omniumque ſibi aſtantium haec traditio facta eſt, quorum ex parte nomina innoteſcimus. Ernoſt Comis, Vuerinheri, Timo, Ermfrid, Ratperht, Vto, Vuaning, Vuillihelm, Rihheri, Vuolfdrigil, Poſo, Eginolf, Perehttolt,

§. XV.

7. item a Ratpodo comite.

 Rihho

§. XV. 8. Monasterii Altahensis possessiones in marcha Auarorum roborantur.

Rihho Com. Adalo, Ratolt, Popili, Rodolt, Fritilo, Reginpreht, Adalhoh, Managolt, Papo, Albker. Facta est haec traditio in loco supra dicto Anno Domini DCCCXXXVII. Monasterii Altahensis possessiones quasdam ueteres confirmat rex in HVNDII Metropoli Salisburg. part. II p. 9 his quidem formulis: uir uenerabilis Cozbaldus sacri palatii nostri summus capellanus et abbas Monasterii, quod dicitur Altaha, quod est constructum in honore S. Mauritii Martyris Christi, adiens excellentiam nostram innotuit clementiae nostrae, qualiter postquam terra Auarorum ex parte ab auo nostro Domino Carolo Imperatore capta fuisset, ipsius permissu atque consensu quaedam res in ipsa Marcha ad ius regium pertinentes eidem monasterio collatae fuissent, quas etiam usque nunc praedictum possedit Monasterium. Sed quia auctoritas traditionis exinde minime apparebat, deprecatus est idem Gotsbaldus Abbas, ut nostrae auctoritatis largitionem atque confirmationem eidem daremus monasterio, per quam ipsas res in posterum praedictum monasterium, eiusque rectores absque cuiuslibet impedimento aut contradictione tenere et dominari potuisset. Cuius deprecationem propter diuinum amorem et reuerentiam ipsius sancti loci libenter annuimus, et ipsas res perpetuo possidendas solenni datione eidem concessimus monasterio, id est locum, qui nuncupatur Wachauua, qui terminatur a fonte riuuli, qui uocatur Mystrica, usque ad eum locum, ubi ipse Danubium influit, ac deinde tendit sursum in ripam Danubii usque in Bochbach, et ultra Bochbach mansum unum, et deinde iuxta Bochbach sursum usque in uerticem montis, qui nuncupatur Ahornica, nec non et alium locum nuncupatum Accusbach iuxta ripam Danubii, cuius mensura est in longitudine milliarium unum et in latitudine similiter, nec non et campum unum, qui continet mansum unum, quem interiacet causa Frisingensis Ecclesiae. Has itaque res cum mancipiis, domibus, aedificiis, uineis, terris, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, quantumcunque infra terminia praedicta de eisdem rebus continetur, totum et ad integrum, in ius et dominationem praedictae Ecclesiae perpetualiter ad habendum conferimus. Ita uidelicet, ut quicquid de ipsis uel in ipsis rectores uel ministri supra memoratae sedis ob utilitatem et commoditatem ipsius Ecclesiae facere uel iudicare uoluerint, liberam habeant in omnibus potestatem faciendi, quicquid elegerint.

IBIDEM pag. 11 rex annuit traditioni Bribini Ducis pro dicto monasterio: Scilicet Bribinus fidelis Dux noster, Rex ait, ueniens in procerum nostrorum praesentiam postulauit Serenitatem nostram, ut de rebus proprietatis suae, quas ei in proprietatem concessimus, liceret ei partem aliquam ob memoriam eius dare ad S. Mauritium, et ad Monasterium nostrum Altaha, cui tempore illo Abbas Otgarius praeesse uidebatur et rector, cuius petitioni libenti animo assensum praebentes decreuimus ita fieri. Dedit itaque Bribinus fidelis Dux noster cum consensu et licentia nostra ad praefatum Monasterium S. Mauritii martyris Christi de sua proprietate in suo Ducatu quicquid habuit ad Salipiugiti infra terminos istos. In Orientem ultra Salam fluuiolum usque in Slougenzim Marchan et Stresinaren, et sic sursum per Salam usque ad Waltungespuch, et sic inde usque in Hrabagisreit, et ad Chiristetin. Postea uero praedictus fidelis Abbas noster Otgarius deprecatus est celsitudinem nostram, ut easdem res per nostrae auctoritatis praeceptum confirmassemus. Cuius petitioni ob honorem Dei et S. Mauritii militis Christi, et bonum illius seruitium libenti animo assensum praebuimus. Et hoc ei nostrae auctoritatis praeceptum fieri iussimus, per quod decernimus atque iubemus, ut sicut praedicti termini in praedictis locis diffinitissime (diffiniti sunt), ita deinceps ad iam dictum monasterium per hoc nostrae auctoritatis praeceptum ipsae res nullo inquietante Deo auxiliante perpetuis temporibus consistant in proprium. IBIDEM p. 12 eiusdem coenobii possessionem antiquam noua donatione cumulat Rex, et prisca iura firmat: uenerabilis Abbas noster Otgarius adiit celsitudinem nostram, humiliter implorans, ut quasdam res proprietatis nostrae ad monasterium, quod uocatur Altaha, constructum in honore S. Mauritii in proprium concedissem. Nos itaque petitioni ipsius libenti animo assensum praebuimus et concessimus quasdam res proprietatis nostrae ad Monasterium Altaha, id est uillam, quae uocatur Nauuauuinida iuxta riuulum Trebinam. Admonuit etiam celsitudinem nostram praedictus Abbas, qualiter Dominus Auus noster Carolus licentiam tribuit suis fidelibus in augmentatione rerum Ecclesiasticarum Dei in Pannonia carpere et possidere haereditatem, quod per licentiam ipsius in multis locis, et ad istud etiam monasterium factum esse dinoscitur. Fuerunt namque in uestitura praedicti monasterii quaedam loca nomine Scaleobach, sicut ipse riuulus fluit in Occiden-

§. XV.

9. Bribinus Dux, consentiente rege, donat monasterio Altah. partem proprietatis suae.

10. Rex tradit mon. Altah. uillam Nauuauuinida, et uetustiores possessiones firmat.

§. XV. Occidentalem partem usque in Dagodeos Marcha, et inde in Orientalem plagam usque in Ryzara Marcha, atque in eum locum, quem uocat Cidalaribach in saltu Enisae fluuii, qui coniacet inter Danubium et Ibysam, atque Hurulam in meridianam partem, usque in uerticem montis et ad Biugen mansos quinque et quicquid ad praedictas uillas pertinet, hoc est in mancipiis, aedificiis, terris, cultis et incultis, uineis, pratis, syluis, uenationibus, pascuis, aquis aquarumue decursibus. Licet itaque fuissent in uestitura praedictae res ad praescriptum monasterium, tamen ibi non erant confirmatae per illius auctoritatis praeceptum. Qua de re commoniti hoc nostrae auctoritatis apices fieri iussimus, per quos decernimus atque iubemus, ut praedictae res cum omnibus praenominatis ad praescriptum monasterium Altaha in nostra eleemosyna atque in remedio animarum antecessorum nostrorum inuiolabiliter perennis temporibus permaneant, nullo contradicente.

II. pariter ac donationem Otgarii Abbatis Altah.

IBIDEM donationem Abbatis Otgarii praecepto suo munit Rex: uenerabilis Otgarius Abbas et uocatus Episcopus adiit celsitudinem nostram deprecans, ut ob mercedis nostrae augmentum, loca quaedam pertinentia ad suum Monasterium Altaha, quae ille una cum communi consilio fratrum ad illorum usus necessarios deseruire constituit, nec non etiam quae antea habuerunt, quorum locorum nomina hic subtus tenentur inscripta, per nostrae auctoritatis praeceptum eis perpetualiter habere concederemus. Cuius petitioni ob amorem Domini nostri Iesu Christi libenti animo assensum prebentes, ita decreuimus fieri. Concessimus itaque praescriptis fratribus consistentibus in Monasterio Altaha ad illorum usus necessarios res, quas antea habuerunt in istis locis, quorum nomina sunt, Buechofen, Heidolsinga, Oparinhusa, Bogama cum Ansolfinga, Vrbach et quae illuc pertinent cum Schellmaha, Müliheim. Nec non etiam eas res, quas uenerabilis Otgarius Abbas ibidem ad illorum usus necessarios postea per nostram licentiam adauxit in istis locis, quorum nomina sunt, Altdorf cum Niunhusa et ad Walde, post obitum Odali, Zullinga, Vsterlinga, Smidaha cum decem uineis ad Mahouue, ad Bouhhae, post obitum Slemari, et loca, quae Richoui et Richardo ad obedientiam commendata sunt post obitum amborum. Et quod Heribertus habuit, post obitum eius et coniugis suae, atque tertiam partem salis ad salinas, et si deinceps aliquis res suas ad praefatum Monasterium tradiderit, in praedictorum fratrum redi-

redigatur feruitium. Has itaque praefcriptas res cum omni integritate in praedictorum fratrum feruitio perpetualiter per hoc noftrae auctoritatis praeceptum plenius in Dei nomine confirmatum permanere concedimus, ea uidelicet ratione, ut nullus ex fucceffsoribus noftris inde quippiam auferre praefumat, neque Abbas, neque alia quaelibet oppofita perfona, fed absque alicuius moleftia uel inquietudine easdem res, ad illorum feruitium perpetualiter habeant, teneant, atque poffideant. Reliquae uero res ubicunque fint pertinentes ad Monafterium Altaha fub dominio et gubernatione Abbatis exiftant, quem ipfi fratres fecundum regulam S. Benedicti elegerint. In SCHEVCHZER. et LOCHMANN. Alphabet. tab. I et II indicatur charta Regis noftri, qua iura et immunitates monafterii Thuricenfis confirmari dicuntur; fed paucula haec tantum afferuntur uerba: qualiter dilecta coniunx noftra Hemma -- ubi etiam chariffima filia noftra Bertha domino auxiliante diebus uitae fuae praeeffe dinofcitur.

§. XVI. 12. Monaft. Thuricenfis iurium confirmatio.

§. XVI.

Vt donationis titulus Coenobiis femper erat optatiffimus ampliffimusque: ita etiam nihil reliqui fecerunt collegia pia, ut Ludouici noftri beneficentiam excitarent; quamquam rex fponte fua in domus religiofas largus effet et munificus. Agmen ducat Abbas Fuldenfis, Sigehardus, de quo inter traditiones Fuldenfes apud SCHANNAT. praeceptum regium num. DXVI haec memorat: Sigehardus uenerabilis Abbas deprecatus eft Celfitudinem noftram (Regis fcil.), ut ob mercedis noftrae augmentum quasdam res proprietatis noftrae confiftentes in Buchonia in loco qui dicitur Harterateshus ad fanctum Bonifacii Fuldenfe monafterium concederemus et per noftrae auctoritatis praeceptum confirmaremus; cuius petitioni ob amorem Domini noftri Iefu Chrifti libenti animo affenfum praebentes iuffimus fieri hoc noftrae auctoritatis praeceptum, per quod praefatas res in Buchonia confiftentes, in loco qui dicitur Harterateshufon cum filua illuc pertinente, omnibusque appendiciis in terris, pratis, pafcuis, aquis aquarumque decurfibus, exitibus et regreffibus totum et ad integrum ex iure et dominatione noftra in ius et dominationem Sancti Bonifacii Martiris tradimus atque transfundimus;

Rex tradit Monafterio Fuld. res proprietatis fuae in loco Harterateshufsi

§. XVI. mus, ea uidelicet ratione, ut ab hodierna die et deinceps per hoc nostrae auctoritatis praeceptum plenius in Dei nomine confirmatum, nullo inquietante, sed Deo auxiliante perpetuis temporibus praefatae res ad praedictum monasterium permaneant absque ullius hominis contradictione etc.

2. Monasterio Campidonensi permittit sal Hala petere.

Monasterium Campidonense, hodie abbatis principis sedes, etiam habet, quod Ludouici nostri munificentiam laudibus efferat; isti enim monasterio, inquit instrumentum, *ubi praesente tempore Erchambertus Frisingensis ecclesiae episcopus rector praeesse uidetur, concessit, ut tres naues liceat ei dirigere ad Hallo propter sal accipiendum et ad necessaria fratrum in eodem monasterio degentium deducendum.* Summam huius documenti ex antiquissimo codice diplomatico Campidonensi exhibuit MEICHELBECK. in histor. Frisingens. P. I p. 127.

3. Abbati Prumiensi commendat ecclesiam Aquisgran. destructam, eamque dotat.

Monasterio Prumiensi rex liberaliter prospicit apud MARTEN. uet. script. et monument. T. I pag. 194: nos uenientes ad Aquisgrani palatii, inuenimus ibi ecclesiam destructam, quam genitor et mater in eleemosyna illorum construi fecerunt, ut ibi cymeterium esset mortuorum. Hanc ergo ut ita destructam reperimus, condoluimus inde, eo quod nec donata fuerat, nec etiam praeuisa ad Dei seruitium, sicut esse debuerat. Nos uero hoc cernentes, commendauimus eam Ansboldo uenerabili abbati, ut ipse eam in prouidentia haberet, et quisquis post eum abbas in Prumia esse uideretur. Dotauimus itaque eam, dantes ibi duo mansa et tertium mansum indominicatum cum uineis quas missus noster ibi consignauit, nec non et mancipia utriusque sexus, quorum nomina sunt - - - cum uxore sua Vrsilde nomine et infantibus eorum. Has ergo praescriptas res cum omni integritate, cum mancipiis utriusque sexus, concedimus ad ecclesiam S. Saluatoris, praecipientes, ut nullus ex successoribus nostris praescriptam ecclesiam ac res, quas ibi concedimus, auferre praesumat de potestate abbatis Prumiae; Sed inde in perpetuum rector ac gubernator abbas Prumiae ac sui fratres existant. Similiter ergo de duabus ecclesiis praecipimus, quarum una est ad Wornitali et alia ad Antiquum-campum, ut simul eadem donatione consistant cum appenditiis earum etc.

4. Monasterio S. Cornelii Ind. largitur uillam Crassinia-

Monasterio S. Cornelii ad Indam concessit rex uillam Crassiniacum in LVNIG. Spicil. ecclesiast. P. III pag. 725: ob amorem Dei omnipotentis, et emolumentum animarum genitoris ac genitricis, seu nostra totiusque Regni nostri stabilitate, seu ad petitionem fidelis nostri Adalongi, Abba-

Abbatis, largimur res proprietatis nostrae monasterio Indensi constructo in honorem Domini et Saluatoris nostri Iesu Christi, unde et praedictus Adalongus Rector esse uidetur, uillam iuris nostri nuncupata Crastiniacum cum omnibus mancipiis, et rebus ibidem aspicientibus, unde et hanc nostram authoritatem fieri iussimus, per quam firmamus, atque transfundimus supra taxatas res praedictae cellulae Sancti Saluatoris, cum omnibus appenditiis hoc est cum mancipiis utriusque sexus, cum terris, siluis, pratis, aquis aquarumue decursibus, quatenus in stipendiis fratrum ibidem Deo famulantium, caeterisque necessitatibus, quae hactenus fiscus noster exigit, amodo augeatur, atque a rectoribus ipsius matris Ecclesiae praeordinetur seu exigatur, nullo nostro Iudice contradicente, etc. cum, cum iuribus fisci.

In SCHATEN. Ann. Pad. p. 132 Rex concedit Corbeiensibus monachis mansos undecim his uerbis: nos pro mercedis nostrae augmento concessimus ad monasterium, quod noua Corbeia nuncupatur, quod est constructum in honorem S. Stephani Protomartyris Christi, super fluuium Wisera, in uilla regia, in loco nuncupante dudum Hucxeri, mansa undecim, quae sunt in pago Langneae, in uilla, quae dicitur Hemli, cum omnibus appendiciis, uel ad se pertinentibus, in terris uidelicet cultis et incultis, siluis, aquis aquarumque decursibus, adiacentiis, peruiis, exitibus et regressibus, quaesitum et ad inquirendum, uel quantumcunque infra praescripta uilla, uel quae ad ipsam undecim mansa pertinere uidentur; ut nostri iuris atque possessionis in re proprietatis est, totum et integrum praescripto monasterio Corbeiae et monachis ibidem Deo soli militantibus perpetualiter ad possidendum fruendumque concessimus, atque de nostro iure in ius et dominationem praefati monasterii liberalitatis nostrae munere contulimus; ita uidelicet, ut quidquid exinde ab hodierna die uel tempore Rectores, et ministri eiusdem monasterii facere, ordinare, atque disponere uoluerint, per hanc nostram auctoritatem liberam in omnibus habeant potestatem faciendi quidquid elegerint. 5. Corbeiensi undecim mansos in uilla Hemli, Idem monasterium alio munificentiae documento ornat Rex IB. p. 132: „nos ob amorem Dei et emolumentum animae nostrae quasdam proprietatis nostrae res concessimus ad monasterium, quod dicitur noua Corbeia, quod est situm super fluuium Wisera, constructum in honore sancti ac beatissimi Stephani Prothomartyris, ubi praesenti tempore Venerabilis Vir Warinus auctore 6. res proprietatis suae in uilla Amplidi,

§. XVI. Deo Abba praeesse uidetur, sunt enim praedictae res in pago Guottinga, in uilla quae dicitur Amplidi, hoc est mansum Dominicatum cum casis et reliquis aedificiis, cum aliis mansis uiginti ibidem aspicientibus ac deseruientibus. Has itaque res, sicut diximus, cum domibus, aedificiis, mancipiis utriusque sexus, salinariis, terris cultis et incultis, siluis, pratis, pascuis, aquis aquarumue decursibus, adiacentiis, peruiis, exitibus et regressibus, quaesitis et inquirendis, quemadmodum Banzleibs Comes in beneficium hactenus habuit, et nostri iuris atque possessionis in re proprietatis est totum et ad integrum praedicto monasterio concessimus, et de iure in ius, et dominationem eius liberalitatis nostrae munere contulimus, ita ut de eisdem rebus et mancipiis Rectores et ministri praedicti monasterii ob utilitatem et necessitatem ipsius facere, ordinare, atque disponere uoluerint, per nostrae auctoritatis largitionem libero in Dei nomine perfruantur arbitrio faciendi, quidquid elegerint.

7. cellulam Fischbecki, in pago Leri,

Liberalitatis regiae testes quoque sunt codicilli, quos IB. p. 144 deprehendimus: petente atque suggerente Warino uenerabili Abbate, qui monasterium, quod dicitur noua Corbeia, nostra concessione in regimine habere dinoscitur, quod piae memoriae genitor noster construi iussit in honorem Dei, et sancti protomartyris Stephani, ubi et S. Viti Martyris pretiosa pignora seruari noscuntur, complacuit Celsitudini nostrae quandam cellulam iuris nostri uocatam Fischboeki, quae est constructa in pago Leri, memorato monasterio adiungere, atque per hanc nostram auctoritatem ei tradere, ut perpetuo sub eius ditione, cum omnibus ad se pertinentibus et aspicientibus consistat. Hanc ut diximus cellulam sub integritate, cum omnibus rebus, appendiciis et terminis suis, et cum omnibus ad se pertinentibus, id est, Basilicis, domibus, caeterisque aedificiis Decimis, siluis, campis, pascuis, aquis aquarumue decursibus, cultis locis et incultis, mobilibus rebus, et immobilibus, mancipiis diuersi sexus et aetatis memorato monasterio subditam esse facimus, atque per hanc nostram auctoritatem ita condonamus atque tradimus, ut in iure eiusdem, ac Monachorum inibi per tempora Deo deseruientium in diuersis necessitatibus ad diuinum cultum propensius exequendum absque cuiuslibet diminoratione, aut retractatione permaneat. Et nullus fidelium nostrorum ab eorum dominatione uel potestate eam quoquo modo auferre, aut in aliam quamlibet partem quacunque occasione transferre

ferre

§. XVI.

ferre praesumat. Corbeiensium opes alia augentur accessione p. 178: Nos (Rex Ludouicus) ob nostrae mercedis augmentum, et pro remedio animae Domini aui ac Genitoris nostri, nec non fratris nostri Hlotharii suique filii et aequiuoci concessimus quasdam res proprietatis nostrae ad monasterium situm in Saxonia, quod nuncupatur noua Corbeia, id est Villam, quae uocatur Lizzicha, ubi sunt homines L. qui picturas faciunt et picturae Vinearum, quinquaginta et septem particulae Vinearum. Vbi duae Carradae colligi possunt, et sunt ibi 30 foeminae, quae dant censum, unaquaque sex siclas uini, et de lino XII fusas III pullos, et XV oua, et de terra aratoria ad L. modios, et de pratis ad Carradas X. Has itaque praescriptas res cum omni integritate totum et ad integrum ex iure et dominatione nostra in ius et dominationem praescripti monasterii tradimus atque transfundimus. 8. uillam Lizzicha.

Praedia uaria larga manu Rex transtulit in Monasterium Herford. IB. p. 157: nos ob amorem Dei, et remissionem peccatorum nostrorum, atque pro remedio animarum Antecessorum nostrorum, Augustissimorum Imperatorum, ad monasterium, quod dicitur Heriuurt, quod est constructum in honore Sanctae Mariae semper Virginis, situm in Ducatu Saxonico, ubi praesentibus temporibus Hadevvic abbatissa et Rectrix esse uidetur, quasdam res proprietatis nostrae in pagis Dreini et Borostra cognominantibus, et in Comitatibus Burchardi et Warini coniacentes, id est, casas dominicatas duas cum territorio dominicali, unam scilicet in Seliheim, et alteram in Stockheim, nec non et mansos triginta pertinentes ad loca praenominata, et quidquid dici aut nominari potest, quae ad praedicta loca iure pertinere noscuntur, cum familiis sexaginta, quae lingua eorum lazi dicuntur, totum, et integrum per hanc nostram auctoritatem ad memoratum monasterium perpetualiter in proprium tenendum concessimus, et de iure nostro in ius et dominationem eiusdem monasterii transfundimus et condonamus. 9. Herfordiensi res proprietatis suae in pago Dreini etc.

Aliam benignitatis tesseram eisdem addidit sanctimonialibus p. 160: nos ob amorem Dei, et pro absolutione peccatorum Antecessorum nostrorum Augustissimorum Imperatorum, atque pro remedio animae nostrae quasdam res proprietatis nostrae, quas Folcheri fidelis noster hactenus in beneficium tenuit in Ducatu Westfalorum, coniacentes in pagis Grainga et Trecvviti (Hrecvviti), nec non in comitatibus Burchardi, Walt- 10. item in pagis Grainga et Trecvviti &c.

 berti,

§. XVI. berti, et Albrici atque Letti. Id ſunt manſi XIIII cum familiis uiginti, qui lingua eorum Luti dicuntur, ad monaſterium quod uocatur heriuurt, quod eſt conſtructum in honore ſanctae Mariae ſemper Virginis, ubi Haduvvic praeſentibus temporibus Abbatiſſa et rectrix eſſe uidetur, cum omnibus appendiciis totum et integrum ad praefatum monaſterium in proprium perpetualiter tenendum tradimus, et de iure noſtro in ius et dominationem ipſius monaſterii ſolenniter condonamus. Noua donatione illud monaſterium impertiuit Rex IB. p. 162: nos conceſſimus quaſdam res proprietatis noſtrae ad monaſterium, quod dicitur Herifurt, ſiue ad reliquias ſanctae Mariae ſemperque Virginis in eodem monaſterio conſecratas, in pago uidelicet Grainga, in Villa, quae uocatur Kelueri, id eſt manſum indominicatum cum domibus, aedificiis, et omnibus adiacentiis, terris cultis et incultis, ſiluis, pratis ac paſcuis, de reliquo beneficio, quod Hrodradus Comes habuit, dimidiam partem cum familiis ſupermanentibus utriusque ſexus numero uiginti nouem. In alio autem pago, quod dicitur Sutherbergi, in uilla, quae uocatur Lodre, octo familias et nouem manſos. Et in eodem pago in uilla, quae uocatur Arpingi, unum manſum cum familia ſupermanente. Has itaque res, ſicut ſuperius diximus, cum domibus, aedificiis, mancipiis utriusque ſexus, et terris, pratis, ſiluis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus totum et integrum praedicto monaſterio ad proprium conceſſimus atque confirmauimus. Peragremus coenobia Bauarica. Monaſterio S. Emmerami rex quaſdam res proprietatis ſuae tradit, in PEZII theſ. anecdot. tom. I part. III p. 15: nos pro mercedis noſtrae augmento ſanctae Reginisburch ciuitatis Eccleſiae, quae eſt conſtructa in honore S. Petri, Principis Apoſtolorum et S. Emmerammi, ubi etiam idem beatiſſimus martyr Chriſti corpore quieſcit humatus, cui praeſenti tempore uenerabilis Baturicus Epiſcopus, auctore Deo praeeſſe uidetur, quaſdam res proprietatis noſtrae, quae ſunt in prouincia Auarorum, ubi locum, ubi antiquitus caſtrum fuit, qui dicitur Harlungeburch, cum reliquis adiacentiis in cureuitu, quarum terminia ſunt ab eo loco, ubi Erlaffa in Danubium cadit, ſurſum per ripam eiusdem fluminis usque ad locum, qui dicitur Erdgaſtegi, et ab eodem flumine in orientali parte usque ad medium montem, qui apud Vuinades Colomezza uocatur, ubi in duabus arboribus euidentia ſigna monſtrantur, et ab eo loco, a parte Aquilonis usque

11. in uillis Kelueri et Lodre et Arpinga.

12. Monaſterio S Emmerami Ratisbon.

res proprietatis in terra Auarorum.

usque in Danubium, et ad meridiem et occidentem per uerticem §. XVI.
montis, ficut euidentia arborum figna demonftrant, usque ad fupradictum locum Erdgaftegi. Has itaque res cum Slauis ibidem commanentibus, cum domibus, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, pafcuis, filuis, aquis, aquarumue decurfibus, adiacentiis, peruiis, exitibus et regreffibus, quantumcunque infra praedicta terminia continentur, totum et integrum praedictae Ecclefiae perpetuo ad habendum conceffimus, et de noftro iure in ius et dominationem eius liberalitatis noftrae munere contulimus, ita uidelicet, ut ab hodierno die et tempore, quicquid de praedictis rebus, et mancipiis Rectores et miniftri memoratae fedis ob utilitatem et commoditatem eiusdem Ecclefiae facere, uel iudicare uoluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio, faciendi quicquid elegerint. Huic donationi aliud 13. ecclefiam
liberalitatis documentum adiunxit Ludouicus IBID. p. 17: nos pro mercedis noftrae augmento et aeternae retributionis fructu confirmauimus ad Monafterium S. Emmerammi martyris Chrifti, ubi idem praeclariffimus martyr corpore requiefcit, quandam Ecclefiam cum mancipiis, et territoriis, fibi pertinentibus, quae eft fita in profpectu fitam in profpectu fifci Tinguluinga.
fifci noftri, qui nominatur Tinguluinga, qui fuit cuidam feruo regio, nomine Antkario. Hanc itaque Ecclefiam, ficut diximus, ibidem pertinentibus, et cum omnibus aedificiis, terris, et quidquid ad eandem Ecclefiam pertinere uidetur, totum et ad integrum praedicto Monafterio S. Emmerammi perpetualiter ad habendum firmamus, ita uidelicet, ut quidquid ab hodierno die et tempore Rectores ac miniftri fupra memorati monafterii, et inde ob utilitatem et commoditatem fui facere, uel iudicare uoluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi, quidquid elegerint. IBIDEM n. 18 benefi- 14. beneficia, quae a monafterio habet, ad idem, poft obitum ipfius, reuerfura.
cia ad monafterium fancti Emerami, quae ab eodem acceperat, poft obitum fuum reuerti iubet: nos uolumus, ut omnem proprietatem, quam diuae memoriae Domnus Karolus, piiffimus auus nofter ad Monafterium S. Emmerammi, Chrifti martyris condonauit, et Baturicus Epifcopus, Rector ipfius Monafterii una cum confenfu Monachorum, ibidem Deo famulantium, nobis beneficiauit, poftquam diuina uocatione de hac luce migrauerimus, Rectores et miniftri eiusdem monafterii eandem traditionem, quam Domnus, et auus nofter Karolus Imperator ad praedictum monafterium tradiderat, perpetualiter in eorum ueftituram reuertentes poffideant. Sed pro integra firmitate ac fecu-

§. XVI. ritatis ſtudio placuit nobis ob diuinum amorem has litteras noſtrae auctoritatis circa ipſum Monaſterium fieri, per quas decernimus, ut poſt deceſſum noſtrum nullus filius noſter, neque ſucceſſores noſtri iam ulterius in praeſcriptis rebus S. Emmerammi, quas per beneficium a Rectoribus praedicti Monaſterii habuimus, nullam poteſtatem habeant iniuſte inuadendi, neque in quoquam dominare, ſed in futurum cum omni integritate in poteſtate ac dominatione iam dicti Monaſterii absque alicuius contrarietate aut impedimento pleniter reuertantur.

15. capellam Stiftinc. IBIDEM p. 22 eidem monaſterio largitur capellam Stiftinc: nos ob diuinum amorem et reuerentiam omnium ſanctorum conceſſimus ad proprium ad Monaſterium S. Emmerammi, ubi ipſe praeclariſſimus martyr Chriſti in corpore requieſcit, quasdam res proprietatis noſtrae, quae ſunt in Comitatu Rumoldi, in uilla, quae nuncupatur Sundargaue, hoc eſt: Capellam unam, quam habuit quidam Monachus ex Monaſterio S. Emmerammi, nomine Stiftinc, et de terra hobam unam, quae pertinet ad eandem capellam, quam acquiſiuit inter homines noſtros cenſales, totum et integrum ad iam dictum ſanctum locum per hanc auctoritatem ad proprium conceſſimus, et de noſtro iure in ius et dominationem eiusdem Monaſterii munere liberalitatis noſtrae contulimus, atque in perpetuum confirmauimus. Hos apices Serenitatis noſtrae circa ipſum monaſterium fieri decreuimus, per quos decernimus atque ſancimus, ut praefata capella et huba una de terra, ſicut ſupra diximus, ab hodierna die et tempore cum omni integritate et absque alicuius contrarietate aut impedimento ad idem Monaſterium perſiſtat.

16. medium fiſcum Tullina. IBIDEM p. 23 dimidiam partem fiſci, qui uocatur Tullina, confert in monaſterium S. Emmerammi: nos cuidam ex primatibus noſtris, nomine Radpotto medietatem unius fiſci, qui uocatur Tullina, ſitus in regione Pannonia, cum omnibus appendiciis eius, uidelicet, qui ad ipſum fiſcum pertinent, tam mancipiis, quam uineis, terris, paſcuis, et caetera, quae dici aut nominari poſſunt, in proprium contulimus, ea ratione, ſi fidem ſuam erga nos inuiolatam ſeruaſſet. Sed quia ipſe a nobis totis uiribus ſe alienauit, et fidem atque iusiurandum omni infidelitate fraudauit, placuit Serenitati noſtrae eandem medietatem memorati fiſci ad noſtram dominationem recipere, atque pro abſolutione diuinae recordationis anteceſſorum noſtrorum Auguſtiſſimorum ſc. Imperatorum et pro remedio animae noſtrae, et corporis ſaluatione ad S. Emmerammum contradere,

tradere, atque confirmare, quod ita per hanc nostram auctoritatem §. XVI. nos fecisse, omnium fidelium nostrorum magnitudo cognoscat, ea ratione; ut ipsa medietas ipsius fisci ad mensam Monachorum, ibi Domino famulantium, ibi iugiter deseruiat, et nullus Episcopus aut quislibet Praelatus easdem res in beneficium alicui dare siue ad opus suum recipere praesumat, sed solummodo ad opus ipsorum deseruiant, et tamdiu eandem medietatem praenominati fisci * (Rabotonem)* inferiorem nostrum habere liceat, quo usque nos in alterum locum ex aliis rebus illum adiuuare possimus. Atque tunc eodem momento temporis memorati Monachi praefatam medietatem fisci cum omnibus suis consistentibus recipiant, teneant, atque possideant, et quidquid exinde pro utilitate sua facere uoluerint, liberam et firmissimam in omnibus habeant potestatem Christo propitio faciendi. Nec monasterio Altahensi regis deerat munificentia. Testes sunt tabulae aliquot apud HVNDIVM c. l. p. 8 sq. obuiae: petente ac suggerente Gosbaldo uenerabili Abbati et fideli nostro, inquit Rex, complacuit nobis propter suum deuotissimum erga nostrae mansuetudinis obsequium, quasdam res proprietatis nostrae, quae sunt in uilla, quae uocatur Ingolstat, et quas praefatus uir hactenus in beneficium habuit, ei deinceps ad proprium per nostrae largitionis munificentiam concedere. Id sunt ecclesiae duae, curtis dominicata, cum caeteris aedificiis desuper positis, de terra arabili iornales centum triginta, de pratis ubi possunt colligi de faeno carradae quadringentae. Mancipia infra curtem inter pueros et foeminas genecias, numero uiginti duo. Mansi seruiles uestiti ad eandem curtem aspicientes uiginti duo. Sint mansorum duodecim. Vnde etiam pro firmitatis ac maioris securitatis studio praesentem auctoritatem largitionis nostrae fieri iussimus, per quam memorato Abbati rem superius nominatam cum suis pertinentiis, campis scilicet, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, molendinis, mobilibus atque immobilibus, seruis quoque uel ancillis, et quicquid ad eandem curtem iuste et legaliter pertinere dinoscitur, et nostri iuris atque potestatis iure proprietatis est, totum et ad integrum, quod ille sicut praefati fuimus, in beneficium habuit, largimur, de potestate nostra in eius transfundimus dominationem iure proprietario ad habendum, ita ut ab hodierna die nulla persona nostris uel successorum nostrorum temporibus, aliquam ex his praesumat ei afferre inquietudinem, sed per hoc

* recentiori manu additum.

* Cod. inferiorem. Cod. Vdalrici Babenberg. Ministerialem.

17. Monasterio Altahensi res proprietatis in uilla Ingolstat, beneficii nexu soluto,

§. XVI. hoc noſtrae donationis praeceptum hoc eum quiete tenere liceat. Et inde quicquid elegerit, uel facere uoluerit, liberam in Dei nomine in omnibus habeat faciendi poteſtatem.

18. item res proprietatis

Ad idem monaſterium ſpectat etiam charta regia p. 11: nos ob petitionem Eginulfi fidelis noſtri quasdam res proprietatis noſtrae, quas quondam Reginbertus et Reginolf pater ſuus ſeruus noſter poſſidens incolebat, ad Monaſterium, quod uocatur Altaha, cui Otgarius Abbas et rector praeeſſe conſtituitur, ad proprium dedimus, datumque in perpetuum manſurum eſſe uolumus. Quicquid Reginbertus praedictus, et Reginolf pater ſuus ſeruus noſter de noſtro iure habere uiſus fuit. Sunt autem ipſae res in coniacentibus terminis prope monaſterium

in pago Quinzingouue

Altaha in pago Quinzingöuue ſitum, in territorio, quod eſt inter Svveinaha et Monaſterium Altaha contiguum. Sed pro integra firmitate petiit praefatus Otgarius noſtrae auctoritatis praeceptum ſuper hac re ſibi conſcribi, cuius petitioni libenter annuimus, et hoc praeceptum noſtrae donationis ſcribere iuſſimus, per quod praecipientes imperamus, ut res ſuperius comprehenſae, iure firmiſſimo in poteſtate eiusdem Otgarii ſucceſſorumque ipſius perpetualiter ſine ulla contradictione inconuulſae permaneant. Et quicquid inde elegerit faciendum, plenariam deinceps et liberam faciendi poteſtatem habeat.

19. Monaſterio Lunaelacenſi

Monaſterium Lunaelacenſe a rege ditionem Aberſee dono accepit, quod ex charta in Chronico Lunaelacenſi, pag. 70 exhibita, elucet; ſed quia tabulae iſtae a conſueto ſtilo curiae Ludouicianae nonnihil recedunt, de iis §. XXXX diſpiciemus. Res ipſa extra dubitationem poſita uidetur, teſte notitia quadam cit. l. p. 72 occurrente: In hac notitia continetur, qualiter Lantpertus Abbas Hludouuicum pium Regem poſtulauit intercedentibus Ernoſto et Adalberto, ut ad Monaſterium Sancti Michahelis, quod eſt conſtitutum ad Maninſeo, in elemoſinam ſuam perdonaret quendam lacum, nomine

lacum Aparineſſeo cum omni foreſte.

Aparineſſeo cum omni foreſte circumiacente ad utilitatem ſeruorum Dei, qui in eodem Monaſterio Domino ſeruire ſtudent. Rex uero ob memoriam animae fecit ita, et donauit ad S. Michahelem ſupra dictum lacum et foreſtem, ut nullus de die illa et deinceps aliquam contrarietatem in his rebus facere auderet, deditque Miſſum ſuum, qui inde ſupra nominatum Abbatem et ſeruos Dei ueſtiret. Tunc et ille Miſſus juſſionem Dominicam implens ueſtituram peregit. In occidente a riuo nominato Zinchinpah, ubi ipſe in Aparineſſeo decurrit,

currit, et ab Oriente in eo loco, ubi Tinnilipah in eundem lacum influit, usque ad eum locum, ubi Isicula in Trunam cadit, ut absque ullius contradictione illuc constaret. Et ex alia parte terminum haberet usque ad Wizinpah, ubi et ipse in Atarseo uadit, et ad alium Wizinpah, usque dum ipse in Trunam decurrit; ita uidelicet, ut nemo alienus in hoc lacu piscari auderet, neque in supra dictis locis uenationem exercere, sed pleniter ad supra dictum Archangelum constaret. Haec donatio facta est ad Rantesdorff anno Domini DCCCXXIX. Hoc ipsum documentum deprehendimus etiam apud PEZIVM c. l. p. 205. Monasterium Sanctimonialium Tigurinum rex noster insignibus liberalitatis documentis ornat. Tabulas iam ediderat MAGERVS de Aduocatia armata cap. V, p. 155; sed CONRINGIVS in censura diplomatis etc. p. 360 illas ab illustris Tigurinae reipublicae ministro ex autographo descriptas et sigillo publico urbis munitas se accepisse commemorat; quare fidem illius hic inprimis sequimur. Ita uero habent uerba: nos pro Serenissimi Imperatoris aui nostri Karoli et praestantissimi Hludovvici Augusti domni ac genitoris nostri nec non et nostra sempiterna remuneratione ac pro coniugis prolisque nostrae charissimae perpetua mercede curtim nostram turegum in ducatu alamannico in pago durgaugense cum omnibus adiacentiis uel aspicientiis eius seu in diuersis functionibus. Id est, pagellum uroniae, cum ecclesiis domibus ceterisque aedificiis desuper positis mancipiis utriusque sexus et aetatis terris cultis et incultis, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, adiacentiis, peruiis, exitibus et regressibus, quaesitis et inquirendis, cum uniuersis censibus et diuersis redibitionibus. Insuper etiam forestem nostrum albis nomine, et quicquid in eisdem locis nostri iuris atque possessionis iure proprietatis est, et ad nostrum opus instanti tempore pertinere uidetur, totum et integrum ad monasterium nostrum tradimus quod situm est in eodem uico turegum, ubi sanctus felix et regula martyres Christi corpore quiescunt, quod nobis uidelicet eo rationis tenore complacuit agendum, ut deinceps inposterum ibidem omni tempore sanctimonialium feminarum sub regulari norma degentium uita conseruatio (conuersatio) que monasterialis monastico cultu instituta caelebretur, et libentius propter huius loci supplementum a nobis iam praedictis martyribus dediti dei famulatus illic exhibeatur, ac pro nostra debitorumque nostrorum omnium

§. XVI.

20. Monasterio Thuricensi

curtem Turegum.

pagellum Vroniae.

forestem Albem.

 merce-

§. XVI. mercedis augmento diligentius ac uberius domini misericordia exoretur. Volumus etiam ut fidelium nostrorum nouerit beneuolentia, quod paterna pietate commoniti supradictum monasterium cum omni integritate una cum nostra traditione in locis praefatis dilectissimae filiae nostrae hildegardae in proprietatem concessimus, ut quantum domino permittente ualeat, familiam in eodem monasterio domino militante suoque dominatui subiectam disciplinis regularibus et obseruantiae monasterialis institutione corrigat et nutriat, locaque ipsa sibimet concessa quantum uires suppeditent profectibus et emendationibus augmentando proueh at ac emendet. Aliud diploma Thuricense ex autographo diuulgat CONRING. c. l. p. 367, ex quo iterum Ludouici in hoc monasterium munificentia intelligi potest: nos iuxta postulationem dilectissimae filiae nostrae hildagardae pro serenissimi Imperatoris aui nostri Caroli animae remedio, et praestantissimi Hludouuici augusti domni et genitoris nostri, nec non et nostra sempiterna remuneratione ac coniugis prolisque nostrae perpetua mercede, curtim nostram quae uocatur chama consistens in ducatu alamannico in pago turgaugensi cum omnibus adiacentiis uel appendiciis eius seu in diuersis functionibus. Id est curtem indominicatam cum ecclesiis domibus ceterisque aedificiis desuper positis mancipiis utriusque sexus et aetatis terrisque cultis et incultis siluis pratis pascuis aquis piscationibus uel piscatoribus aquarumue decursibus uel adiacentiis peruiis exitibus et egressibus quaesitis et inquirendis cum uniuersis censibus qui ad ipsam curtem pertinent et diuersis redhibitionibus uel quicquid in eisdem locis nostri iuris atque possessionis iure proprietatis est et ad nostrum opus instanti tempore pertinere uidetur, totum et integrum ad monasterium nostrum tradimus, quod situm est in uico nostro turegum ubi sanctus felix et sancta regula martyres Christi corpore quiescunt, quod uidelicet rationis tenore placuit nobis hoc agendum, ut ab hac die et deinceps inposterum ibidem omni tempore sanctimonialium feminarum sub regulari forma degentium uita conuersatioque monasterialis monachico cultu instituere delectetur et libentius propter huius loci supplementum a nobis iam praedictis martiribus dedita dei famulatus illic exhibeatur ac pro nostrae debitorumque nostrorum omnium mercedis augmento diligentius domini misericordia uberiusque exoretur. Monasterium Laureshamense etiam regia dona acceperat, quae praecepto roborata

21. quibus in alia charta additur Chama, curtis.

22. Monasterio Lauresham. res proprietatis

rata fuerunt in FREHERI comment. de Lupoduno p. 26: nos ob §. XVI.
noſtrae mercedis augmentum, et pro remedio animae Domini aui
et genitoris noſtri, conceſſimus quasdam res proprietatis noſtrae ad
monaſterium Laureſham, quod eſt conſtructum in honore beatorum
Apoſtolorum Petri et Pauli, ubi etiam requieſcit corpore S. Nazarius,
hoc eſt in pago Renenſe ad Seneim et Bicchumbach, cum omnibus in pago
ibidem adiacentiis uel pertinentibus, in mancipiis terris uineis pratis Renenſe
paſcuis ſyluis aquis aquarumue decurſibus exitibus et regreſſibus, mobilibus,
quaeſitum et ad inquirendum, totum et ad integrum ex iure
et dominatione noſtra in ius et dominationem praefati ſancti loci tradimus
atque transfundimus, ea uidelicet ratione, ut ab hodierna die
et deinceps, per hoc noſtrae auctoritatis praeceptum, plenius in Dei
nomine confirmatum in uſus fratrum Domino ibidem famulantium
perpetualiter permaneant absque alicuius contradicentis obſtaculo.
Quod ſi nunc Nos easdem res cum conſenſu et uoluntate dilecti filii
noſtri Karoli ſtatim commutare poſſumus, hoc omnino deſideramus.
Si autem hoc eſſe nequiuerit, tunc firmiter praecipimus atque iubemus,
ut poſt obitum noſtrum perpetualiter ibi permaneant absque 23.
alicuius moleſtia uel inquietudine. Monaſterium Rhinaugienſe Monaſterio
Ludouici noſtri munificentiae teſtimonium perhibet, edita charta in Rhinaugienſi
SAMMARTHAN. Gallia Chriſtiana Tom. V inter inſtrumenta pag.
509 num. 2: nos ob noſtrae mercedis augmentum, ait Rex, et pro
remedio anime domini aui ac genitoris noſtri, nec non pro ſalute dilectae
coniugis noſtrae ac cariſſima prole conceſſimus quasdam res res proprietatis
proprietatis noſtrae ad monaſterium, quod uocatur Rinhouua, id eſt
illam proprietatem, quam Vdilloz habuit in locis ſubnotatis, Gahtelinga,
Sibelinga, Houeſtat, Hideſtat, Altunburg-Palba, Svvabovva,
Raffa, Woluenefriuti, Wilechinga, Haſelaha, Arcinga, Wizvvila,
Loucheringa cum eccleſiis cunctisque eccleſiaſticis rebus et mancipiis
utriusque ſexus, curtilibus, aedificiis, terris cultis, et incultis,
pratis, paſcuis, ſiluis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis,
piſcationibus, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, quaeſitis et inquirendis,
omnibusque ad eadem loca iure legitimeque pertinentibus, ut
perpetualiter permaneat ad monaſterium praeſcriptum Rinhovva,
ubi nunc Woluine abbas eſſe dinoſcitur, quod uolumus ut ſit ſecuriter
diebus uitae ſuae per hoc noſtrae auctoritatis praeceptum. Inſuper
etiam de loco Louſa in omni quoque tempore tertia poſt bi- et piſcationem.

 duum

§. XVII. duum die uel nocte usque Svvabovva; ab eodem autem omni tempore in utraque Reni parte usque ad locum, qua Shura influit, fine ullius contradictione piscandi potestatem concedimus. Nec minus habet monasterium Glanderiense, quod regis liberalitatem celebret ob chartam donationis ab eodem impetratam in MABILLONII annal. Benedict. Tom. III append. pag. 679, ubi ita legimus: fratres ex coenobio Sancti Martini, nec non et beati Vndonis confessoris Christi, nostram adeuntes clementiam reclamando, quod substantia uictus illorum minus deerant necessaria innotuerunt, unde precantes nostram mansuetudinem, ut pro amore Dei, et reuerentia Sanctorum inibi Deo quiescentium, nostra largitas ex rebus eiusdem ecclesiae aliquid restitueremus, et restituta in augmentum salubre uictus et uestitus pro remedio genitoris nostri, nostraeque coniugis, seu sobolorum nostrorum deinceps ad emolimentum proficerent. Quorum petitionibus aures misericordiae nostrae libenter acquiescentes, quia ecclesia ipsa in manibus nostris habebatur per consensum ac consultum Bertulfi Treuirensis uenerabilis archiepiscopi ceterorumque nostrorum, ad eorundem fratrum usum concessimus, ac praecepto nostrae authoritatis constituimus, id est uillam Grinstat in Warmacense cum omni integritate, eo scilicet rationis tenore, ut deinceps nostris futurisque temporibus potestatem habeant ipsi monachi ordinandi legitimo duntaxat iure de suis usibus quidquid rationabiliter elegerint uel uoluerint; et nulla regia uel episcopalis unquam potestas hoc nostrae authoritatis praeceptum infringere, uel uiolare audeat, sed ut superius dictum est, pro mercedis nostrae augmento ac genitoris nostri sobolorumque attentius Domini implorent misericordiam.

24. Monasterio Glanderiensi

uillam Grinstat.

§. XVII.

Permutationes monasteriorum.

Regis cura, qua monasteria eorumque patrimonia prosequebatur, eo etiam pertinebat, ne quid detrimenti permutando caperent religiosa delubra. Exemplorum copia suppetit, ex quibus abunde patet, regem non solum ipsum permutationes cum coenobiis iniisse, sed et cum aliis initas confirmasse. Inter traditiones Fuldenses SCHANNATI num. CCCCLXX hanc commutationem deprehendimus, quae non ad regiae, sed ad priuatae chartae similitudinem accedit:

§. XVII. Rex cum rebus monast. Fuld. permutat

cedit: In Christi nomine. Ego Hatto humilis Abba ex monasterio Sancti Bonefacii, ubi ipse praeclarissimus Martyr corpore requiescit humatus, tradidi de rebus Sancti Bonifacii, una cum consensu et conhibentia monachorum, in eodem monasterio degentium, domno Hludouuico serenissimo Regi, secundum suam Licentiam in tribus uillulis, quae nuncupantur Zutilinga, et Vuillihereshus, et Thuna omnia et ex omnibus, quicquid in praescriptis uillis, et marchis, ad eas pertinentibus, uel aspicientibus, ad praefatum monasterium tenere uisus fui, praeter unum Curtilem, et in Mechitamulinero-marcha de terra Curtilem unum, id est, mansis, domibus, aedificiis, desuper positis, mancipiis utriusque sexus et aetatis, terris cultis et incultis, campis, siluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, molendinis, adiacentiis, uiis, exitibus et regressibus, quaesitum et ad inquirendum, totum et integrum, Domno Hludovvico Glorioso Regi, ad suum proprium perpetualiter tenendum tradidi, atque legaliter corroboraui, ea uidelicet ratione, quia ipse pyssimus Dominus Rex, in reconpensatione earundem rerum tradidit de rebus suis propriis, per suum mansuetudinis praeceptum ad Sanctum Bonifacium in futurum firmiter tenendum, quae sunt in Bochonia, quas Harduvigus Vasallus ipsius Principis, prius per suum Beneficium habuit in Eitrungfeldono-marcha, omnia et ex omnibus quicquid illuc est, totum et integrum, ad iam dictum Sanctum Locum concessit atque confirmauit ✝ Signum Hattoni Abbatis, qui hanc Traditionem fieri et adfirmari rogauit ✝ Signum Bernochi presbiteri ✝ Signum Hunrati presbiteri ✝ Signum Theotmari presbiteri ✝ Signum Leobsuni presbiteri ✝ Signum Megingozi presbiteri ✝ Signum Hruodolfi presbiteri ✝ Signum Hattoni presbiteri ✝ Signum Engilberti presbiteri ✝ Signum Marchovvardi presbiteri ✝ Signum Hruotgarii presbiteri ✝ Signum Hruotberti presbiteri ✝ Signum Gerolfi presb. ✝ Sig. Engilhelmi Diaconi ✝ Sig. Theotoni Diac. ✝ Sig. Ortolti Diac. ✝ Sig. Reginharti Diac. ✝ Sig. Engilharti Diac. ✝ Sig. Hruotleichi Diac. ✝ Sig. Hermanni Diac. ✝ Signum Manovualdi Diac. ✝ Helmogozi Diac. ✝ Signum Vuolfleoz Diac. ✝ Baldhard Diac. ✝ Signum Sibigelti Diac. Actum Franconofurt Palatio Regio sub die XV Kal. aug. Anno Christo propitio XIII Regni Domni Hludouuici gloriosissimi Regis in Orientali Francia. Indict. VIIII in Dei Nomine feliciter amen. Ego Hermannus

res proprias in Bochonia.

§. XVII. 2. confirmat permutationem Hattonis Abbatis Fuld. et Hessi comitis.

mannus Diaconus, per iussionem Hattoni Abbatis scripsi et subscripsi. IBID. num. CCCCLXVIIII rex roborat permutationem pro commodis Fuldensium auctore Abbate susceptam: Vir Venerabilis Hatto, Abbas ex monasterio Sancti Bonifacii, ubi preclarissimus Martyr corpore requiescit humatus, nec non et quidam uir inluster Comis Hessi, atque Fideles nostri, dixerunt nobis, eo quod pro ambarum partium oportunitate de quibusdam rebus et mancipiis nuperrimam Commutationem fecissent: dedit igitur memoratus Abbas, ex ratione monasterii sui eidem Hessi Comiti ad partem regis tenendum in duabus uillis Bleihueld, et Gruonbah nuncupatis atque terminis earum Hobas uiginti quatuor, et mancipia quadraginta his nominibus. Gozmar. Geruvart. Reginhilt. Perahthilt. Hruoding. Heito. Mahfrid. Otleib. Heidolf. Reginvuar. Sandolf. Gundhart. Hadelung. Albun. Adalmar. Reginolf. Theotsuvind. Odalbirg. Gerleib. Leobman. Theotleib. Hruodrih. Suuarlind. Pliddrud. Vuillibirg. Reginvvar. Vuolbirin. Gundleih. Bernnuvig. Vualtrud. Hadubraht. Sigiburg. Leobman. Otrat. Theotmunt. Vuerinheri. Liobun. Gozmar. Gisalof. Vuolfrat. et e contra in Conpensatione huius rei, dedit praefatus Hessi Comis eidem Abbati ad partem monasterii sui in futurum tenendum de rebus Beneficii sui, quod proprietas Regis erat in duabus uillis quae uocantur Quirnaha, et Espinaveld, et in terminis earum Hobas uiginti quattuor, et mancipia quadraginta quorum haec sunt nomina. Hato. Albrih. Zeizhilt. Adalger. Sigivvart. Othilt. Vuallo. Vuerinburg. Regindrud. Engilburg. Vuerinbraht. Heririh. Rantolf. Helmunas. Otrih. Gozuvin. Heriolt. Zeizhilt. Luitger. Sigiflat. Regindrud. Herileih. Viugbraht. Herisuind. Perahtilt. Vuieltrud. Vuillimunt. Meginolt. Eoliud. Oto. Ratsuvint. Rihbraht. Vuinit. Gotescalc. Heribraht. Peratgund. Vuarolf. Bernhart. Cunibraht. Frumiheri. unde et duas commutationes pari tenore conscriptas manibusque bonorum hominum roboratas ad relegendum nobis ostenderunt, sed pro integra firmitate ac securitatis studio petierunt Celsitudinem nostram ut easdem commutationes, per nostrum mansuetudinis praeceptum confirmare deberemus, quorum petitionem denegare noluimus, sed sicut unicuique Fidelium nostrorum iuste petentium; ita nos illis concessisse atque in omnibus confirmasse, omnium Fidelium nostrorum cognoscat Magnitudo praecipientes ergo iubemus, ut quicquid Pars iuste et rationabiliter alteri

contu-

contulit parti, per hanc deinceps nostram auctoritatem iure firmissimo teneat atque possideat; ea uidelicet ratione ut res quas Hatto Abbas dedit, in nostra dominatione in futurum permaneant et res quas Hessi Comes dedit memorato Abbati, ad suum monasterium consistant etc. IBIDEM num. CCCCLXXVI alia commutatio rege consentiente ac praesente peragebatur, his formulis concepta: Iustum est, ut ratum et stabile permaneat quod bona fide contractum est, et firma possessione teneatur, quod Pars Parti legitima Donatione contulerit: Placuit igitur, atque conuenit inter Venerabilem uirum Hattonem, Abbatem Fuldensis monasterii, ubi sanctus Martyr Bonifacius quiescit, et illustrem uirum Sigihardum Comitem, ut pro communi compendio quasdam possessiones rerum suarum inter se iure concambii commutarent, quod et ita fecerunt non tam commutandarum rerum utilitate prouocati, quam praeteritorum Beneficiorum, quae inter se saepe mutuo contulerant, recordatione illecti; prius namque Sigehardus Comes, ab Hattone Abbate postulatus, Beneficium suum apud Hengesfelt, quod ad spatium uitae suae, si uellet, habere potuisset, non solum consensit, sed etiam Regi Ludevvico persuasit, ut illud Partibus Sancti Bonifatii, quia Bonis Fuldensis monasterii contiguum erat, Regio munere conferret: propterea Sigihardum Comitem promptiorem effecit, ut de rebus suis Bona quaeque et in Locis conuenientia Abbati donaret et Fratribus, dedit igitur Vir clarissimus Sigihardus Comes, Viro Venerabili Hattoni Abbati, et Fratribus praefati Monasterii in Pago Vuingarteiba, quicquid proprietatis habuit in duabus uillis, id est in Liubegheim et Mensingenheim cum terminis et omnibus adiacentiis suis ad se iuste et legaliter pertinentibus, una cum Mancipiis, terris, domibus, campis, Siluis, Pratis, Pascuis, aquis, aquarum decursibus, mobilibus et immobilibus, et quicquid eo tempore in ipsis locis, proprietatis habuit: e contrario autem in Recompensatione illa, dedit praefatus Abbas Hatto, cum consilio Fratrum suorum, de rebus Sancti Bonifatii, praedicto Sigihardo Comiti, sicut postulauit, in Pago Chochingovve, in duabus uillis, id est, in Rotaha et in Vuestheim, et in Mulahgovue in uilla uocabulo Alahdorp, quicquid in eis et in omnibus adiacentiis earum, proprietatis habuit Ecclesia Fuldensis, in edificiis, in Mancipiis, Terris, Siluis, Pratis, Pascuis, aquis, piscationibus, et omnibus utilitatibus totum et integrum sicut eatenus idem Sigihar-

§. XVII.

5. eiusdem Abbatis et Sigihardi comitis.

§. XVII. Sigihardus Comes easdem res in Beneficio praefati Abbatis habuit, et per manum aduocati sui Gundalahi tradidit ei Proprietatis iure perpetuo possidendum: et ob hoc duas Cartas ambobus conscriptas, propter stabilem commutationis firmitatem inter se facere decreuerunt, ut uterque quod ab altero accepit, habeat, teneat, atque possideat, suisque posteris iure perpetuo possidendum relinquat, et quicquid inde facere uoluerit libero atque firmissimo perfruatur arbitrio. Actum publice in monasterio Fulda Anno XV Regni Ludouici Gloriosissimi Regis V die mensis Ianuarii coram ipso Rege, et cunctis Principibus presentibusque idoneis Testibus ✝ Signum Hattonis Abbatis ✝ Signum Gerharti Comitis ✝ Signum Sigifridi Comitis ✝ Signum Gundalaha aduocati.

4. Sigismari Abbatis Maurobac. et Hagilonis.

Rex denique commutationem bonorum in Honoltesuillare atque Hassinga uillis, a Sigismaro, Abbate Maurobacensi et Hagilone quodam susceptam diplomate quodam a. 842 confirmauit, cuius mentionem facit SCHOEPFLIN. in Alsatia illustrata t. I p. 692.

5. Facultatem libere permutandi indulget Rex Corbeiensibus.

SCHATEN. P. I p. 131 priuilegium regium libere permutandi Corbeiensibus indultum exhibet, generatim his uerbis conceptum: „illud uero inserere hoc praecepto nostrae placuit regiae auctoritati, ut licentiam habeant Rectores et ministri eiusdem monasterii, cum quibuslibet hominibus liberis res et mancipia legaliter commutare, uidelicet ut quidquid pars iuste, et rationabiliter alteri contulerit parti, deinceps per hanc nostram auctoritatem iure firmissimo teneant atque possideant, et quidquid exinde facere uoluerint, libero in Dei nomine perfruantur arbitrio faciendi quidquid elegerint.„

6. Rex ipse permutat cum Baturico ep. Ratisb. et rectore mon. S. Emmerami.

Rex ipse bona quaedam permutauit cum Baturico episcopo et rectore monasterii S. Emmerami in PEZII thesauro anecdot. T. I P. III p. 19: nos unacum Baturico uenerabili Ep. summoque Capellano nostro pro ambarum partium opportunitate de quibusdam rebus et mancipiis nuperrimam commutationem fecimus. Res uero, quas nos Baturico, almifico Episcopo ad partem S. Emmerammi, martyris Christi, ubi idem Praesul modernis temporibus Rector esse uidetur, perpetualiter ad proprium tenendum tradidimus, sunt in pago Chelasgue, in uillis nuncupantibus Fandoluesshusun, et Guntereshusun, atque Mandechingon, quidquid Engilmonus et Handeoh per nostrum beneficium habuerunt, id est: ecclesiam unam et casis, domibus, caeterisque aedificiis desuper positis, mancipiis utriusque sexus,

ſexus, et aetatis, terris, ſiluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, molendinis, adiacentiis, peruiis, exitibus et regreſſibus, quaeſitum, et ad inquirendum, uel quantumcunque praefati homines Engilmonus uidelicet, et Iſandeoh in praeſcriptis uillis prius per noſtrum beneficium tenuerunt, et noſtri iuris, atque poſſeſſionis iure proprietatis eſt, totum et integrum Sancto Emmerammo, martyri Chriſti, ad proprium conceſſimus, et de noſtro iure in ius et dominationem ipſius Monaſterii, liberalitatis noſtrae munere contulimus. Et econtra in conpenſatione harum rerum dedit nobis memoratus Baturicus Epiſcopus ex ratione Monaſterii ſui, Sancti Emmerammi una cum conſenſu et conhibentia Monachorum, in eodem Monaſterio degentium, ad noſtrum proprium poſſidendum quasdam res, pertinentes ad ipſum Monaſterium, quae ſunt in pago Huoſi in uilla nuncupante Solzimos, quicquid ille ibidem habere uidebatur, id eſt, eccleſia una, et caſis, domibus, caeterisque aedificiis deſuper poſitis, mancipiis utriusque ſexus et aetatis, terris, ſiluis, campis, pratis, aquis, aquarumue decurſibus, molendinis, adiacentiis, peruiis, exitibus, et regreſſibus, quaeſitum, et ad inquirendum, uel quantumcunque memoratus Baturicus Ep. in eadem uilla habere uidebatur, totum et ad integrum in poteſtate, ac dominatione noſtra tenendum in futurum legaliter tradidit, atque delegauit. Sed pro integra firmitate ac ſecuritatis ſtudio placuit Serenitati noſtrae easdem commutationes per noſtrum manſuetudinis praeceptum pleniter confirmare. Propterea has litteras noſtras fieri iuſſimus, per quas decernimus, atque iubemus, ut quidquid nos ad iam dictum locum tradidimus, perpetualiter permaneat poſſidendum, atque Rectores et miniſtri eiusdem Monaſterii, quicquid exinde ab hodierno die et tempore facere, ordinare, atque diſponere uoluerint, libero in Dei nomine perfruantur arbitrio faciendi, quicquid elegerint; et illas res, quas praefatus Praeſul nobis tradidit, ſicut ſuperius diximus, in futurum in poteſtate noſtra usque permaneant. IBID. pag. 199 alia Charta permutationis regiae, duos clericos reſpicientis, exhibetur: „In nomine Sanctae et unicae Trinitatis. Cunctorum liquefiat induſtriae fidelium, quorumcunque obtutibus haec Kartula intuenda porrigatur: qualiter piiſſimus Rex Hludouuicus, Pater uidelicet Karlomanni, quendam Clericum, nomine Gundpertum, de Eccleſia Sancti Petri Apoſtoli cum ſuo quolibet clerico commutauit. Largiente

§. XVII.

7. item permutando accipit clericum Gundbertum.

M

§. XVII. giente igitur clementia sua praedictum Gundbertum sibi accepit, ut eum ob remedium animae suae liberum, atque ab opere seruili securum praecepto auctoritatis suae efficeret: quod etenim misericorditer ita peregit. E contra autem donauit Clericum suum, nomine Elefantem in manum sanctae Dei Ecclesiae paulo ante nominatae, ac uenerabilis Episcopi Ambrichonis. Porro eidem Gundperto, quia utilior et maioris ingenii fuit scribendi, nec non et legendi, addidit Rex prudentissimus, quae subsequenter referam. Nam donatione sua donauit in manum praedictae sanctae Dei Ecclesiae, eiusdemque prouisoris noualia, quae sunt contra Monasterium ad Vuerida, et contra nemus medium, quod ibidem obuium extat. Omne uero, quod nouiter in eodem loco agrorum uel pratorum extirpatum est, ex integro illuc transfudit, ac eidem adiacentia in parte Orientali postea in commutationem allaxauit. Illo autem in tempore Vuito Ministerialis Regis fuit, princeps super omnes forestes. Subiectus quoque eius, nomine Wichad haec ad perficienda et inuestienda dirigebatur.

8. Roborat commutationem Baturici ep. Ratisb. et rectoris mon. S. Emmer. et uiri illustr. Maurentii.

Commutationes etiam alias, quas monasterium hoc S. Emmerami inierat, rex roborauit. Sic cit. loc. pag. 7 Baturicus Episcopus Ratisbonensis ut rector dicti monasterii cum uiro quodam illustri Maurentio terras quasdam permutat. IBID. pag 14 Ludouicus permutationem approbat, quam coniux illius Hemma cum Baturico episcopo Ratisbon. hac lege iniit, ut ea acciperet monasterium superius, Obern Munster, Ratisponae; monasterio

9. eiusd. Baturici et Hemmae, reginae.

Manseensi episcopo tradito: *Dedimus itaque praefatae Karissimae coniugi nostrae Monasterium in Regenesburc, quod dicitur Oberunmunestri cum consensu Batrici praefati episcopi. Et e contra dedimus atque tradidimus praefatum monasterium Manenseo ad S. Petrum, principem Christi apostolum et ad S. Emmerammum martyrem Christi, -- iubemus, ut ab hodierna die et deinceps memoratus episcopus per honorem b. Petri Apostoli et S. Emmerammi martyris Christi idem monasterium cum omnibus rebus ad hoc pertinentibus et omnes successores eiusdem episcopi absque aliqua contradictione filiorum nostrorum omniumque in posterum successorum nostrorum firmiter habeant* etc.

10. eiusdem Baturici et Erchanberti,

Totam chartam dedimus in Commentario de re diplomat. Imperatricum §. LXXII. Apud eumdem PEZIUM cit. loc. p. 248 iterum Baturicus cum homine quodam Erchanperto nutu regis commutationem suscepit pariter ac pag. 252 cum illustri

uiro

§. XVII.

uiro Vcciando. Nec Erchanfrido communtanti auctoritatem suam rex subtrahebat. Exemplum extat cit. loc. pag. 246, ubi dictus episcopus ex rationibus monasterii S. Emmerammi non nihil tradit Eparhoho, uiro nobili, ab eo hereditatem quandam recepturus. Eadem lege pag. 255 Suuidker quicquid Otram in beneficium habuit, accipit, ut aliam possessionem reddat. Singulari charta regia cit. loc. pag. 24 confirmatur negotium, quo Engilmarus diaconus proprietatem suam Ettinchoue monasterio Sanct. Emmerammi hoc pacto tradidit, ut beneficium, quod de rebus Sanct. Emmerammi haberet, inposterum possideret proprietatis iure: concessimus fieri, Rex ait, quandam traditionem inter Embrichonem uenerabilem Episcopum, et Engilmarum Diaconum. Tradidit namque Engilmarus suam proprietatem ad Ettinchouen in manum Episcopi, et aduocati eius Amalberti ad S. Emmerammum, quicquid ibidem habere uisus est, cum curtibus, aedificiis, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumue decursibus, molendinorum locis, mancipiis nihil extra dimittens, sed totum ad praedictum Sanctum Dei transfundens; et sibi complacitauit de rebus S. Emmerammi beneficium suum in proprietatem cum consensu Episcopi, et omnium fratrum ibidem commorantium in loco, qui dicitur Heribrantesdorf, et hobam Heimonis cum mancipiis usque ad finem uitae suae, et postea omnia meliorata ad S. Emmerammum constarent. Igitur nos super eandem complacitationem hoc nostrae auctoritatis praeceptum fieri iussimus, per quod decernimus, atque iubemus, ut, sicut superius comprehensum est, ita diebus uitae suae securiter habeat, beneficium sc. in proprium; post suum uero obitum ad praedictam potestatem S. Emmerammi reuertatur. IBID. p. 213 episcopus Ambricho noluit de rebus monasterii S. Emmerammi quicquam permutare, antequam regem rogasset. Charta digna ob alias quoque caussas, quae hic recitetur: Deo gratias, quod ualde utilis et nimium fructuosa olim inter homines inoleuerat consuetudo, et adhuc plerumque apud quosdam nobiles bene cauteque frequentatur, commutandi uidelicet quasdam res pro ambarum commoditate partium. Deinde complacuit fidelibus Episcopi Ambrichonis, ut illum instigarent; ut fecisset unam commutationem cum fidele suo Ogone, qui habuit bonas res, comparatas in proprietatem, bene pertinentes ad fiscos supra dicti Episcopi. Tunc Ogo confitebatur eo modo se fecisse, si bene restitueretur sibi. Et statim Episcopus consuluit

Vcciandi. 11. Erchanfridi ep. et rect. mon. S. Emer. et uiri nobilis Eparhohi, Suuidkeri. 12. Embrichonis episc. Ratisb. et Engilmari diaconi, beneficium suo proprietatis iure accipientis, 13. eiusdem Embrichonis et Ogonis. modus permutationis caute peracte

§. XVII. Monachos, atque Canonicos, si uoluntas illorum esset. Et illi dixerunt, quod bene esset, si antea misisset suos fideles, et inuestigaret, quae pars melior esset. Tunc iussit Episcopus Egilperto Praeposito, atque Auoni aduocato, et Vuolfhoho Clerico, et Deotfrido Vicario, ut perrexissent et inuestigarent, atque emensurarent subtiliter cum pertica. Placuit illis, et indicauerunt Episcopo eo modo, quo inuenerunt de proprietate Ogonis de terra arabili, et de silua iugera CLXXVIIII. Quod debuit Episcopus e contra dare, fuerunt iugera CXXXIII. Tunc dixit Episcopus, ut melius fuisset, si interrogasset Dominum suum Regem, quomodo sua uoluntas esset. Tunc dixit Rex eo modo fieri, sicut licentiam dedi, ut commutatio esset usque ad quinque hobas. Haec dictio a Rege dicta est in Idibus Iunii. Postea conuocauit domnus Episcopus Ambricho suos Monachos, atque Canonicos, et alios fideles suos, et fecerunt commutationem illam. Tradidit itaque supradictus Ogo ad S. Emmerammum in praesentia seruorum Dei et aduocati eiusdem Ecclesiae nomine Auonis in loco, qui dicitur Puohhusa casam cum curte, et de terra arabili iugera LXX et de silua iugera X et ad Punninchoua iugera X et de silua iugera XXXIX et ad Munolfinga casam cum curte iugera XXX et de silua iugera XX. E contra quoque Auo aduocatus praefati Episcopi tradidit iam dicto Ogoni de rebus S. Emmerammi, in loco, qui dicitur Matinga, casam cum curte, et de terra arabili iugera CXXXIII. Isti sunt, qui praesentes tunc aderant de Monachis: Egilperht, Faraman, Deotperht, Reginfrid, Adalgoz, et ceteri fere omnes. De Canonicis Sandrat, Ermanolt, Erchanperht, Vuolfhoh, Rodolt, Rihholf, etc. Postea Episcopus et sui fideles praeceperunt Auoni Aduocato, et Ogoni, ut perrexissent ad concilium Comitum ad Eitaraha, ibique testes tracti essent per aures. Hoc fuit in praesentia Chuniperti Comitis, et Cundopoldi Comitis et Rumoldi Comitis. Isti testes sunt ibi tracti: Reginhoh, Pazrih, Nidhart, Rodmunt, Liudhart, Eparhoh, Vuihmunt, Arhart, Perahthelm, Pern, Erchanpold, Rodmar, Erchanfrid, et caeteri. Similiter Rex firmam esse iussit commutationem aliquam cit. loc. pag. 249 inter Apollonium Abbatem, monasterii Bergensis, et Erchanfridum diaconum celebrata. Gotzbaldo Episcopi Herbipolensi et Abbati Altahensi generatim potestatem in commoda coenobii permutandi concessit Rex in HVNDII metropoli Salis-

gendae latae narrantur.

14. *Rex confirmat commutationem Apollonii Abb. Berg. et Erchanfridi diaconi;*

§. XVII.

Salisburgensi tom. II pag. 10: quia uir uenerabilis Gotzbaldus Wirzburgensis Episcopus nec non et rector monasterii, cui uocabulum est Althaha, nostram adiit celsitudinem, deprecans, ut sibi nostrae munificentiae praeceptum fieri iuberemus, ut ubicunque inuenire posset aliquas res et mancipia, quae a nobilibus hominibus aptius et congruentius suo monasterio commutare ualeret, nostrae benignitatis auctoritate sibi successoribusque suis et aduocatis eorum licentia commutandi tribueretur. Et contra quae a parte illius monasterii dantur his, qui cum eis commutare uoluerint, ratam et stabilem perpetuo commutationem fieri, hac auctoritate nostra decerneremus. Cuius petitioni, quia iuste et rationabiliter inde nostram mansuetudinem hortatum est, sicut unicuique fidelium nostrorum rationabiliter petentium aurem benignitatis nostrae accommodamus, ita istius petitionem ad effectum dignum duximus, statuentes, ut deinceps quicquid pro utilitate iam dicti monasterii praefatus Episcopus successoresque illius et aduocati illorum commutauerint, in mancipiis caeterisque rebus, syluis, seu etiam territoriis, per hanc nostrae beneuolentiae concessionem firmum et inconuulsum perpetuo permaneant. Et ut nulli liceat illam commutationem infringere uel irrumpere, aut infestare, sed, ut diximus, quicquid pars altera alteri dederit stabilitatem et incontaminatum futuris temporibus consistat. Illud tamen omnimodis praecipientes, ut cum maxima cautela et diligentia consideretur, ne peius aut deterius uel minus in ullo isto negotio parti et potestati praefato monasterio ex illa commutatione proueniat. 15. Gozbaldo ep. Wirzburg. et Abb. Altah. liberam potestatem commutandi (prouide tamen) impertit.

Monasterium S. Galli permutationem cum Witperto, uasallo regis, impetrato regio consensu, iniit in HERRGOTT Codice probat. genealog. Habspurg. n. 71 et in GOLDAST. Scriptor. rer. Alemannicar. T. II p. 30. 16. Approbat commutationem Abb. S. Galli et Witpertii.

Apud eumd. GOLDAST. c. l. legitur concambium in cubiculo regis adprobatum: Omne quod inter diuersas partes bonis moribus sanisque consiliis fuerit definitum, necesse est ob utilitatem seruandae pacis atque futura iurgia deuitanda spacio temporis succedente conscriptionis uinculo colligare. Quapropter conuenit inter quendam uirum nomine Totonem, et inter Grimaldum monasterii Sanct. Galli Abbatem et aduocatum suum Libonem una cum consensu fratrum quoddam concambium facere in Prisignovve, in loco qui dicitur Vuitinovva, quod et ita fecerunt. Ego igitur Toto ad monasterium Sanct. Galli dedi in praefato loco quattuor in iuchos, 17. item commutationem Totonis et Grimaldi Abb. S. Galli.

§. XVIII. et unam uineam in auia unius hominis labore procurandam: ea uidelicet ratione, ut e contra Rectores ipsius monasterii in concambium mihi donarent, quicquid in saltu Suarzvvald iuxta fluuium Melia hodierna die extirpatum et cultum haberent. Quod illi quoque meae potestati concesserunt, ita duntaxat, ut sicut iam supra dixi, quicquid in ipsa cella extirpatum possiderent, in concambium mihimet ipsi sine ulla contradictione possiderem: caetera uero, id est, inculta quaeque ipsamque siluam et potestatem caedendorum lignorum, nec non adiacentia cuncta, pascuas, marchas, aquarumque decursiones, ipsam quoque uiam sibi reseruauerunt in perpetuum. Praeterea quippe ego Toto ipsos obnixe rogaui, ut mihi unum pratum iuxta eundem fluuiolum concederent, promittens me partem proprietatis meae postea illis donaturum. Id ipsum uero, ut promissa factis implerem, similiter egerant, et conscriptione stabilitatis firmauerunt. Haec quoque condictio concambii tali ratione firmata est, ut haec praesens concambii carta ex utraque parte firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. Actum in Chiricheim in cubiculo Regis publice, praesentibus istis quorum hic signa continentur. Sign. Totoni qui hoc concambium cum Grimaldo Abbate et aduocato suo Libone perpetrauit. Sign. Vuitperti † Pero † Vuoluini † Hagano † Libo iunior † Vto † Isanhart † Erchanfrid † Ridhard † Meginbert, item † Vto, item † Vuitpert. Ego itaque Theodhardus Praepositus uice Remmingi Presbyteri rogatus scripsi et subscripsi. Notaui diem Martis, II Nonn. April ann. XXVII regni Hludovvici in Orientali Francia, sub Karolo principe eiusdem Hludovvici Regis filio.

§. XVIII.

Cauetur, ne patrimonium coenobiorum distrahatur aut detur in beneficium

Etsi iam lege cautum, ne res ad ecclesias pertinentes distrahantur: chartarum tamen munimenta non superuacanea existimabant clerici ac monachi, quas ideo uariis clausulis ac diris, perpetuam possessionem stabilientibus, refertas deprehendimus. Nec tabulae nostrae regiae hac in re collegiorum religiosorum desunt securitati, ut iam passim monstratum fuit. Nominatim liquido sit documento charta Corbeiensis in SCHATEN. P. I p. 145: „Hanc quoque commonitionem subiungere curauimus, Rex inquit, ut praefatus Abbas, eiusque

§. XVIIII.

eiusque per tempora Successores prouideant de praefata cellula, ne aliquando negligatur in diuino cultu, neque cuilibet personae in beneficium tribuatur, sed potius procuretur, ut ibi in perpetuum Dei cultus perseueret, et ad praefati monasterii monachorumque ibidem Deo seruientium usus et necessitates perpetuum prospiciat. „IB. p. 158 in literis Herford. legitur: ea scilicet ratione, ut perpetuo sanctimonialibus ibidem domino iugiter famulantibus in cibariis et uictualibus reliquisque usibus earum per futura tempora Christo propitio consistant, et in beneficio res ipsae nulli concedantur, sed solummodo absolute ad mensam earum iugiter deseruiant, et nullus Successor noster hanc auctoritatem largitionis nostrae aliter immutare possit, neque ullus publicus Iudex, aut aliqua iudiciaria potestas aliquam molestiam, aut contrarietatem in his rebus illis facere praesumat. Similia tradit aliud praeceptum isti coenobio datum p. 160: Ita uidelicet, ut nullus Successor noster easdem res inde ulterius subtrahendi licentiam habeat, sed ab hodierno die Rectrices atque sanctimoniales ipsius monasterii easdem res recipiant, atque deinceps per hoc nostrum praeceptum data licentia Christo propitio habeant potestatem utendi pro communi utilitate eorum qualitercumque eis libuerit.

in monasterio Corbeiensi, 2. Herforдiensi.

§. XVIIII.

Monasteria summo studio a regibus immunitatem haud secus ac ecclesiae contendebant; nam dum regis tutelae se tradebant, id potissimum agere uidebantur, ut omni iudicum potestati se subducerent, ac simul iura fisci regii obtinerent. Quos non piget chartas intueri, ii non habebunt, quod de hoc regum munificentiae genere dubitent. Primum prodeat Fuldense coenobium, hodie inter reliqua longe eminens, cui rex Ludouicus defensionem spopondit in SCHANNATI histor. Fuldens. Cod. probat. num. 14: uir uenerabilis Hrabanus Abba ex Monasterio quod dicitur Fulda, quod est situm in pago Grapfelt, constructum in honore Sancti Bonefacii Martyris Christi, ubi idem gloriosus Martyr corpore quiescit, adiens Excellentiam culminis nostri, obtulit nobis quandam auctoritatem immunitatis Domni et Genitoris nostri Hludovvici praestantissimi Imperatoris, in qua continebatur, qualiter idem praeclarissimus Princeps

Immunitatis ac tuitionis chartam consequitur

monasterium Fuldense

praefa-

§. XVIIII. praefatum Monasterium cum monachis ibidem Domino militantibus, et cum rebus uel hominibus ad se iuste pertinentibus uel aspicientibus sub sua constituisse defensione et immunitatis tuitione; obsecrauit namque praescriptus Abba, ut similiter ipsum Monasterium cum Monachis ibidem Deo famulantibus, et cum rebus et hominibus sibi legaliter pertinentibus sub nostra constitueremus defensione, et paternae auctoritati nostram quoque iungeremus auctoritatem, cuius petitionem quia iustam, immo rationabilem esse iudicauimus, libenter accommodauimus, et beneficium, quod nobis postulauit deuoto animo adsensum praebuimus, et ideo hanc auctoritatem propter diuinum amorem et uenerationem ipsius sancti loci, tranquillitatemque fratrum ibidem consistentium, circa ipsum monasterium fieri decreuimus, per quam in futurum sancimus, atque praecipientes iubemus, ut nullus iudex publicus uel quilibet ex iudiciaria potestate in Ecclesias, uillas, loca uel agros, seu reliquas possessiones, quas moderno tempore iuste et rationabiliter infra regnum diuinitus nobis commissum, praefatum tenet et possidet Monasterium, uel quae deinceps in iure ipsius sancti loci uoluerit diuina pietas augeri, ad causas iudiciario more audiendas, uel freda undecumque exigenda, aut mansiones uel paratas faciendas aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius Monasterii tam ingenuos, quam et seruos super terram ipsius conmanentes distringendos, nec ullas redibitiones aut inlicitas occasiones requirendas, nostris futurisque temporibus ingredi audeat, uel ea quae supra memorata sunt, penitus exigere praesumat, sed liceat memorato Abbati, suisque successoribus res praedicti monasterii cum omnibus sibi subiectis sub immunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere, et nostro fideliter parere imperio, et quicquid de praedictis rebus ius Fisci exigere poterat, totum nos pro aeterna remuneratione praefato Monasterio et Monachis ibidem Deo seruientibus concessimus, ut ibidem perpetuo proficiat in augmentis etc.

cum iure fisci.

2. *Corbeiense*

SCHATEN. P. I p. 144 tradit chartam Corbeiensem, hac sanctione munitam: neque ullus Iudex publicus, uel quilibet ex iudiciaria potestate in Ecclesias, aut loca, uel agros, seu reliquas possessiones memoratae Cellulae, quas praesenti tempore in quibuslibet pagis et territoriis habet, ac deinceps ibidem conlatae fuerint, ad causas iudiciario more audiendas, aut fideiussores tolendos, aut homines

mines ipsius cellulae, tam ingenuos, quam et Latos distringendos, aut ullas redibitiones, aut illicitas occasiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat, uel ea quae supra memorata sunt, penitus exigere praesumat. Sed liceat memorato Abbati sub immunitatis nostrae auctoritate successoribusque eius, et Monachis in memorato monasterio per tempora degentibus, iam dictam cellam cum omnibus ad se pertinentibus uel aspicientibus, ad Dei et Domini nostri Iesu Christi famulatum diligentius peragendum absque cuiusquam contrarietate uti, et quaecunque ad suos in Domini nostri Iesu Christi militia usus et necessitates pertinent, ordinare, disponere, iusteque efficere. IB. p. 158 Herfordienses ex regis munificentia uarios fundos acquirunt, hac clausula: sed liceat ipsis suas res libere et absolute Domino adiuuante, et nostra munitione tuente possidere, omni iudiciaria remota potestate. In alia huic coenobio concessa largitionis auctoritate IB. p. 162 legimus: propterea hos apices serenitatis nostrae circa ipsum monasterium fieri decreuimus, per quos praecipimus atque iubemus, ut nullus iudex publicus in homines ipsius loci aspicientibus potestatem ullo unquam tempore habeat praeter aduocatum eorum, neque fideiussores illorum tollendo, nec in Wadiis, aut publicis placitis aliquam districtionem in eos faciendo, sed ob Dei amorem nostramque concessionem in futurum omnes res superius insertas ad iam dictum monasterium pleniter deseruiant absque alicuius contrarietate, aut impedimento. Lite de decimis episcopis dandis exorta, Corbeienses ab hoc onere regis indulgentia liberantur IB. p. 177: „ nouae Corbeiae monasterium iussu gloriosi Genitoris nostri constructum est in honorem sancti Stephani protomartyris Christi, atque per uoluntatem eiusdem Imperatoris corpore est B. Viti Martyris insignitum. Sed et ex integro ab omnibus publicae exactionis officiis et expeditione hostili tam de litis quam de ingenuis hominibus terram eius incolentibus absolutionem promeruit, in quo et nos comprehensum existimauimus, et hactenus obseruatum comperimus, ut decimae de dominicatis eiusdem monasterii mansis non darentur Episcopis. Sed ad portam monasterii darentur in eleemosinam praefati Genitoris nostri, et totius prosapiae eius, ut uidelicet esset, unde ministraretur peregrinis et hospitibus, qui nunquam desunt monasterio; nunc uero exorta quaestione per quosdam Episcopos, utrum nam hoc eidem monasterio Genitoris nostri nostroque praecepto concessum sit:

§. XVIIII.

3. Herfordiense.

4. Corbeienses a decimis quibusdam persoluendis liberantur.

§XVIIII. quanquam, ut ipsi dicunt, nominatim non sit expressum, sub generali tamen confessione liberae dispositionis rerum suarum etiam hoc comprehensum fatemur. Sicut et seniori Corbeiae, ad cuius normam haec noua instituta est, et praecipuis quibusque monachorum monasteriis antecessores nostros concessisse comperimus, et ne deinceps hinc aliqua dubietas fiat, rogatu uenerabilis uiri Adalgarii Abbatis eiusdem monasterii per hoc nostrae potestatis praeceptum decernimus atque iubemus, ut et omnia, quae prius habuit, immunitatis praecepta rata et inconuulsa habeantur, et per hanc conscriptionis nostrae Cartam specialiter ei concessum sciatur, ut de Dominicatis mansis uel nunc habitis, uel post acquirendis, a reddendis decimis plenam hoc monasterium habeat immunitatem, nisi sicut hactenus fuit, ut dentur ad portam monasterii in susceptionem hospitum et peregrinorum. His omnibus adstipulari recens Adriani Apostolici praefato Abbati collatum priuilegium cognouimus, dum huius apud nos controuersiae quaestio uentilaretur.„ Stilus huius diplomatis ac priuilegii apostolici mentio scrupulos quosdam nobis iniiceret, nisi formulae initiales et finis cum regulis bene congruerent. Ad monasterii S. Emmerami immunitates pertinet charta, quam PEZIVS tom. I Thes. anecdot. part. III p. 20 exhibuit, ex qua hanc notabimus formulam: „statuentes firmiter iubemus, ut omnes homines, qui super easdem res commanere noscuntur, et ad praefatum Monasterium pertinere uidentur, tam Baioarii, quam Slaui, liberi et serui, et in antea consistere, Domino donante, potuerint. Nullus iudex publicus, neque ulla potestas eos in quoquam constringere audeat, sed neque causam illorum abstrahere praesumat, nec in aliam partem ire compellat, sed liceat Rectoribus et aduocatis, et ministris eiusdem Sedis, res superius nominatas legaliter possidere, ac regere, et omni tempore sub nostra defensione atque immunitatis tuitione pleniter consistere. Si uero aliquis fuerit, qui contra istos homines, superius conscriptos, aliquas iustitias requirere, aut exactare uoluerit; tunc aduocati et ministri ipsius Monasterii, prout iustum est, diligenter rei ueritatem inquirere studeant, et emendent. Similiter quoque praecipimus, atque omnimodis iubemus; ut nullus iudex publicus neque ex iudiciaria potestate super rebus, quae pertinent ad Erlaffa, et in Harlungeuelt, nec non et ad Scirnicha et circa Agasta seu Bersnicha, atque Rosdorf, uel infra praedicta terminia et marckam,

5. Immunitas monast. S. Emmerami.

aduocatorum officium.

ckam, ubi res Sancti Petri et Sancti Emmerammi pertinere noscuntur neque super homines liberos uel Slauos ullam potestatem habeat in quoquam illos * distingendi. Sed neque ad placitum ullum, uel in hostem ullo umquam tempore ire compellat, quamdiu aduocatus eiusdem sedis iustitiam facere uoluerit, sed sicut praediximus, cum omni integritate praenominatas res in futurum sub nostra defensione et immunitatis tuitione absque alicuius contrarietate aut impedimento, consistant. „ Monasterium Thuricense ita liberatur a potestate iudiciaria in CONRING. censura diplom. p. 362: Denique iubentes praecipimus, ut nullus iudex publicus nec comes nec quislibet ex iudiciaria potestate in locis praefatis uel in cunctis rebus ad eadem loca respicientibus seu homines tam liberos quam et seruos qui illic commanere uidentur distringere aut infestare nec fideiussores tollendos aut ullas redhibitiones uel fredas aut bannos exigendo, aut alicuius iniuriae uim ullo unquam tempore inferre praesumat, sed sub nostra defensione et immunitatis tuitione cum aduocatis ibi constitutis res illae secure per diuturna tempora permaneant. Prolixe rex monasterium Altahense de tuitione sua certiorem reddit, ita, ut charta hanc ob caussam data et in HVNDII metrop. Salisburg. pag. 10 exhibita paululum interpolata uideatur: uir quidam Otgarius, quem nos quidem ad Monasterium nomine Altaha, quod in honore S. Mauritii martyris Christi est constructum, Abbatem esse statuimus, obtulit obtutibus nostris non solum auctoritatem emunitatis beatae memoriae Caroli aui nostri Augustissimi Imperatoris, sed et Tassilonis quondam Ducis in Ducatu Baioarico super eadem re literas ostendit, in quibus continebatur insertum, quod praefatum monasterium sub suo nomine et defensione cum cellulis et locis sibi subiectis rebus et hominibus et omnibus illic pertinentibus hactenus ab inquietudine iudiciariae potestatis munitum atque defensum firmissime fuisset. Vnde etiam pro rei firmitate suggessit uir praenominatus clementiae nostrae, ut paternum seu praedecessorum nostrorum Regum uidelicet morem sequentes, huiusmodi nostrae emunitatis praeceptum ob amorem Dei et reuerentiam ipsius sancti loci circa ipsum monasterium conscribere iuberemus. Cuius petitioni libenter acquiescentes hoc emunitatis nostrae praeceptum erga ipsum monasterium gratia tuitionis et defensionis, ac pro diuini cultus amore, nec non et animae nostrae conscribi decreuimus, per quod fir-

§. XVIIII.

* Cod. distringendos.

6. Immunitas monast. Thuricens.

7. Altahens.

§.XVIIII. miter et omnibus modis imperamus, ut nullus iudex publicus uel quislibet ex iudiciaria poteſtate, aut ullus ex fidelibus noſtris, tam praeſentibus quam et futuris, neque Comites, neque Centenarii, neque exactores in Eccleſias aut loco uel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas moderno tempore in quibuslibet pagis uel territoriis infra ditionem regni noſtri iuſte et legaliter tenet ac poſſidet, uel etiam in ea, quae in iure ipſius monaſterii uoluerit diuina pietas augeri, ad cauſas audiendas, uel freda et tributa exigenda, aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii tam ingenuos quam ſeruos, Sclauos et accolas ſuper terram ipſius commanentes, nec iuſte nec iniuſte diſtringendo, et nullas redhibitiones uel manſiones aut paratas faciendas aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea quae ſupra commemorata ſunt, ullo unquam tempore exigere praeſumat, ſed liceat memorato uiro ſuisque ſucceſſoribus res praedicti monaſterii cum omnibus rebus ſibi ſubiectis et hominibus, tam ingenuis quam ſeruis, cuiuscunque ſint nationis, atque omnibus ad ſe pertinentibus uel aſpicientibus, ſub tuitionis atque emunitatis noſtrae defenſione, remota totius iudiciariae poteſtatis inquietudine, et uulgari appellatione quieto ordine ac tranquilla ſecuritate poſſidere. Et aduocati ipſius Eccleſiae omnem cauſam inquirendam et diſcutiendam ipſi diiudicent, et finiant, et quicquid de praefatis rebus Eccleſiae ius fiſci exigere poterat in integrum praedicto uiro Ottgario, ſuisque ſucceſſoribus conceſſimus, ſcilicet ut perpetuo tempore ei ad peragendum Dei ſeruitium augmentum et ſupplementum fiat.

§. Metenſis in Bauaria. Alias tabulas tutelares monaſterio Metenſi in Bauaria traditas offendimus apud HVNDIVM c. l. p. 346: uir uenerabilis Nithardus Abbas ex Monaſterio, quod dicitur Medema, quod eſt conſtructum in honore S. Michaelis Archangeli, obtulit excellentiae noſtrae quandam auctoritatem bonae memoriae aui noſtri Caroli praeſtantiſſimi Imperatoris, in qua continebatur inſertum, qualiter idem Chriſtianiſſimus Imperator praefatum Monaſterium cum Abbate et Monachis ibidem Deo famulantibus, cum hominibus uel rebus ibidem pertinentibus ſub ſermone tuitionis ſuae conſtituiſſet. Ita ut in poſterum tam ſub ſuo, quam ſub ſucceſſorum ſuorum, Regum uidelicet ſequentium Mundiburdo et defenſione conſiſteret. Petiit celſitudinem noſtram praedictus Abbas, ut nos ſimiliter eum et Monaſterium, cui praeeſt, cum Monachis ibidem Deo militantibus,

bus,

bus, atque rebus uel hominibus sibi pertinentibus, sub nostra consti- §.XVIIII.
tueremus defensione et eidem auctoritati nostram firmitatis gratia iungeremus auctoritatem. Cuius deprecationem libenter annuimus, et beneficium, quod a nobis postulauit, ob amorem Dei, et reuerentiam ipsius sancti loci libenti animo ei concessisse omnium fidelium nostrorum cognoscat industria. Propterea praesentem autoritatem nostram ei fieri iussimus, per quam praecipimus atque iubemus, ut nullus quislibet ex uobis, neque de iunioribus aut successoribus nostris, memorato uenerabili uiro Nithardo Abbati, nec Monachis seu hominibus suis, qui per eum legibus sperare noscuntur, de nullis quibuslibet illicitis occasionibus iniuriare, nec inquietare, aut condemnare, neque contra rationem Ordinis de rebus Monasterii sui, unde ad praesens iusto ordine restitutus esse uidetur, aut in ante Deo largiente ibidem iuste et rationabiliter collatum fuerit, aliquid abstrahere aut minuere ullo modo praesumatis: nisi liceat ei una cum Monachis et hominibus suis, sub Dei, nostrique Mundiburdo ac defensione quieto tramite uiuere, ac residere, et pro nobis, uxoreque ac prole uel gente Francorum, seu stabilitate regni nostri attentius diuinam misericordiam exorare. Et si aliqui casus
aduersus eum et in uico suo surrexerint, aut orti fuerint, quos ibidem in prima absque graui, iniquo dispendio diffinire nequiuerit, usque in praesentia nostra suspensos uel reseruatos, qualiter ibidem secundum legem et iustitiam finitiuam accipiant sententiam. Immunitatem quoque indulgebat Rex Monasterio S. Galli, teste Ratperto monacho in GOLDASTI script. rer. Alemannic. T. I pag. 8: Praeterea Rex piissimus Hludouuicus statim iussit, Monachis fieri aliam cartam firmissimae emunitatis, ut post Grimaldum deinceps potestatem in perpetuum haberent eligendi sibi Abbates, nullique hominum nisi solis Regibus subiacerent; et in eadem carta conscribi iussit regia dona sibimet ipsi secundum consuetudinem aliorum monasteriorum securitate praeditorum quot annis uentura, id est, duos caballos et duo scuta cum lanceis. Et sic etiam istam cartam manu sua confirmatam, proprioque anulo consignatam, Monachis tradens laetos eos in sua redire permisit. Tabulas hasce nunc in lucem edidit MVRATOR. t. V antiquit. Ital. p. 959: uir uenerabilis Grimaldus Archicapellanus noster, ac Abba Monasterii Sancti Galli Confessoris Christi, quod est situm in Pago Turgauge super fluuium, qui

caussae grauiores regi definiendae relinquantur.

9. Immunitas mon. S. Galli firmatur.

 dicitur

§. XVIII. dicitur Stamath, detulit excellentie nostre quoddam Preceptum prestantissimi Imperatoris et genitoris nostri Ludouici, in quo continebatur insertum, quod idem Genitor cum predictum Monasterium beati Galli cum Monachis ibidem Deo militantibus, et cum rebus atque hominibus ad se iuste et legaliter aspicientibus uel pertinentibus, sub sua constituisset defensione, atque immunitatis tuitione; et quando diuina uocatione Abbas ipsius Monasterii ab hac luce migrasset, licentiam haberent, secundum Regulam Sancti Benedicti, inter se eligere Abbatem, sicut supra nominata constitutio et confirmatio predicti Augusti et genitoris nostri Ludouici perpetuis temporibus inconuulsa manet: prefatus Abbas precibus, quibus ualuit, nostram obsecrauit clementiam, ut super eamdem confirmationem, nostram etiam iungeremus auctoritatem. Idcirco pro Dei amore, communi consilio cum nostris fidelibus, Episcopis scilicet, Abbatibus, atque Comitibus habito, comperimus, quod ibidem status Monachorum sit Deo omnipotenti famulantium, Regulamque Sancti Benedicti custodientium. Ideoque eiusdem Abbatis atque Archicapellani nostri Grimaldi petitionibus aurem accommodauimus, et hanc auctoritatem confirmationis nostre circa ipsum Monasterium eiusque Rectores fieri iussimus. Quapropter decernimus atque iubemus, ut deinceps omni tempore absque alicuius infestatione aut contrarietate, Domino annuente, perpetuo inconuulsum permaneat. Et ut nullus Iudex publicus, aut quilibet superioris aut inferioris Reipublice Procurator, in Ecclesias aut loca, uillas uel agros, seu reliquas possessiones memorati Monasterii, quas moderno tempore infra Regnum diuinitus nobis collatum iuste et rationabiliter possidet, uel que deinceps diuina pietas ibidem augere uoluerit, ad causas iudiciario more agendas, uel Freda exigenda, aut Mansiones uel Paratas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius Monasterii tam ingenuos quam et seruos, super terram ipsius commanentes, irrationabiliter distringendos, nec ullas redibitiones, aut illicitas occasiones requirendas, nostris et futuris temporibus ingredi audeat, uel ea quae supra memorata sunt, penitus exigere presumat. Et liceat memorato Abbati, suisque successoribus, res predicti Monasterii cum omnibus sibi subiectis, et rebus uel hominibus ad se iuste aspicientibus uel pertinentibus, sub tuitionis atque immunitatis nostre defensione, remota totius iudiciarie potestatis inquietudine,

quieto

quieto ordine possidere, et nostro fideliter obedire imperio: Et quandoquidem diuina uocatione supradictus Abbas, uel Successores eius obierunt, quandiu ipsi Monachi inter se tales inuenire potuerint, qui in ipsam congregationem, secundum Regulam Sancti Benedicti regere ualeant, per hanc nostram auctoritatem atque consensum, et secundum quod in auctoritate Genitoris nostri continetur, licentiam habeant eligendi Abbatem, quatenus Monachi ibidem Deo famulantes, pro nobis et stabilitate Regni nostri, Domini misericordiam iugiter exorare ualeant. Statuimus etiam, ut annuatim inde Dona nostre Serenitati ueniant, sicut de ceteris Monasteriis; id est Caballi duo cum Scutis et Lanceis. Inter dona regia i. e. tributa caballos fuisse, innuit Capitul. Caroli M. t. I §. LVI, 11 allatum. add. MVRATOR. c. l. p. 958. Ad ea, quae §. VIII, 3 de monasterio S. Dionysii diximus, plenius intelligenda pertinet diploma regis nostri in DOVBLET hist. de l'abbaye de S. Denys p. 784 asseruatum, in quo monasterii huius possessiones in Alamannia immunitate ac tutela regia roborantur his quidem formulis: uir uenerabilis, propinquus uidelicet et aequiuocus noster Hludouuicus Abba, petiit celsitudinem nostram ut quasdam Cellulas sitas in Alamannia, Hetsilingua in pago Nechcragauue super fluuium Nechra, ubi sanctus Vitalis Confessor corpore requiescit, et Harbrittinga in pago Rehtsa ubi sanctus Veranus corpore requiescit, et Hadalongcella in pago Heegeuua, ubi Sanctus Georgius corpore requiescit, ad ius et potestatem Monasterii pretiosissimorum Christi Martyrum Dionysii, Rustici, et Eleutherii, pertinentes, quia a reliquis supradictorum martyrum rebus longe sepotue erant sub nostro munimine et defensione cum rebus et hominibus ad se pertinentibus uel aspicientibus consistere fecissemus, ut nostrae immunitatis auctoritate deinceps ab inquietudine iudiciariae potestatis ipsae munitae ac defensae fuissent Cellulae. Similiter autem et de rebus in Mortonogouua et Brisikagua, ad praedictum Monasterium sancti Dionysii aspicientibus fieri petiit. Cuius petitioni assensum praebuimus, et hoc nostrae auctoritatis praeceptum erga ipsas cellulas ac supradictas res immunitatis atque tuitionis gratia pro diuini cultus amore, et animae nostrae remedio fieri decreuimus. Per quod praecipimus atque iubemus, ut nullus Iudex publicus, uel quislibet ex iudiciaria potestate, in Ecclesias, aut loca, uel agros, seu reliquas possessiones, quas moderno tempore in quibuslibet

§. XVIIII. et ius eligendi abbatem.

Rex postulat annuam pensionem duorum caballorum cum scutis et lanceis.

10. Mon. S. Dionysii possessionibus in Alamannia immunitas et tutela indulgetur regia;

§. XX. bet pagis uel territoriis infra ditionem regni noſtri iuſte et legaliter memoratae tenent uel poſſident Cellulae, uel ea quae deinceps in iure ipſarum Cellularum uoluerit diuina pietas augeri, ſub quibuslibet inlicitis occaſionibus, aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſarum Cellularum tam ingenuos quam ſeruos ſuper terram ipſarum commanentes iniuſte diſtringendos, nec ullas redibitiones, nec non et in his quae in Mortonogouua et Briſikagauua precioſus Chriſti martyr Dionyſius iure habere in praeſenti uidetur, uel deinceps iuſte adquirere poteſt, noſtris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea quae ſupra memorata ſunt poenitus exigere praeſumat. Similiter et mercatum quod in praedicta Cellula Hetſilinga in praeſenti habetur, et quod tempore clariſſimi aui noſtri Karoli, ac domni noſtri genitoris Hludouuici piiſſimi Auguſti fuit, ſub noſtra tuitione uolumus conſiſtat, ut nullus de quolibet negotio ex eo teloneum per uim aut per aliquam poteſtatem auferre praeſumat, ſed ipſum teloneum et omnia quae ſupra memorata ſunt, cum omnibus ſibi ſubiectis, et rebus, uel hominibus ad ſe aſpicientibus uel pertinentibus, ſupradicto Coenobio ſancti Dionyſii, uel Monachis ibidem Deo deſeruientibus, in eorum uſus noſtra auctoritate permaneant ſub tuitionis atque immunitatis noſtrae defenſione, remota totius iudiciariae poteſtatis inquietudine, quieto ordine uideant poſſidere etc.

item ius mercatus et telonei.

§. XX.

Rex concedit poteſtatem Abbatem eligendi monaſterio Fuldenſi.

Quamquam monaſteria permulta libertate abbates eligendi uterentur: eam tamen ipſam libertatem non iure ſuo, ſed regis priuilegio fulta, habebant. Documentum nobis ſuppeditat coenobium Fuldenſe clariſſimum, quod in SCHANNATI hiſtoriae Fuldenſis codice probation. num. XIIII reperitur: *quandoquidem*, ait rex, *diuina uocatione ſupra dictus Abba uel ſucceſſores eius de hac luce migrauerint, quamdiu ipſi monachi inter ſe tales inuenire potuerint, qui ipſam congregationem ſecundum regulam pii patris Benedicti regere ualeant, per hanc noſtram auctoritatem et conſenſum licentiam habeant eligendi Abbates.*

2. Corbeienſi

SCHATEN. P. I p. 131 chartam Corbeienſ. ſimilis argumenti habet: Libuit etiam noſtrae celſitudinis pietatem erga Diuae memoriae Genitoris noſtri Nobiliſſimi Auguſti inſtitutionem, quando diuina

na uocatione Abbas praedicti monasterii uitam finierit mortalem, quamdiu ipsi monachi inter se talem inuenire huiusce uitae quiuerint, qui ipsam congregationem secundum regulam S. Benedicti, primi instructoris illius normae, regere ualeat, per hanc nostram auctoritatem licentiam habeant eligendi Abbatem. IB. p. 142 iterum haec facultas cum Corbeiens. tum Herfordiensibus indulgetur: *His etiam adiungere placuit liberam utrique loco concessionem eligendae de propria congregatione in regimen suis per futura semper tempora congruae personae.* Apud HVND. c. l. T. II pag. 8 charta singularis extat, qua monachis Altahensibus abbatem eligendi libertas permittitur: uir uenerabilis Gotsbaldus Wirtzburgensis Ecclesiae Episcopus, nostram adiens Serenitatem, postulans ut fratribus in Monasterio S. Mauritii martyris Christi, uocabulo Altaha consistentibus, quibus nunc sub eius regimine Deo famulari noscuntur, post illius transactae mortalis uitae terminum, si talis frater inter illos inueniri poterit, qui fratris officio idonetur, et rationabiliter fungi ualeat, cum eligendi nostra eis licentia tribueretur. Cuius petitioni aurem mansuetudinis nostrae accommodantes hoc ita perdonasse per praesentem auctoritatem nostram omnium fidelium nostrorum cognoscat magnitudo, ita tamen, ut praefatum est, si talis secundum regulam S. Benedicti, aptabilis et idoneus, tam in moribus, quam in scientia, seu caeteris bonis ornatus ad seruitium Dei omnipotentis ibi inuenitur, per praefati uenerabilis Episcopi petitionem et amorem assensum praebemus, etc. Eamdem potestatem impertiuit Rex monasterio Rhinaugiensi in SAMMARTHANI Gallia Christiana T. V inter instrumenta pag. 509 num. 2: Post obitum uero praedicti abbatis eiusdem monasterii, fratres licentiam habeant secundum regulam S. Benedicti abbatem eligendi, quamdiu inter se possit inueniri, ac si non posse contingat inuicem reperiri, quod absit, a quacunque monachicae professionis congregatione sibi placeat, salua electione sui, sibi rectorem eligant, donec rursus eorum aliquem diuina clementia inibi uotiuum disponet fieri dispensatorem. De monasterio S. Galli uid. §. XVIIII, 9.

§. XXI. / 3. Altahensi. / 4. Rhinaugiensi.

§. XXI.

Etsi Rex eodem iure, quo rebus sacris prouidebat, reliqua maiestatis munera administrauit; tantulum tamen indulgendum est theo-

§. XXI. Fines regni Ludouiciani designati per tabulas diuisionis a. 817.
riae, ut sacra a politicis secernantur. Ante uero quam internam regni formam, gubernandi rationem ac leges intueamur, fines regni Ludouici nostri explorare studebimus, qui diuersi fuerunt pro diuersitate temporum. Iam anno 817 per diuisionem patris obtinuerat Baioariam et Carentanos et Beheimos et Auaros atque Sclauos, qui ab orientali parte Baioariae sunt, et insuper duas uillas dominicales ad suum seruitium in pago Nordgaoae Luttraof et Ingoldestat. uid. t. I commentar. §. LXXVII, 2 et p. 457.

2. per diuisionem a. 833.
Anno 833 fratres reges, Ludouico patre custodiae tradito, imperium inter se diuisisse uidentur; nam ab his initiis Ludouicus rex saepissime annos *Franciae orientalis* repetit. Nouas diuisionis regni tabulas anno 835 Stremiaci adornatas, et anno 837 Aquisgrani in generali populi conuentu approbatas exhibuimus t. I p. 463.

3. per diuisionem a. 837.
Ad Baiuuariam tum referebant *Toringiam totam, Ripuarios, Atrarios, Saxoniae, Frisiae, Ardenna, Hasbania, Bragmento, Franderes, Mempiscon, Metunenti, Amau, Austerban, Adertensis, Teruuanensis, Bolsnsis, Quentouico, Camalscensis, Virdomadensis. Ad Alamaniam totam Burgundiam, excepto quod Pippino datum est, totam Prouinciam, et totam Gotiam, et de ista media Francia Warensis, Vngensis, Castrensis, Potiano. Remegensis, Lauduuensis, Mosellis, Treueris.*

4. per diuisionem a. 838.
Quum Ludouicus noster diuisionem Caroli fratris gratia factam moleste ferens, iterum turbas aduersus patrem concitaret; hic anno 838 filio *quidquid ultra citraque Rhenum iuris paterni usurpauerat hactenus Alsaciam, Saxoniam, Thuringiam, Austriam atque Alamanniam* ademit, testibus ANNAL. BERTINIAN. atque adeo, sola Bauaria Ludouico relicta, regna inter Lotharium et Carolum diuidit; Ludouicus hac re multo magis incensus aduersus patrem noua molitur; at pater, quod ex auctore uitae illius discimus, *usque Bedonniam* (Bodomam) *perrexit, ibique filius, quamquam inuitus, supplex uenit et increpatus ab eo, male se egisse confessus, emendaturumque se perperam gesta professus est. At Imperator consulta et sibi semper amica utens consuetudine et filio indulsit et eum uerbis primum, ut dignum fuit, paululum asperius increpauit, post autem lenioribus demultum in regno reliquit;* deinde filium Baioaria egredi uetat; egressum uero mox exercitu usque ad monasterium Hersfeldense persequitur. Ludouico Pio rebus humanis erepto fata alia omnia tulerunt, uota paterna temnebantur, discordia fratrum et inuidia augescebat, nullumque praeter Martem arbitrum audiebat. Lotharius

rius pulſus indignus habebatur hereditate paterna. Fratres igitur §. XXI.
Ludouicus et Carolus iſtam ex praeſulum ſententia diſpertire conabantur; ſed quae utriusque portio fuerit, apud NITHARDVM hodie non legimus, nec iſta diuiſio optatum habuit exitum; nam Lotharius fidem fratrum implorare, et aequalem regni portionem petere, ut NITHARDVS callida illius conſilia uberius memorat. Fratres denique auguſti anno 843 notiſſimam illam partitionem Virodunenſem perfecerunt, cuius quidem tabulas ignoramus, uerum ex ANNALIVM BERTIN. teſtimonio *Ludouicus ultra Rhenum omnia, citra Rhenum uero Nemetum Vangium et Moguntiam ciuitates pagosque ſortitus eſt.* REGINO addit: *propter uini copiam.* OBRECHT. in prodrom. rer. Alſat. p. 52 aliorum Auctorum narrationes colligit, animaduertitque Alſatiam orientali Franciae non adſcriptam fuiſſe, ſed Lotharium imperatorem eam tenuiſſe. Fragmentum hiſtor. Franc. apud du CHESNE t. II rer. Franc. Ludouici portionem ita definit: *Ludouicus praeter Noricam, quam habebat, tenuit regna, quae pater ſuus illi dederat, i. e. Alamanniam, Thoringiam, Auſtraſiam, Saxoniam, et Auarorum i. e. Hunnorum regnum.* AVENTINVS Ann. Boior. L. IV c. 13 n. 13: *Ludouico deſtinata ſunt uniuerſa, quae a Rheni fluentis orientem ſolem longe lateque ſpectant: Germania magna, Rhetia, Sueuia, Vindelicia, Illyricum, Noricum, Pannoniae, Liburnia, Boii et Venedi.* Anno 860 Lotharius rex metuens, auunculum ſuum Karlum Ludoico regi Germaniae ſociatur, atque ob eandem ſocietatem partem regni ſui, id eſt, Helizatiam tradit. ANNAL. BERTIN. Anno 867 Lotharius ſuſpectum habens Carolum, ad Ludoicum reuertentem, a Metis ciuitate uerſus Franconofurt pergit, et cum eo pridem ſibi ſatis aduerſo ſe pacificat, filioque ſuo de Waldrada Hugoni ducatum Elizatium donat, eumque Ludovvico commendat, ac caeterum regnum ſuum quaſi Romam perrecturus et Waldradam praemiſſurus committit. IBID. Quum anno 869 Lotharius rex e uita deceſſiſſet, frater ipſius Ludouicus imperator regnum illius iure maximo ſibi uindicare poterat. Nonnulli regni proceres rogabant hanc ob cauſſam Carolum, ne in regnum uacuum intraret, donec Ludouicus rex Germaniae ab expeditione hoſtili Winedorum reuerteretur: Sed Carolus feſtinanter ſe coronari iuſſit. Tum uero anno 870 ad fratrem Ludouicum Francofurtum legatos miſit, petiitque, ut ad regnum Lotharii diuidendum conuenirent.

[Marginal notes: 5. per diuiſionem Virdunenſ. a. 843. — 6. Alſatia accedit a. 860. — redditur a. 867. — 7. a. 870 accedit pars regni Lotharii.]

 Ludo-

§. XXI. Ludouicus Flamereshemium in pago Ribuario uenit. Inde Aquisgranum; ubi conuenerant, hereditatem, Ludouico imperatore atque Hadriano Pontifice ualde obstrepentibus, inter se dispertiebant. Ludouici regis portioni adscribebantur: *Colonia*, *Treuiri*, *Vttrecht* siue Vltraiectum ad Rhenum, *Stratsburch* siue Argentoratum, *Basula* siue Basilea ciuitates; *Abbatia Siuestre* siue Susterensis in dioecesi Leodiensi; *Berch* prope Roremundam ad fluuium Ruram; *Niu Monasterium*, quod Miraeus de Huio interpretatur per coniecturam, Mabillonius de Nussa ad Rhenum supra Coloniam; *Castellum*, Kessel ad Mosam; *Inda* seu S. Cornelii Monasterium prope Aquisgranum; *Monasterium S. Maximini* prope Treuiros; *Epternacum* oppidum et Abbatia in Ducatu Luxemburgensi; *Horreum* Monasterium Treuirense; *S. Gangulfi*, uulgo S. Gengoul; *Fauerniacum*, Fauerney, Abbatia uirorum in Ducatu Burgundiae; *Polemniacum*, Poligny, oppidum Ducatus Burgundiae; *Luxouium*, Luxeuil, oppidum et Abbatia ibidem; *Lutera*, Lure, Abbatia in Dioecesi Vesontionensi; *Balma*, Baume, duplex Monasterium Virorum et Virginum in Comitatu Burgundiae; *Offonisuilla*, hodie S. Leger siue Monasterium S. Leodegarii, in dioecesi Vesontionensi. *Megeni Monasterium*, Medianum Monasterium in Vosagi silua; *S. Deodati*, S. Dyé, Abbatia Mediano Monasterio uicina, nunc collegiata Ecclesia Secularium Canonicorum; *Bodonis Monasterium*, Bodonuille, olim foeminarum, nunc translatum ad locum proximum, qui S. Saluatoris dicitur et Ordinis Canonicorum Regularium; *Stiuagium*, Estiual, nunc Ordinis Praemonstratensis in Lotharingia; *Romerici-mons*, Remiremont, nobilium Canonicarum nunc Abbatia in Lotharingia; *Morbach*, *S. Gregorii* et *Mauri-Monasterium* nota in Alsatia loca; *Eboresheim* seu Ebersheim ibidem; *Homouua* aliis *Honouua* tunc Collegium Canonicorum in insula Rheni infra Argentoratum, nunc translatum in urbem ad S. Petri seniorem ecclesiam; *Masonis Monasterium*, Masmunster, Puellarum in Alsatia; *Homburc*, nunc S. Otiliae mons, olim Virginum, nunc Virorum ordinis Praemonstratensis Coenobium; *S. Stephani in Stratsburch* Monasterium, nunc in potestate Monialium Visitationis; *Erenstein* Monasterium Virginum in Alsatia, *Sancti Vrsi in Salodoro* apud Heluetios, uulgo Solothurn; *Grandiuallis*, Granfel, olim Abbatia dioecesis Basileensis, nunc Saecularium; *Alta Petra* prope Medianum Monasterium, nunc destructum;

ctum; *Iustena*, in Annal. Bertin. *Lustena*, de quo Miraeus dubitat, §. XXI.
an sit Castrum in Burgundia uulgo *Mont-Iustin* dictum, an Prioratus Ordinis Cluniacensis *Iussé* uel *Ioué*; *Vallis clusae*, Vaucluse, in Comitatu Burgundiae; *Castellum-Carnonis*, uulgo Chatel-Chalon, Virginum Coenobium in Burgundia; *Heribodesheim* Abbatia, quam anno 908 Ludouicus Rex Stephano Leodiensi episcopo attribuit, ut Diploma eius apud Miraeum Cod. Donat. Piar. c. 25 prodit; *Abbatia de Aquis* forte Basilica regia Aquisgrani; *Hoenchirche*; *Augustchirche*; *Comitatus Testrebant*, Teisterbant, nota adhuc regio inter Vahalim et Rhenum; *Batua*, Betuvve nunc dicta, etiam inter Vahalim et Rhenum; *Hattuariae* supra Batuam ad Nirsam fluuium; *Masau subterior de ista parte*, Maeslandia inferior; Item *Masau superior quod de ista parte est*, Maeslandia superior, utraeque nempe, quantum in dextra Mosae fluminis ripa iacent; *Liugae quod est de ista parte*, id est, pars pagi Leodiensis, quae in dextra Mosae ripa iacet; *Districtus Aquensis* siue quicquid ad Aquisgranum pertinuit: *Districtus Trectis*, ubi Miraeus rectius legit *Tectis* seu *Tetis*, qui ad fluuium Tectum, uulgo *Teu* dictum, inter Franchimontem et Fraipontem iacet; *in Ripuariis Comitatus quinque*, *Megenensium* nempe Pagus, cuius princeps locus *Meyen* prope Andernacum; *Bedagovva* pagus circa *Bidburgum* uersus Meyen inter Mosellam et Kyllam fluuios situs; *Nitachovva* pagus ad Nidam fluuium in Saram influentem iacens; *Sarachouua* pagus supra Nidam ad Saram constitutus; *Blesitchouua* pagus ad Blesam amnem, qui in Saram deuoluitur; *Selme* pagus ad eundem Saram; *Albechouua* pagus eo loco, ubi iam est Sar-Alben; *Suentisia*, Sanctoy, in Lotharingia; *Odornense*, *quod Bernardus habuit*, pagus, cuius nomen restat in loco *Darney* in sylua Vosago; *Solocense*, pagus Burgundia, unde *Solieu* ibi restat; *Basiniacum*, Bassigny; *Elischouue* pagus Alisiensis; *Warasch* tractus Sequanorum seu Burgundionum, unde etiamnum dicitur Comitatus de Varesco; *Scudingum*, Salins, ut Miraeus ex Vita MS. S. Anatolii ostendit (ubi dicitur: *Vallis Romano itineri peruia*, *Scodinga in Sequanis*, *ubi nunc Salinarum locus*) *Basalchouua*, ager Basileensis; *in Elisatio Comitatus II de Frisia duae partes*, quae nempe usque ad Mosam Oceano influentem pertingunt. His regionibus recensitis Carolus Rex addit: *De regno*, *quod Lotharius habuit*, *super istam diuisionem*: *propter pacis et charitatis custodiam superaddimus istam adiectionem*:

§. XXI. *Ciuitatem Mettis cum Abbatia S. Petri et S. Martini et Comitatu Moslensi, cum omnibus uillis in eo consistentibus, tam dominicatis, quam et uasallorum. De Arduenna, sicut flumen Vrta* (Our) *surgit inter Bislanc* (Beling) *et Tumbas* (Tomen) *ac decurrit in Mosam, et sicut recta uia pergit in Bedensi, secundum quod fideles nostri rectius inuenerint, excepto quod de Condrusto est ad partem Orientis trans Vrtam; et Abbatias Pruniam et Stabolau cum omnibus uillis dominicatis et uasallorum.*

8. An hanc portionem Ludouico Imp. reddiderit.

Pleniorem explicationem suppeditant MIR. donat. piae t. I c. 21. Sed Angilberga Augusta atque Hadrianus Pont. Ludouicum Regem a. 872 eo permouerunt, ut partem regni Lotharii, quam nuper acceperat, Ludouico Imp. Angilbergae marito redderet. Ita enim ANNALES BERTIN.: Ludovvicus apud Trientum cum Ingelberga loquens, partem regni Lotharii, quam contra Carolum accepit, neglectis sacramentis inter eos pactis, sine consensu ac conscientia hominum quondam Lotharii, qui se illi commendauerunt, clam reddidit. Ad annum 873 nihilominus ANNALES FVLD. referunt, regem generalem conuentum Metis habuisse. ANNALES contra BERTIN. regem placitum tenere quidem dispofuisse, sed nuntio de Winedis aduerso accepto, statim Ratisbonam reuertisse. At aliunde constat, Ludouicum portionem suam hereditariam, Ludouico praesertim Imp. e uita migrante, retinuisse. OBRECHT. in prodr. rer. Alsat. p. 58, 71. SCHVRZFLEISCH. diss. de diuisione imp. Carolini §. 49.

9. Regni Germanici siue Franciae orientalis prouinciae

Ex cunctis his fines quidam regni Ludouici quodam modo adumbrare licet, sed ea, quae hodie in regnorum terminis signandis adhibetur ακρίβεια, frustra postulatur. Rex noster generatim regnum Franciae orientalis gubernasse dicitur; at interdum Francia orientalis ab aliis regni Ludouiciani prouinciis discernitur. Regnum Bauariae ut primum is acceperat, ita semper tenuit; multo autem latius id tum patebat, quam hodie; complectebatur enim et Austriam et Carinthiam cum Marcha Auarorum, de qua uid. §. XV, 8, 12. Alamannorum regem Ludouicum appellant documenta literarum priuata; in chartis nostris offendimus ducatum Alamannorum §. XVI, 20. Saxonia regnum dicitur §. XV, 4, quod rarum. Ducatus Saxonicus, item Westfalorum legitur §. XVI, 9, 10. In Thuringia Dux limitum contra Sorabos constitutus erat. Populi, originis Slauicae, uarii regi nostro tributarii tantum erant, sed perfidi, ac perpetuis

bellis

bellis coercendi. uid. §. XXIV. E uerbis epistolae Pontificis §. VIII, 7 recitatis, argumentari liceret, ditionem Ludouici nostri Bononiam usque et Rauennam excurrisse. De regni Lotharingici parte Germanica modo diximus. Omnes hae prouinciae in pagos distribuebantur, quibus Duces aut comites praeerant. Fines singulorum pagorum notare difficillimum est, nec eos umquam accurate constitutos fuisse puto. Pagi maiores continebant minores siue pagellos, ac plures comitatus. Pagis suis assignantur uillae et loca. Villarum quaedam sunt regiae, quas pariter ac palatia regia indicabit §. XXVIII. Marca non unius est significationis; nam modo respicit limites regni, unde marchiones siue duces uel comites limitum; modo uillarum tractum siue *territorium*, quod non differt hodie a *feldmarck*, *bezirck*, *terminey*. Termini etiam in tabulis nostris non semper fines, sed ipsum territorium significant. Optarem, ut quis rerum peritus regnum Ludouici in tabulis aliquot (una enim id non capit) repraesentaret. Chorographiam autem primum pertractare opus erit, quia pagi quidam singulares ex chartis praesertim traditionum egregie restitui possunt, prout exemplo est pagus Grapfeld in SCHANNATI Buchonia exhibitus. Traditiones Frisingenses, Laureshamenses, Corbeienses, monasterii S. Galli, S. Emerami etc. hoc studium itidem multum adiuuabunt. Temporum ubique ratio habenda. Inuestigandum, quando unusquisque locus primum reperiatur, quid pago accesserit, quid detractum fuerit. Tabularum nostrarum ope huic instituto symbolum nostrum additur. Pagos cum uillis et locis recensebimus, sed ita, ut temporum, quae illustranda sumsimus, spatium non egrediamur. Ampliorem notitiam pagorum, qui desiderant, iis praesto sunt MABILLON. CHRON. GOTWICENSE, PAVLLIN. IVNCKER. LOESCHER. PFEFFINGER. ad Vitriar. aliique geographiae mediae aetatis cultores. FALCK. in Saxonia antiqua restituenda egregie laborauit. Pagorum Soraborum et Venedorum accuratiorem descriptionem exhibuit SCHOETTGEN. P. III *der diplomat. Nachlese* p. 361. De pagis ueteris Misniae differt. exstat FRIDER. WIDEBVRGII. add. IO. IAC. REINHARD. *Iuristische- und historische Ausführungen* P. II p. 59 *von den Gauen, worinnen die Fürstlich Nassauische Lande gelegen sind* etc. SCHOEPFLIN. Alsat. illustrata.

§. XXI. diuiduntur in pagos.

Quid sit marca?

Geographiae mediae studium commendatur.

§. XXI. 10. Pagorum recensio.

AFFA pagellus Alamanniae, in Comitatu Ruadolti Comitis Palat.
Antoluinga uilla. HERRGOTT p. 32 n. 56.
ALPEGOWE, Albekevve, Alpicauge pagus Alamann.
Alaffin uilla. HERRGOTT p. 47 hodie Alpfen.
Gurtvvila uilla. ib. p. 46.
Luzheim uilla. ib. p. 31.
Pirihtorf, Pirihchinga, Chuchilipach, Puach, Ezilivvilare, Haivvilare. GOLDAST. t. II rer. Alamann. p. 58 n. 93.
Stoufun locus. ib. p. 43 n. 55.
Tezzilnheim uilla. HERRGOTT p. 26. hodie Tözelen ad fines Cleggouiae.
Waltchilchun. ib. p. 39.
Wizzin uilla. ib. p. 44.
ALTGEWE pagus, in meridiana plaga Thuringiae. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 184 et 290.
Girruzen, Gundakeres, Sumeringen, uillae. ib. p. 290.
AMBERGO pagus in ep. Hildef.
Vpftedi uilla. FALCK. p. 267.
ARBONENSIS pagus, in ducatu Alemanniae.
Puocha uilla. HERRG. p. 33 n. 56.
ARGENGAVVE, Arghangauge pagus in ducatu Alemanniae. GOLDAST. fcript. rer. Alam. t. III p. 54.
Arguna locus.
Concaptio fita in marcho Vuangon prope Argunam Aquiloniorem. GOLDAST. c. l. n. 71.
Wazzarburc infula. ib. n. 48.
ATARGAVVE pagus, in archiep. Salisburg. a lacu *Atterfee* dictus.
Adalhohesdorf locus. CHRON. LVN. p. 54.
Pirichinuuanc locus. ib. p. 57, 62.
Pohperc locus. ib. p. 61, 62.
Puhilespah locus. ib. p. 64.
AVARORVM prouincia.
Harlungeburch locus, ubi antiquitus caftrum fuit, cum reliquis adiacentibus in circuitu, quorum terminia funt eo loco, ubi Erlaffa in Danubium cadit, furfum per ripam eiusdem fluminis usque ad locum, qui dicitur Erdgaftegi, et ab eodem flumine in orientali parte usque ad medium montem, qui apud Winades Colomezza uocatur. PEZ. t. I P. III p. 16.

Harlun-

Harlungeuelt. ib. p. 22. §. XXI.

Lytha, locus ſuper fontem Schönprunn. HVND. P. I p. 197.

Tullina fiſcus regius in regione Pannonia. PEZ. t. I P. III p. 24.

In marcha Auarorum locus Wachauua, qui terminatur a fonte riuuli, qui uocatur Myſtrica, usque ad eum locum, ubi ipſe Danubium influit ac deinde tendit ſurſum in ripam Danubii usque in Boehbach - - - iuxta Bochbach ſurſum usque in uerticem montis, qui nuncupatur Ahornica - - - alius locus nuncupatur Accusbach iuxta ripam Danubii. HVND. P. II p. 9 in charta monaſterii Altahenſis. item p. 12 eidem monaſterio confirmatur poſſeſſio locorum in Pannonia Scalcobach, ſicut ipſe riuulus fluit in occidentalem partem usque in Dagodeos Marcha, et inde in Orientalem plagam usque in Ryzara Marcha, atque in eum locum, quem uocat Cidalaribach in ſaltu Eniſae fluuii, qui coniacet inter Danubium et Ibyſam, atque Hurulam in meridianam partem, usque in uerticem montis et ad Biugen.

BOROCTRA pagus, in ducatu Saxoniae, dicitur forſan a Bructeris. SCHATEN. p. 157. uid. *Dreini* pagum.

Porricbeci (Pyrbeke) uilla. in Chartular. Werthinenſ. ap. LEIBNIT. t. I rer. Brunſuic. f. 117.

BRISIGAVGE pagus, Brisgau.

Lollinga uilla. GOLDAST. c. l. n. 51.

Vſhuſun, Merishuſa marcha, Vuitrachomarca, Vuitunovva marcha. GOLDAST. c. l. n. 74.

BVCHONIAM accuratius repraeſentauit SCHANNAT.

CHELASGVE pagus in ducatu Baioariae, a fluuio Kelz nuncupatus.

Fandolueshuſun, Guntereshuſun, Mandechingon, uillae. PEZ. theſ. anec. t. I P. III p. 19.

CHLETGOWE, Chleggovve pagus, in ducatu Alamanniae, *Kletgau.* in comitatu Adilberti. HERRGOTT. p. 26.

Altunburch uilla. ib. p. 44.

Lodeſtetin. ib.

Louchiringa uilla. ib. p. 25.

CHOCHINGOWE pagus, in ducatu Franciae orientalis, a fluuio Cochera dictus.

Rotaha et Weſtheim, uillae. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 476.

§. XXI. DARNAV pagus Lotharingiae.
Sodoſa marca uel uilla, quae ſita eſt ſuper fluuium Geldiun, in comitatu Giſelberti, - - - et ſilua, quam determinat ab oriente res Liutberti, ad auſtrum fluit Sambra, ad occidentem res ſancti Lamberti, ad aquilonem item res Liutberti. HELWICH. antiq. Laureshan. p. 28.
DERLINGO pagus Saxon.
Bochinafeld campus. FALCK. p. 15.
Sunſtede uilla. ib. p. 61.
DREINI pagus in ducatu Saxonico ſiue Weſtphaliae.
Dreini et Boroctra pagi, in comitatibus Burchardi et Warini, caſae dominicatae cum territorio dominicali in Seliheim, et in Stockheim. SCHATEN. p. 157.
DVRGAVGENSIS, Turgaugenſis pagus, Durgovve in ducatu Alamannico.
Cecinchauon. HERRGOTT. p. 46.
Chama curtis. CONRING. cenſur. p. 368.
Chezivvilare uilla. HERRGOTT. p. 22.
S. Galli monaſterium. MVRATOR. t. V antiq. Ital. p. 959.
Helſintesvvilare marcha. HERRGOTT. p. 36.
Nuzpoumin uilla. ib. p. 44.
Puozzerisuioda locus. ib. p. 23.
Richelinga uilla. ib. p. 29.
Seeheim uilla. ib. p. 28.
Tegreſca. ib. p. 46.
Turegum curtis. ib. p. 30.
Vzonvvilare. ib. p. 45.
Zuginrehot uilla. ib. p. 36.
FELDVN pagus, in ducatu Bauariae ad Filuſam.
Iazaha locus. PEZ. t. I P. III p. 249. forte *Jetſtetten*.
FILICOVSGAVVE pagus, in ducatu Bauariae ad Filuſam.
Yſminga uilla. CRVS. ann. Sueu. P. II p. 58.
FLEITHI pagus Saxon.
Hariberneſſun uilla (Harnbaſuſen in epiſc. Hildeſ.) FALCK. p. 4.
FLINA, pagus Sueuiae, in dynaſtia Helfenſteinenſi.
Hohenſtat uilla. CRVS. ann. Sueu. P. II p. 58.
Weiſteti locus. ib. p. 58.

FOLC-

FOLCFELD, pagus Franciae. §. XXI.

Brunnonſteti uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 211.

Lintaha, Lindenloh, Lindelbah, Vuigericheshuſun, Speozesheim, Grezzeſtat. ib.

Svvarzaha monaſterium. ECCARD. rer. Franc. t. II p. 887.

GARDACHGOWE pagus Franciae orientalis. FREHER. origin. Palat. P. I p. 59. CHRON. GOTWICENS. p. 602 loca huius pagi ex traditionibus Lauriſhamenſ. indicat.

GOLDINESHVNTARE pagellus Alamanniae, in comitatu Vdalrici comitis.

Heriprehtinga uilla. HERRGOTT. p. 32.

GRAINGA pagus in ducatu Weſtphal. SCHATEN. P. I. p. 160.

Kelueri uilla. ib. p. 162.

GRAPFELT pagus Franciae orientalis. SCHANNAT. in Buchonia uetere hunc pagum egregie illuſtrauit; item IVNCKER. in Geographia medii aeui p. 224 ſq.

Adalolfesleiba. SCHANNAT. tradit. Fuld. p. 201.

Aſcaha uilla. ib. p. 203.

Aten captura. ib. p. 203.

Fridirichesrot uilla. SCHANNAT. hiſt. Fuld. cod. prob. p. 187.

Fuldenſe coenobium. ib. n. 14.

Geruvineshuſun uilla. ib. p. 188.

Helmricheshuſun uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 196.

Herolfesſteti. ib. p. 201.

Hohheim uilla. ib. p. 188. 201.

Hohireod uilla. ib. p. 204.

Horobachorum marca. ib. p. 187.

Hoſtheim uilla. ib. p. 209.

Ishereshuſun. ib. p. 201.

Iuchiſa uilla. ib. p. 197. 198.

Lembirbachorum marca. ib. p. 187.

Rotmulti uilla. ib. p. 203.

Suuinfurt uilla in finibus Gelteresheimono. ib. p. 201.

Veſtheim uilla. ib. p. 188.

Vuaccanheimeromarcu uilla. ib. p. 187.

Vualdbaringi uilla. ib. p. 209.

Vualtratehus uilla. ib. p. 204.

§. XXI. GRVBINGAW pagus Sueuiae, in comitatu Warinhari.

Tuiffenthal locus. CRVS. ann. Sueu. P. II p. 58.

Wifonteftaiga locus in pago Pleonungethal, ad flumen Filifa, quod eft fitum in Grubingavv-marco etc. ib. p. 58.

GRVNTZWITI pagus Baioariae.

Territorium quoddam incipit ex plaga orientali, a Sumerperch, ficut miffi Geroldi Comitis defignauerunt, usque in Dracisma ad locum, qui uocatur Hohoga, Plaettehinn, et inde furfum usque ad territorium Epifcopatus Pataujenfis Ecclefiae, et exinde ad plagam Auftralem usque in Heribrunnum. Deinde ex parte occidentali usque ad eum locum, ubi Flinspach exit de fylua a parte aquilonis, ficut ipfa fylua pergit usque ad iam dictum montem, qui uocatur Sumerperch. RETTENPACHER annal. Cremifan. p. 31.

GVOTTINGA pagus Saxon. Ofthphal.

Amplidi uilla. SCHATEN. P. I p. 133. (Empelde. FALCK. c. l. p. 10).

HARDEGO pagus Saxon.

Widisleue uilla. FALCK. p. 7.

HATTVARIA pagus Ripuariorum.

Geizefurt uilla fuper fluuium Nerfa in Odenheimero marca. HELWICH antiq. Lauresham. p. 27.

Sylua, quam determinat ab oriente fluuius Lusgochesbach usque in Nerfchinam, et a Nerfchina usque in Nerfam, et a Nerfa usque ad fyluam campumque, qui diuidit Odeheimero marcam. ib. p. 27.

HEEGEWA pagus Alam.

Hadalongcella. DOVBLET. hift. mon. S. Dionyf. p. 784.

HESSI pagus Francorum; Haffia late defcribitur in CHRON. GOTWIC. p. 627, fed iuftam chronologiam defidero. FALCK. p. 67. Diuerfus hic pagus a pago Heffi Saxoniae uel Angariae.

Ambrichi uilla. FALCK. p. 65.

In prouincia, quam Heffi inhabitant, uillae Affaltra, Gilihha, Buochela, Fiermenni et Scroufli, Mehilina. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 191.

HVOSI pagus Bauariae ad Glanam.

Solzimos uilla. PEZ. c. l. p. 19.

HVVE-

HVVETIGO pagus in comit. Pyrmont. et Sualenberg. §. XXI.
Billurbechi uilla. FALCK. p. 111.
Bracu uilla. ib. p. 63.
Scitira uilla. ib. p. 6.
ILARGOWE pagus Sueuiae.
Campidonense monasterium. PAVLLINI hist. Visbecens. p. 10.
Heimmortingomarcu. MEICHELBECK p. 349. hodie Heimertingen feudum ecclesiae Campidonensis, ad Comites Fuggeros pertinens.
LANGNEA pagus Saxoniae, a pago Login haud diuersus uidetur CHRON. GOTWICENS. Late FALCK. p. 63.
Budinifeld uilla. FALCK. p. 63.
Hemli uilla. SCHATEN. P. I p. 132.
LERI pagus Westphaliae; in ducatu Falhon. FALCK. p. 74.
Fischboecki cellula iuris regii. SCHATEN. P. I p. 144.
LINZGAVGE pagus Alamann.
Achstetten uilla. HERRGOTT. p. 48.
Druantesuuilare, Eilingun, Habenuuilare, loca. ib.
LOBDENGOVVE pagus Franciae orientalis. Hunc pagum FREHER. in orig. Palat. latius explicat.
Abermesburg locus. HELWICH. antiq. Lauresh. p. 30.
Laurishamense monasterium.
Windenheim locus. CRVS. ann. Sueu. P. II p. 58.
MARSTEM pagus Sax.
Fohanreder uilla. FALCK. p. 272.
MATAHGOVVE, Matahgauui pagus Baioariae.
Maninseo, monasterium S. Michael. Archangeli.
Maticha locus. CHRON. LVNAEL. p. 57.
MERTENAW, Martinhauga, Ortenau, pagus Alamanniae et Alsatiae. Mortonogovva. DOVBLET. hist. mon. S. Dionys. p. 784.
Guntersvvilre. HERRGOTT. p. 27.
MOINGOWE pagus Franciae orientalis.
Mulinheim. TOLNER. cod. diplom. p. 6.
Saligunstad, monasterium. ib.
MVLAHGOVVE pagus Franciae orientalis.
Alahdorp uilla. SCHANNAT. tradit. Fuld. p. 193.

§. XXI. MVSELAHGEWI pagus Moslenſis, Lotharingiae Moſellanicae.
Berge uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 210.
NECKERGEW pagus Franciae orientalis et Sueuiae.
Biſſinga locus.
Nabera locus.
Nidlinga locus.
Wilheim locus.
} CRVS. ann. Sueu. p. 58.
Hetſilingua cellula. DOVBLET. hiſt. mon. S. Dionyſ. p. 784.
NIBALGAVGE pagus in ducatu Alamanniae. GOLDAST. ſcript. rer. Alem. t. II p. 49.
NITENSIS et WORMACENSIS pagus occurrit in ANNAL. FVLD. ad a. 880.
In Nitenſi ſiue Nithagevve reperitur Horaheim. SCHANNAT. tradit. Fuld. p. 125.
NORDGOWE pagus, pars ducatus Baioariae, alios plures pagos complectebatur. FALCKENSTEIN. in Analect. Nordgauienſ. P. II p. 149 diſquirit: ob Noricum und Nordgau vor einerley und gleichgültige Wörter zu halten?
Aichſtet, epiſcopi ſedem.
Engoldeſtat. BALVZ. t. I p. 375.
Priemberch. De hoc loco iam in Caroli M. Capitul. obuio uid. FALCKENSTEIN c. l. P. I p. 1.
NORTHTHVRINGI pagus. FALCK. c. l. p. 42.
PATHERGO pagus ſiue tractus Paderborn.
Wamuri uilla. FALCK. p. 113.
PERACHTOLDESPERA pagellus in comitatu Vtonis Comitis, BARA pagus Alemanniae ad nigram ſyluam, Landgrauiatus Barenſis.
Paldinga uilla. HERRGOTT. p. 32 n. 56.
PLEONVNGETHAL pagus Alemanniae; ad pagum Alpengovv pertinebat.
Wiſonteſtinga monaſterium in comitatu Werinherii. CRVS. ann. Sueu. P. II p. 58.
PRISICOWE, Prisgaudi pagus Alemanniae, Brisgouia.
Buabiliuisvvilare. HERRGOTT. p. 45.
Munzinga uilla. ib. p. 27.
Vuitinovva locus. GOLDAST. ſcript. rer. Alem. t. II p. 30.

QVIN-

QVINZINGAVVE, Kunzingovve pagus Baioariae. §. XXI.
Altahae inferioris monasterium. HVND. p. 11.
Rossapah locus. CHRON. LVN. p. 49.
Sulzipah locus. ib. p. 67. 86. PEZ. t. I P. III p. 28.
terrae quaedam ad Filusam. CHRON. LVN. p. 81.
REHTSA pagus Alam.
Harbrittinga cellula. DOVBLET. hist. mon. S. Dionys. p. 784.
RETIENSIS pagus Nordgouiae et Sueuiae; Raetia, *Ries*.
In charta inedita Ludouici Germanici regis a. eius XXXVI monasterio Lauresham. data: *de rebus praefati monasterii inter Raetiam et Suualeueldon in locis nuncupatis Buila, Rumilinga, Gunzenheim, Mundilinga, Ranheim.* CHRON. GOTWIC. p. 740.
In loco Saulifelt filii Ludouici German. regnum diuiserunt.
RINECGOWE, Renensis pagus Franciae orientalis ad dextram Rheni.
Bibifloz uilla. CHRON. LAVRISHAM. p. 109.
Bicchumbach. FREHER. de Lupoduno p. 26.
Bisistat. ANN. FVLD. ad a. 870, 873.
Houa in comitatu Gunthramni comitis. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 163.
Langungon uilla. CHRON. LAVRISHAM. p. 109.
Seneim. FREHER de Lupoduno p. 26.
Wadtinheim uilla. CHRON. LAVRISHAM. p. 109.
Wisgoz fluuius. ib. p. 109.
RIPOARIORVM pagus Austrasiae; plures pagos comprehendebat.
Werthina locus. LEIBNIZ. script. rer. Brunf. t. I p. 102.
ROTACGEVVA pagus Baioariae ad fluuium Rotam.
Intinstegon locus. CHRON. LVN. p. 64.
locus ad Perge. ib. p. 59.
Pochinga locus. ib. p. 52.
Skefouua uilla. PEZ. t. I P. III p. 226.
SALAGEWE pagus Franciae orientalis.
Adalfrideshusun in Salegouueno-marcu. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 192.
Chinzziche uilla. ib. p. 180.
Matolfeshus uilla. ib. p. 186.
Nuttelinga uilla. ib, p. 181, 187.

Scuntra

§. XXI. Scuntra uilla. ib. p. 199.
Tulba uilla. ib. p. 185.
Vrdorph uilla. ib. p. 186, 192, 194, 199.
SALZPVRCAVVE pagus Baioariae.
Hiltigerisdorf locus. CHRON. LVN. p. 69.
Hoherahah, curtis regia.
Oftermutinga, curtis regia.
Sura locus. CHRON. LVN. p. 65, 77.
Vuengi locus ib. p. 63.
SCHWEINACHGOWE pagus Baioariae.
CHRON. GOTWICENS. p. 766 huic pago adfcribit monafterium Medemenfe, cui Ludouicus Iunior dedit omne foreftum et praedium inter ipfum monafterium et Danubium, hoc eft, in pago --- de Steine usque in Khrapfenzayn, inde in Pranne, inde in Zvverchloe usque in Zeidlorn et fic usque in Danubium. BRVSCH. fupplement. chronol. monaft. p. 23.
SISIGAVGENSIS pagus Alfatiae.
Honoltesuillare uilla. SCHOEPFLIN. Alfat. illuftr. t. I p. 639.
SPIRAHGOWI, Spirenfis pagus, inter Alfacenfem et Wormacenfem. ANN. FVLD. ad a. 871. Reftituitur ex chartis Laurishamenf. in CHRON. GOTWIC. p. 780.
SVILBERGI pagus in comitatu Daffel.
Ymmanhuf. FALK. p. 98.
Thiednodeshus. ib. p. 298.
SVNDARGAVVE pagus Baioariae alios complectitur.
Eipilingun. MEICHELBECK. t. II p. 350.
Poche. CHR. LVN. p. 66.
Sundargaue uilla in comitatu Rumoldi. PEZ. p. 23.
SVTHERBERGI pagus Weftphaliae.
Arpingi uilla. SCHATEN. p. 162.
Lodre uilla. ib. p. 162.
SVTHVRINGIAE pagus, ampliffime explanatur in CHRON. GOTWIC. p. 801.
Heiriki uilla. HARENBERG hift. Gand. p. 584. SCHATEN. A. P. p. 183.
SVTRACHI, Sudergavve pagus Weftphaliae.
Aldgreposhem uilla. LEIBNIZ. fcript. rer. Brunf. t. I p. 102.
Kompingvverua uilla. ib.

SVVER-

SVVERCENHVNTARE pagellus Alemanniae. § XXI.

Heiginga locus.
Muntinga uilla.
Stetiheim locus. } HERRGOTT. p. 32.
Stiutzringa locus.
Wiltzinga locus.

TONAHGEVVI, Tonogeuue, Tonocgeuua, Tunahgovve pagus Baioariae, Donagau.

Alburch uilla. RETTENPACHER p. 34.
Engildeonis comitatus. PEZ. p. 27.
Epilinga locus. RETTENPACHER p. 34.
Gingincboua locus. PEZ. t. I P. III p. 250.
Hahalinga locus. ib. p. 249.
Matingas locus. CHRON. LVN. p. 60.
Samutesbach uilla. PEZ. p. 27.
Scampah locus. ib. p. 250.
Tuncilinga uilla. ib. p. 216.

TRECWITI pagus Weſtphaliae. uid. GRAINGA pagus. SCHATEN. P. I p. 160. *Hreewiti.* FALCK. p. 301.

TRVNGAVVE pagus Baioariae.

Chremiſa monaſterium. RETTENPACH. p. 34.
Pahheima locus. CHR. LVN. p. 60.

TVLLIFELD pagus Franciae orientalis pars Buchoniae.

in Hoitinomarcu uilla Wolfmunteshuſun. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 196.
Vueitaha uilla. ib. p. 185.
Weſtheim uilla. ib. p. 197, 205.

VFGAVVI pagus Baioariae.

Groninpah locus. CHRON. LVN. p. 81.
Oſtarperhtesdorf locus. ib. p. 51.
Vfgovve pagum refert CHRON. GOTWIC. p. 832 ad Franciam orientalem.

VRONIA pagellus in pago Durgaugenſi. CONRING. cenſ. dipl. p. 360. HERRGOTT. p. 30.

Burgilla et Silana.

WERINGEVVE pagus Franciae orientalis.

Altendorff uilla, in marcu Gruonbechero. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 190.

§. XXI. WESTRACHI pagus Frisiae.

Invvoftarburon uilla. LEIBNIZ. fcript. rer. Brunf. t. I p. 102.

WETAREIBA pagus Franciae orientalis. Wetterauia plenius defcribitur in CHRON. GOTWIC. p. 850 ex tradit. Fuld. et Laures-ham. conf. BERNHARDI antiquit. Wetterauicae.

WINGARTEIBA pagus Franciae orientalis.

Liubegheim et Menfingenheim, uillae. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 476 p. 195.

WORMATIENSIS pagus, Wormazfeldun etiam luculenter repraefentatur in CHRON. GOTWIC. p. 868.

Apfloa uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 196.

ZVRICHGEWE pagus Alamanniae. Zurichgovve pagus.

Velebach. HERRGOTT. p. 43.

Wangun. ib. p. 44.

Wirchilleozha. ib. p. 43.

11. Loci et uillae pagis adfcribendae. Tantum de pagis, fed non omnia loca nominatim ad pagos fuos referuntur. Nonnullae enim chartae, ueluti Frifingenfes, pagos filentio fere tranfeunt; fed nemo dubitabit, uillas pagis fuis fubiectas fuiffe. Quodfi igitur nobis id negotii imponatur, ut loca pagis fuis reddamus, difpiciendum erit, annon locus a flumine, monte, fylua etc. fignetur; deinde obferuemus ad quam ecclefiam uel monafterium locus pertineat, quo in comitatu fitus fit. Sicut enim comitatus ex pagis, ita pagi ex comitatibus definiri poffunt. Infinitum laborem aggrederemur, fi curam noftram ad omnes uillas uagantes proferremus. Nunc fpecimine contenti alii tempori referuamus latiorem inueftigationem. SCHANNAT. poffeffionem Fuldenfem, GOLDAST. S. Gallenfem, PEZ. S. Emeramenfem, MEICHELBECK. Frifingenfem indicat, quod, aliis notis deficientibus, generatim tenendum.

Alincboba, locus, ad monaft. S. Emeram. pertinens. PEZ. t. I P. III p. 14.

Altabenfi monafterio tradit Bribinus Dux de Ducatu fuo, quicquid habuit ad Salipiugiti infra terminos iftos. In Orientem ultra Salam fluuiolum usque in Slougenzim Marchan et Strefinaren, et fic furfum per Salam usque ad Waltungefpuch, et fic inde usque in Hrabagisreit, et ad Chiriftetin. HVND. P. II p. 11.

Altdorf

Altdorf, Niunhusa, ad Walde, Zullinga, Vſterlinga, Smidaha, ad Mahouue, ad Bouhhae; loca ad monaſterium Altahenſe ſpectantia. HVND. P. II p. 12. §. XXI.

Altſteti uilla, mon. S. Galli. GOLDAST. ſcript. rer. Alam. t. II p. 47.

Anninwilare in charta mon. S. Galli. HERRGOTT. p. 25.

ad *Antiquum* campum pro eccleſia mon. Prum. MARTENE t. I p. 194.

Aparineſſeo locus, cum omni foreſte, Aberſee, in ditione monaſt. Monſeenſ. ubi termini deſcribuntur: in occidente a riuo nominato Zinchinpah, ubi ipſe in Aparineſſeo decurrit, et ab Oriente in eo loco, ubi Tinnilipah in eundem lacum influit, usque ad eum locum ubi Iſcula in Trunam cadit, ex alia parte usque ad Wizinpah, ubi et ipſe in Atarſeo uadit, et ad alium Wizinpah, usque dum ipſe in Trunam decurrit. CHRON. LVNAELAC. p. 72.

Atinga uicus, mon. S. Emerami. PEZ. t. I P. III p. 239.

Benninwanch, locus, in territorio mon. Chremiſenſ. RETTENPACH. p. 33.

Bernwinteschiricha prope fluuium Meiſaha, ab eccleſia Friſing. datur Adalberto comiti. MEICHELBECK p. 342.

Binga mon. Prum. MARTENE t. I p. 191.

Biſchoffeshoui, ad ep. Conſtant. HERRGOTT. p. 32.

in *Bleibueld* uilla, tradit hobas aliquot monaſterium Fuldenſe comiti Heſſi. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 469.

Bodolungboua locus ad ep. Ratiſpon. PEZ. p. 248.

Buchuſa, locus, monaſt. S. Emeram. PEZ. t. I P. III p. 14.

Buechofen, Heidolfinga, Oparinhuſa, Bogama, Anſolfinga, Vrbach, Schellmaha, Müliheim; loca ad monaſterium Altahenſe ſpectantia. HVND. P. II p. 12.

in *Buggenheimono* marca, item in Rosbah, Otenbah, in ciuitate Mogontia, in Tienenheim atque Oppenheim, in Simera, Chira, Vuentilesheim, una traditione uarias poſſeſſiones acquiſiuit mon. Fuldenſ. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 181, 182.

Bugimthi, eccleſia in epiſcopatu Oſnabrugenſi, data mon. Herford. SCHATEN. P. I p. 141.

Buochun, locus, mon. Ottingenſ. HVND. P. III p. 42.

§. XXI. *Caput Trebie* locus, haud procul ab urbe Placentina situs. MVRATOR. antiq. It. t. V p. 501.

Chauinga, mon. Monseens. CHRON. LVN. p. 86.

Chiricheim. GOLDAST. script. rer. Alem. t. II p. 30.

Corbeia monasterium super fluuium Wisera, in uilla regia, in loco dudum nuncupante Hucxeri. SCHATEN. A. P. p. 130, 132, 133, 144, 178.

Crastiniacum uilla. LVNIG. spic. eccl. P. III p. 725.

Cucinhusir uilla prope fluuium Mosaha, eccl. Frising. hodie Gintzenhausen in districtu Crantspergensi. MEICHELBECK p. 324.

Dabhauwa, locus prope fluuium, qui dicitur Ampra eccl. Frising. ib. p. 323.

Dreisina fluuius in Muntinchoua marca. HERRGOTT. p. 38.

Durrenpach riuulus. HVND. P. III p. 42.

Einhofa in dioecef. Frising. MEICHELBECK. n. 601 p. 309.

Eitaraba. PEZ. thes. anecd. t. I P. III p. 213.

Eitrungfeldono - marcha in Bochonia. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 470.

Eligauge. GOLDAST. script. rer. Alem. t. II p. 28.

Elisba uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 206.

Elmaha flumen. ib. p. 191.

Epilinga, locus. RETTENPACH. p. 34.

Eresburg. ecclesia, concessa mon. Corbeiens.

Erlaffa. PEZ. thes. anecd. t. I P. III p. 22.

Espinaueld uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 469.

Ettinchoue, ubi Engilmarus proprietatem habuit, post traditam mon. S. Emeram. PEZ. thes. anecd. t. I P. III p. 25.

Ezinpah uilla. ib. p. 227.

Feride. LVNIG. spicil. eccl. contin. III Fortsez. p. 73.

Feringa, curtis dominica, in charta Frising. ap. MEICHELBECK. p. 358.

Flanheimmero - marcus. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 196.

in marcha ac uilla *Flaridesheim* (Floersheim), in marcha uel in uilla Albolfesheim, in marcha uel in uilla Mouuenheim, in nouali, qui dicitur prope Thoneresberg, res quasdam proprietatis suae dat Ludouicus Rex S. Cyriaci ecclesiae Neuhaus. dioecef. Vormat. SCHANNAT. cod. prob. hist. Wormat. p. 9.

Franco-

Francofurtensis capella regia acquisiuit capellam ad Cusstein, monasterium ad Vrsella, ecclesiam in uilla Steci, ecclesiam ad Plagstat, uilla Pargilla, ecclesiam ad Sprendilingun, ecclesiam ad Biscofesheim, res aliquas in uilla Seskibach, ecclesiam ad Sueinheim, tres mansos ad Gelstrabah, capellam ad Nerenstein, uillam Kadelcams, capellam in Bunna, Osteren Acha. MARTEN. t. I p. 211. §. XXI

Frienhusen uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 207.

Frisingensi ecclesiae opes largissimae accesserunt, quas dum chartae enarrant, loca multa obliuioni eripiuntur, e. g. Rota, Aaldfridesstat, Vrdorf, Tegrinavva, Pritilinbach, Kimhareshusir, Perchofen, Sevvn, Adalhareshusir, Puochsslachun, Puoch, Impach, Echinacha, Archinisvvente, Pullinhuson, Perchach, Cienperc, Steingauui, Tannara, Helidkereshusir, Chleninauua, Muninpach, Starkinum, Horskinhofum, Kysalheringa, Lozesbach, Potilinbach, Paingas, Crumpinbach, Cuntinhusir, Marcilinga, Halle, Truchtering, Holzen, Zuoltesdorf, Vrdorf, Othelmesdorf, Hafalpach, et Papinkircha, Hrosdorf, Holzhausen et Rotta, Otinhusum, Ominbach, Phrumarun, Harthausin, Reode, Prunnon, Pullinhusin, Sevve, Glara, Inzimnos, Stocperc, Hrodateshopa, Hruodperchtsdorf, Strupinga, Reod, Rot, Luzilindorf, Erlinhuson, Pritilinbach, Peralohc, Hardhusen, Cundpaldesdorf, Chuginhuson, Tagolfing, Gramanesdorf, Ekkulinpurc, Dorfacrum, Ruadperchtesdorf, Glana, Ruite, Pheterach, Wilpach, Alhelmeshusen, Purolfingen, Lansberesried, Erlahusen, Mosaha, Humplen, Leron, Cunzinhuson, Eicylunpurc, Purcrain, Strazbach, Alpagauui, Rota, Affoltrapach, Lantperchtesreode, Niuvara, Heidolfingen, Sindilindorf, Feldgundinha, Pota, Slipfes, Pacharn. uid. MEICHELBECKII traditiones.

Gentzingas marca, mon. Prum. MARTENE t. I p. 191.

Res proprietatis (Ludou. Reg.) quas Folcheri fidelis noster hactenus in beneficium tenuit in Ducatu Westfalorum, coniacentes in pagis *Graingo* et Trecvviti, nec non in comitatibus Burchardi, Waltberti et Albrici atque Letti. SCHATEN. p. 160.

Grandis - uallis monasterium in ducatu Helisacensi. HERRGOTT. p. 28.

Grinstat uilla. MABILL. ann. Bened. t. III p. 679.

Hagenbach uilla. LEHMANN. Chron. Spir. L. III c. 44.

§. XXI. *Hagenbach*. GOLDAST. fcript. rer. Alem. t. II p. 28.

Habchilſtat, locus, in charta permut. Baturici ep. Ratiſpon. et Abb. S. Emeram. et Maurentii ep. PEZ. theſ. anecd. t. I P. III p. 7.

Haionhus uilla ad monaſt. Heriſ. pertinens. SCHATEN. A. P. p. 164, 170.

Harteratesbus. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 516.

Hartinga uicus. PEZ. t. I P. III p. 204.

Haſſinga uilla. SCHOEPFLIN. t. I p. 692.

Heitungesfeldon uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 193.

Hengesfelt. ib. n. 476.

Locus, qui in territoriis uillae, quae *Hereſi* nuncupatur, coniacet, quem Waldburg iure mutuario in propriam hereditatem a Paderbornenſi eccleſia mutuata eſt. SCHATEN. p. 164 et 170.

Herfesdorfero-marcus. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 200.

Heribrantesdorff, ubi mon. S. Emeram. poſſeſſionem habuit. PEZ. p. 25.

Heriſi uilla. SCHATEN. A. P. p. 164, 169.

Herolfesfelt. LAMBERT. SCHAFNABVRG. ad a. 845.

Herolfesſteti. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 201.

Hbreni eccleſia, in parochia Mimigesfordenſi data monaſt. Herford. SCHATEN. P. I p. 141.

Hitinchoua iuxta Iſuram fluuium. PEZ. t. I P. III p. 226.

Hoſtrabum uilla. GOLDAST. fcript. rer. Alem. t. II p. 27, et t. III p. 57.

Holze eccl. Friſing. inter fluuios Iſaurie et Filuſa. MEICHELBECK. p. 325.

Horskinhofun, curtis eccl. Friſing. ib. p. 310.

Hrabagisreit. HVND. metr. Sal. P. II p. 11.

Hruchinga, uilla, quae alio nomine Folinchoua uocatur, monaſt. S. Emeram. PEZ. P. III t. I p. 14.

Hucxeri uid. Corbeia.

Huſhuſan. PEZ. t. I P. III p. 26.

Humplen uilla eccl. Friſing. MEICHELBECK. p. 343.

Hunolzenghoua locus. (ad monaſter. S. Quirini Patauienſ.) PEZ. p. 247.

Ibiſtati uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 184.

Ieſteten uilla. HERRGOTT. p. 44.

Indenſe

Indense monasterium. LVNIG. spic. eccl. P. III p. 725. § XXI.
Ingolstat uilla. HVND. p. 8.
Isberesbusen uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 201.
Kazahano-marcus. ib. p. 192.
Kebirates marca mon. S. Galli. GOLDAST. t. III p. 65.
Kekingon mon. Monseens. CHRON. LVN. p. 86.
Khrapfenzain in charta mon. Metimens. BRVSCHII supplem. chronol. monast. p. 23.
Kirchbach, locus in prouincia Auarorum ab ipso loco pergens per unam semitam usque ad locum, qui dicitur Tumus, usque ad Markam Theotherii, et inde usque sursum Cymenberg. Datus ecclesiae Patauiensi. HVND. M. S. P. I p. 232.
Leichilinga uicus. PEZ. t. I P. III p. 251.
Lentinchoua, Rodratinchoua, Aregisinchoua, Hardheim, Escinbach, Ergoltesbach, Coginbach, Beninchoua, Pitenchoua, possessiones mon. Lunaelac. PEZ. p. 26.
Libtolfesbach uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 204.
Linthard locus mon. Chremis. RETTENPACH. p. 35.
Liuttura-marca. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 195.
Lizzicham uillam Corbeiensibus donat Ludouicus Rex. SCHATEN. p. 178. (hodie Liez oppidulum, in dextra Rheni ripa, ex aduerso Arae fluuii).
Lodartinchoua locus, in charta permutat. Baturici episc. Ratisb. et Abb. S. Emerami, et Maurentii. PEZ. thes. anecd. t. I P. III p. 7.
Lonesbemero-marcus. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 196.
de loco *Loufa*, usque Svvabovva, inde in utraque Rheni parte usque ad locum, qua Shura influit ius piscandi certa conditione permittitur mon. Rhinaug. SAMARTANVS t. V p. 509.
Luchesono-marcus. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 192.
Luchiseranus marcus. ib. p. 195.
Lutaraba uilla mon. S. Galli. GOLDAST. script. rer. Alem. t. II p. 47. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 192.
Machasbah uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 185.
Marahesfeldun. ib. p. 188.
Mechitamulinero-marcha mon. Fuld. ib. n. 470.
Meppia, cella iuris regii, concessa monasterio Corbeiensi. SCHATEN. P. I p. 141.

Mettin-

§. XXI. *Mettingen* uilla. HERRGOTT. p. 44.
Mohinga uilla. MEICHELBECK. p. 372.
Munolfinga. PEZ. theſ. anecd. t. I P. III p. 214.
Muntincboua marca circa fluuium Dreisma ſita. HERGOTT. p. 38.
Naucrauia uilla ad Rhenum. MARTENE t. I p. 193. (Baucrauia, Becrauua, Baccharacum).
Nauuamuinida uilla iuxta riuulum Trebinum mon. Altahenſ. HVND. metr. Sal. P. II p. 12.
Neccranua ſeu Neccrauuia fiſcus regius, in quo eccleſia mon. Altripiae erat. MARTENE t. I p. 187.
Nerenſtein. ib. p. 211.
Nittelinga uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 180.
Niunbrunnen uilla. ib. p. 195.
Nortgardinum ad monaſt. Heriſienſ. pertinens. SCHATEN. p. 164, 170.
Nutilinga uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 186, 187.
Oberunmuneſtri monaſterium in Regenesburc. PEZ. theſ. anecd. t. I P. III p. 14.
Oſdagighuſen, Lutzilandreni, Bocchem, Heringi eccleſiae Paderborn. traduntur. SCHATEN. P. I p. 164.
Oſteringa mon. Monſeenſ. CHRON. LVNAEL. p. 86.
Owilab uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 206.
Paninperc mons. PEZ. t. I P. III p. 258.
Perge uilla. ib. p. 238.
Pergen. ib. p. 26.
Poſſeſſiones mon. S. Emerami ad *Pergen* iuxta Hufhuſan et Adalbrichinchouan iuxta Rocchingan. ib. p. 26.
Perinhereſteti uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 188.
Pilinga uilla. PEZ. t. I P. III p. 232.
Punnincboua. ib. p. 214.
Puobbuſa. ib. p. 214.
Quirnaba uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 469.
Razmundinga uilla. HERRGOTT. p. 29.
Rechendorp uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 194.
Reginisburch ciuitas. PEZ. theſ. anecd. t. I P. III p. 15.
Regimuartesdorf uilla. ib. p. 233.

Rinbo-

Rinbouuae monasterii possessiones in Gahtelinga, Sibelinga, Houestat, §. XXI. Hidestat, Altunburg, Palba, Svvabovva, Ruffa, Woluenesrinti, Wilechinga, Haselaha, Arcinga, Wizvvila, Loucheringa. SAMARTHAN. T. V p. 509.
Rocchinga. PEZ. t. I P. III p. 26.
Rodabusun uicus. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 194.
Robingeshus uilla, sita in silua Bochonia. ib. p. 202.
Rosdorf. PEZ. thes. anecd. t. I P. III p. 21, 233.
Rura fluuius. LEIBNIZ. script. rer. Brunf. t. I p. 102.
Sala fluuius. HVND. metr. Sal. P. II p. 11.
Salageuuensium prouincia. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 194.
Salagewe prouincia. ib. p. 199, 202.
Salagewona regio. ib. p. 198.
Salagewono-marcus. ib. p. 204.
Salegouveno-marcus. ib. p. 192.
Salipiugiti. HVND. metr. Sal. P. II p. 11.
Sallaciola curtis regia. BALVZ. t. II Capit. p. 1504.
Salzbunga uilla in finibus Turingiae super fluuium Vuisara sita. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 183.
In *Saxonia* Ludolfus dux monasterio Brunnistashusano omnem proprietatis suae hereditatem tradidit in Gandersemia marcu, et Aluunge marcu, et Ruderinge marcu, et Dengdia marcu, et Lachtiandorp marcu, et alia loca plurima. LEVCKFELD. in antiq. Gandersheim. p. 22.
Scirnicha. PEZ. thes. anec. t. I P. III p. 22.
Sempinchoua uilla. ib. p. 232.
Sikkowna mons. HVND. P. III p. 42.
Slechdorf. MEICHELBECK. n. 601.
Slougenzim marcha. HVND. metr. Sal. P. II p. 11.
Smachtum et Suitgardinum ad monast. Heris. pertinentia. SCHATEN. p. 164, 170.
Smidaha locus in territor. Chremis. RETTENPACH. p. 33.
Snetta. GOLDAST. script. rer. Alem. t. II p. 28.
Speck uilla. LEHMANN. chron. Spir. L. III c. 44.
Spraza fluuius in territorio Chremis. RETTENPACH. p. 32.

§. XXI. *Starcfrideshusen.* SCHANNAT. trad. Fuld. p. 200.
Stiftinc capella. PEZ. thes. anec. t. I P. III p. 22.
Stoupho mons prope uillam Zartunam. HERRGOTT. p. 35.
Stresmaren. HVND. metr. Sal. P. II p. 11.
Suarzwald saltus. GOLDAST. script. rer. Alem. t. II p. 30.
Suitgardinum uilla. SCHATEN. A. P. p. 164, 170.
Sulzibach locus mon. Monseens. PEZ. t. I P. III p. 28. CHRON. LVNAELAC. p. 86.
Sundheim. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 202.
Sundheimero-marcus. ib. p. 195.
Sunnimuotingon. Sumathingen. Pertinet ad Fuggeros Comites. MEICHELBECK. p. 349.
Sweinaha. HVND. p. 11.
Tagamari uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 188.
Talamazinga uicus S. Emeram. PEZ. t. I P. III p. 251.
Tanchiricha, Tankirchen, Praefecturae Wolfratshusianae. MEICHELBECK. p. 351.
Tanhusa uilla. PEZ. t. I P. III p. 225.
Tengstede uilla. SCHATEN. A. P. p. 183.
Tennisteti uilla. HARENBERG. hist. Gand. p. 584.
Theotherii marca. HVND. P. I p. 231.
Thuna uillula mon. Fuldens. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 470.
Tinguluinga fiscus regius in Baioaria. PEZ. thes. anec. t. I P. III p. 17.
Traubidinga, locus, in charta permutat. Baturici ep. Ratispon. et Abb. S. Emerami, et Maurent. ib. p. 7.
Trofesfteti uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 188.
Truna riuus. CHRON. LVNAELAC. p. 72.
Tullifeld prouincia in Hoitino-marcu. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 196, 197, 205, 206.
Tumestat locus. CRVS. ann. Sueu. P. II p. 58.
Turglena mon. Brum. MARTENE t. I p. 191.
Tuzilinga uicus. PEZ. t. I P. III p. 251.
Vcchinpiunt uicus. ib. p. 251.
Villach pons. HVND. P. III p. 42.
Vrsella monasterium. MARTENE t. I p. 211.
Vualtinhoua locus iuxta fluuium Napa. PEZ. t. I P. III p. 257.

Vuerida

Vuerida monafterium. ib. p. 200.
Vueftheimono-marcus. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 205.
Vuibmundesheim uilla. MARTENE t. I p. 191.
Vuilliberesbus uillula mon. Fuldenf. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 470.
Vuinades. PEZ. thef. anecd. t. I P. III p. 15.
Vuinzara uilla. ib. p. 219.
Vuitarduro. GOLDAST. fcript. rer. Alem. t. II p. 28.
Vuolfmunteshufun uilla. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 196.
Vuolfmuntingas uicus. PEZ. t. I P. III p. 229.
Vuormazfeldono prouincia. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 196.
Wacbrein, locus in territorio Chremif. mon. RETTENPACH. p. 33.
Waltungefpuch. HVND. metrop. Salisb. P. II p. 11.
Wangen pagus Alfatius. HERRGOTT. p. 27.
Wimundasheim mon. Prum. MARTENE t. I p. 188. (forte Wines-heim inter Wald-Laubersheim et Rockheim feu Weinsheim prope Hüffelsheim. HONTHEIM. I, 211).
Witerowald filua. LEIBNIZ. fcript. rer. Brunf. t. I p. 114.
Wornifali in charta Prumienf. MARTENE t. I p. 194.
Zartuna uilla, adiacens monti Stoupho. HERRGOTT. p. 35.
Zillenslotte mon. S. Galli. GOLDAST. t. III p. 65.
Zinchinpah riuus. CHRON. LVNAEL. p. 72.
Zulkftein uilla, fita in ripa fluminis Rheni. CHRON. LAVRISHAM. p. 109.
Zutilinga uillula mon. Fuld. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 470.

Vbi fundi et agri geographice fatis definiti fuere, faepius etiam geometrica defcriptio additur. Indicantur enim *bobae*, *iornales*, *iugera*, *iucbi* (a iugo boum dicti). In terris emetiendis perticam adhibebant (§. XVII, 13). Siluae numero porcorum, qui ex iis pafci poffunt, aeftimantur; prata carradis; uineae ficlis. 12. Fundorum, agrorum etc. menfurae.

§. XXII.

Ludouicus Rex admodum iuuenis regnandi artibus imbuebatur. Iam anno 817 pater ipfum regem Baioariae appellabat, eumque in hanc prouinciam mittebat; fed illam fuis aufpiciis, comitibus adiutoribus, regebat. Sic tefte charta apud MEICHELBECK. num. CCCLXXIII: *Audulfus fuper prouincia Baiowariorum tam potenter et bono-* Ludouicus iuuenis Rex Baioariae appellatur, regnum tamen patris aufpiciis gubernatur.

§. XXII. *honorabiliter a pio imperatore Karolo, deinde etiam a Ludouico eandem potestatem accepit, hanc prouintiam prouidere, regere et gubernare.* Anno sexto imperii Ludouici Audulfus mortuus; posthaec saepius uocatur Kysalhardus. MEICHELBECK num. CCCLXVIII, CCCLXXXII, CCCCLXX, CCCCLXXII. Ludouicum filium regem comitabatur Egilolfus paedagogus. In charta MEICHELBECK. num. CCCLXXII Egilolfus paedagogus Hloduvvici iuuenis inter testes per aures tractos reperitur. adde chartam CCCCLXX seq. Anno 821 Ludouicus imperator in comitiis Nouiomagensibus partitionem regni inter filios suos recensuit, ac iuramentis optimatum, qui tunc adesse poterant, confirmauit. uid. ANNALES LAVRESHAM. ad h. a. Anno 825 Ludouicum filium maiorem potestatem in Baioaria nactum putamus, quia ab anno isto epocham duxit. Ab anno 830 Ludouicus rex sua quidem auctoritate regnare coepit, ita tamen, ut in chartis ipsius anni imperii patris adhuc notentur. De filiorum in patrem Ludouicum coniuratione huiusque exauctoratione conf. t. I

2. Viuente patre, Ludouici filii potestas adstricta.

comment. §. LXXVIII, 4. Ludouico nostro, dum pater uiueret, nec absolutum imperium erat, nec definita formula regnandi, tum quod plurima in turbis agebantur, tum quod pater summa se potestate abdicare nolebat. Nam in regno Ludouico filio destinato comitia, quibus filius ipse adfuit, coegit, iudicia habuit, priuilegia concessit. Quae Ludouico Pio uitam exuente inter fratres acta fuerint, eorum iam in re diplomatica Lotharii et Caroli Calui imperatorum §. LXXXVIII et CXXXX expositorum narratione supersedemus.

3. Conditiones pacis Lothario oblatae.

Ludouicus et Carolus arma aegre arripiebant, fratremque hortabantur, (apud NITHARDVM L. II) *ut memor esset fraternae conditionis, sineret Ecclesiam Dei et uniuersum populum Christianum pacem habere, concederet illis regna a patre suo consensu concessa, haberet sua sibi non merito, sed sola misericordia a patre illi relicta, et in munere offerebant illi, quicquid in uniuerso exercitu absque armis et equis habere uidebantur. At si id nollet, cedebant illi uterque portionem regni, alter usque Carbonarias, alter uero usque Renum. Quod et si renueret, uniuersam Franciam aequa lance diuiderent, et quicquid horum uellet, suae ditionis esset.*

Proelium ad Fontanidicum

At Lotharius lautis his conditionibus contemtis ad cladem istam funestissimam Fontanitensem coeco impetu properabat; sed cum uictus fugere cogeretur, Saxones sibi conciliare studebat; Ludouicus autem partim terroribus, partim gratia Saxonum quidem complures,

res, Austrasiorum, Toringorum atque Alemannorum suae omnes subiugauit ditioni. ANNAL. BERTIN. ad a. 841. Ludouicus et Carolus mutui auxilii caussa, Argentorati anno 842 foedus nectebant, idque solenni sacramento firmabant, quod exhibebimus in appendice num. III. conf. etiam t. I §. CXXXX. Docet hoc monumentum: 1) bellum iudicium diuinum existimatum fuisse, haud secus ac duellum inter priuatos; 2) hoc foedus publicum, approbatione populi, hoc est, procerum regni indiguisse; quibus 3) Rex noster tantam potestatem concessit, ut si sacramentum uiolauerit, isti nulla obsequii religione teneantur; 4) utraque lingua, et latina et theotisca publica habebatur. Paulo post fratres duo, Ludouicus et Carolus, de fratris Lotharii regno diuidendo cogitabant; sed ne quicquam temere uel sine figura iudicii agere uiderentur, arbitrium sacerdotum requirebant, ita ut, si NITHARDI narrationem legas, Taciti aeuum rediisse putaueris. Ita uero NITHARDVS: et primum quidem uisum est, ut rem ad Episcopos sacerdotesque, quorum aderat pars maxima, conferrent, ut illorum consultu, uelut numine diuino, harum rerum exordium atque auctoritas proderetur. Et hoc illis, quoniam merito ratum uidebatur commissum est. Quibus ab initio gesta Lodharii considerantibus, quomodo patrem suum regno pepulerit, quoties populum Christianum periurum sua cupiditas effecerit, quoties idem ipse hoc quod patri fratribusque iurauerat, frustrauerit, quoties post patris obitum fratres suos exhereditare atque delere temptasset, quota homicidia, adulteria, incendia, omnigenaque facinora uniuersalis Ecclesia, sua nefandissima cupiditate perpessa sit: Insuper autem neque scientiam gubernandi Rempublicam illum habere, nec quoddam uestigium bonae uoluntatis in sua gubernatione quemlibet inuenire posse, ferebant. Quibus ex causis non immerito, sed iusto Dei omnipotentis iudicio, primum a proelio, et secundo a proprio regno fugam illum inisse aiebant. Ergo omnibus unanimiter uisum est atque consentiunt, quod ob suam nequitiam, uindicta Dei illum eiecerit, regnumque fratribus suis melioribus se, iuste ad regendum tradiderit. Verumtamen haudquaquam illis hanc licentiam dedere, donec palam illos percontati sunt, utrum illud per uestigia fratris eiecti, an secundum Dei uoluntatem regere uoluissent. Respondentibus autem, in quantum nosse ac posse Deus illis concederet, secundum suam uoluntatem, se et suos gubernare

[Margin: §. XXII. 4. Pactum Argentoratense a. 842.]

[Margin: 5. Lotharii regnum sacerdotibus aequa lance diuidendum committitur.]

§. XXII. et regere uelle, aiunt, et auctoritate diuina, ut illud suscipiatis, et secundum Dei uoluntatem illud regatis, monemus, hortamur atque praecipimus. Hinc autem uterque illorum duodecim e suis ad hoc opus elegit, quorum unus extiti, et sicut illis congruum ut inter illos hoc regnum diuideretur uisum est, contenti sunt. In qua diuisione non tantum fertilitas aut aequa portio regni, quantum affinitas et congruentia cuiusque aptata est: Euenitque Lodhuuico omnis Frisia, etc. **

sic uet. ex. quod nuper admodum quidam sic supplere tentauit: Et Orientalia regna cesserunt, omnis scilicet Germania usque ad Reni fluenta et aliquae ciuitates trans Renum cum adiacentibus pagis. Karolo uero **

sic uet. quod et idem nuper sic supplere conatus est: Karolus uero accepit occidentalia regna a Britannico Oceano usque ad Mosam fluuium, in qua parte ex tunc et modo nomen Franciae remansit."

6. **Ludouicus factionem Stellingorum perdomat.** Eodem anno Ludouicus omni Saxonia peragrata Stellingorum (uid. t. I §. C, 5.) factionem perdomuit; multi enim liberti et coloni in dominos suos coniurarunt, et secundum ANNALES BERTIN. Christianam fidem pene reliquerant; qua impietate Rex eo permouebatur, ut *CXXXX capitis amputatione plecteret, XIV patibulo penderet, innumeros membrorum praecisione debiles redderet, nullumque sibi ullatenus refragantem relinqueret.* Hludouuicus mense Augusto in uilla, quae uocatur Salz, habito generali conuentu, in Saxoniam pergens, ualidissimam conspirationem libertorum legitimos dominos opprimere conantium, auctoribus factionis capitali sententia damnatis, fortiter compescuit. Ita ANN. FVLD. ad a. 842. Vbi locus Salz fuerit, docet ECCARD. *in der gründlichen Nachricht von der Kayserl. und Koenigl. alten Salzburg und dem Pallaste Saltz in Francken.* Anno 843 tres fratres augusti pacem sibi reddere instituebant, ac denique de regnis patriis diuidendis Virduni inter se conueniebant. uid.

7. **Pactio Virdunensis Lex imperii.** §. XXI, 5. Pactio itaque Virdunensis ista iure suo in numero legum imperii primariarum refertur. Neque enim solum ab isto tempore Germaniae regnum finibus suis distinctis terminabatur, sed Rex etiam suo arbitratu regnabat; cum praesertim Lotharius, quem fratres iuniores ex patris uoluntate deberent colere, non impediret, quo minus quisque illorum portionem regni sui, prout melius posset, regeret. uid. NITHARDVS l. IV apud PITHOEVM p. 480. Pa-

ctum

§. XXII.

ctum hoc Virdunense memoratur in MEICHELBECK t. I. num. DCXXVIIII instrumentorum. De pace ad Teudonis uillam anno 844 inter fratres reges firmata diximus §. VII. Omnia capita id postulant, ut pax et iustitiae cultus restituatur, ac rapinae, familiare Germanorum delictum, coerceantur. A. 847 Lotharius et Ludouicus mutua familiaritate transegerunt; nam uterque eorum ad domum alterius inuitatus, conuiuiis et muneribus regiis honoratus est; Ludouicus tamen Lotharium et Carolum ita ut uoluit pacificare non potuit, renuente Lothario propter iniuriam sibi a Gisalberto uasallo Caroli in raptu filiae suae factam. ANNAL. FVLDENS. qui ad annum 848 addunt, Lotharium in colloquio Confluentino id maxime molitum esse, ut Ludouicus posthabita Caroli amicitia sibi germanitatis iure sociaretur, Ludouicum uero pacti memorem suasoria machinamenta ingeniose declinasse. At reges tunc temporis turbatores pacis uideri noluisse, intelligimus ex pactione Marsnensi, mense Februario anno 847 approbata. Caput I commendat uerissimum et non fictum charitatis uinculum; cap. II mutuum auxilium; cap. III pacem publicam; cap. V cautum, ut singulis fidelibus lex, qualem temporibus priorum regum habuerint, conseruetur; cap. VI ut rapinae et depraedationes penitus interdicantur; cap. VII ut missi idonei constituantur, qui caussas secundum legis aequitatem definiant; cap. VIII raptus damnatur; cap. VIIII regum filii legitimam hereditatem regni secundum definitas praesenti tempore portiones post eos retineant. Carolus in adnunciatione sua uult, ut unusquisque liber homo, seniorem, qualem uoluerit, in se et in suis fidelibus accipiat, nec seniorem suum sine iusta ratione dimittat, sed cum eodem in hostem uel aliis suis utilitatibus pergat, nisi lantvveri acciderit. Reliqua uide in appendice num. V. Hoc anno in concilio Moguntino (§. VII, 4) uaria statuebantur ad statum politicum pertinentia. Cap. VI ne rex *assensum praebeat improuide affirmantibus non debere esse res dominicas, id est domino dominantium deditas, ita sub defensione regis sicut propriae suae sunt hereditates*; cap. XVII ne pauperes iniuste *opprimantur uel cogantur, ut res suas uendant siue tradant, ne forte parentes eorum contra iustitiam fiant exheredati, et regale obsequium minuatur, et ipsi propter indigentiam mendici uel latrones, seu malefactores efficiantur, et ut saepius non fiant manniti ad placita, nisi sicut in dominico capitulari olim facto praecipitur*; cap. XVIII *quisquis ex rebus paupe-*

8\. Pax publica ad Teudonis uillam a. 844 sancita.

9\. Lotharii et Ludouici concordia.

10\. Pacto Marsnensi a. 847 pax publica firmatur; seruetur cuiusque lex prisca, missi constituantur, succedant filii regum in regnis nunc inter se distinctis.

Cum suo quisque seniore in hostem pergat.

11\. Concilio Mogunt. a. 847 statutum de rerum dominicarum defensione, ne pauperes res suas uendere cogantur, emtio uenditio

pauperum aliquid comparare uoluerit, in publico placito coram idoneis testibus et cum ratione hoc faciat; cap. XX *parricidis non licebit ultra militiae cingulum sumere, et nuptiis uel coniugiis copulari.* Anno 849 Lodovvicus et Carolus germana charitate conuenientes tanto fraterni amoris uinculo deuincti patuerunt, ut alter alteri baculos publice tribuendo regnum, uxores et liberos superstiti commendaret. ANNAL. BERT. Anno 851 a tribus fratribus regibus in altero conuentu Marsnensi articuli quidam suarum manuum subscriptione roborabantur, quos lege sis in appendice num. VII. Cap I de amnestia, II de concordia, III de mutuo auxilio, IIII de quietis publicae hostibus non recipiendis, V de facinorosis incestus crimine pollutis etc. profugis persequendis et constringendis sancit, VI maxime memorabile quo reges se nullum contra legem et iustitiam oppressuros spondent, fideliumque suorum communi consilio ad restitutionem sanctae Dei ecclesiae et statum regni et ad honorem regium atque pacem populi pertinenti assensum praebituros, in hoc, ut illi non solum non sint regibus contradicentes et resistentes ad ista exequenda; uerum etiam sic sint nobis fideles et obedientes ac ueri adiutores atque cooperatores, uero consilio et sincero auxilio ad ista peragenda, quae praemisimus, sicut per rectum unusquisque in suo ordine et statu suo principi et suo seniori esse debet." En! insigne documentum praecipuorum iurium ordinum regni, quibuscum Rex haud secus ac hodie pacta de gubernando regno iniit. Quibus rerum origines altius repetendae uidentur, ii Capitulationem hic adumbratam existimabunt. Et ut uerum fatear, proceres regni Germanici etiam nunc aptissime definiuntur, *fideles et obedientes ac ueri adiutores atque cooperatores.* Coimperantium enim elogium cum schemate imperii non concordat. c. VIII si aliquis de senioribus de hac conuenientia exierit, de eo quid agendum sit, in conuentu seniorum et primorum decernatur. Anno 852 profectus est in Saxoniam ob eorum uel maxime causas iudicandas, qui a prauis et subdolis iudicibus neglecti et multis modis (ut dicunt) legis suae dilationibus decepti, graues atque diuturnas patiebantur iniurias. Suberant etiam et aliae causae ad se ipsum specialiter aspicientes, possessiones uidelicet ab auita uel paterna proprietate iure haereditario sibi derelictae, quas oportuit ab iniquis peruasoribus iusta repetitione legitimo domino restitui. Igitur in loco qui appellatur Nimia super amnem,

Margin notes:

fiat in publico placito, paricidis non licet sumere cingulum militare.

12. Ludouici et Caroli fides per baculos firmata.

13. In pacto Marsnensi II consiliis fidelium se assensum praebituros spondent reges, eosque adiutores et cooperatores esse iubent.

14. Ludouicus in Saxonia caussas iudicat, auitas possessiones uindicat,

amnem, quem Cornelius Tacitus scriptor rerum a Romanis in ea gente gestarum, Visurgim, moderni uero Wisuracha uocant, habito generali conuentu, tam causas populi ad se perlatas iusto absoluit examine, quam ad se pertinentes possessiones iuridicorum gentis decreto recepit. Inde transiens per Angros, Harudos, Suabos et Holsingos, et per mansiones singulas, prout se praebuit opportunitas, causas populi iudicans, Thuringiam ingreditur. (ECCARD. rer. Franc. t. II p. 420 notat, Ostphalos diuersis in pagis a Visurgi usque ad uiciniam montis Hartonis degentes, Angros uocari, credo quod campestria inhabitarent. *Anger* enim campum et pratum lingua Saxonica designat. Harudi sunt incolae pagi Hartingau per Hartonem eiusque radices distenti. Suabi a pago Suabingau dicti magnam partem Halberstadensis dioecesis occupabant, ut supra ostendimus, et Harudis et Hartinganis contermini erant. Pro Holsingis restituendi sunt Hossingi, qui in pago Hosgau siue Hassingau per Mansfeldium comitatum usque ad Salam fluuium, Thuringiam a Saxonia dirimentem, habitabant.). Vbi apud Erpfesfurt habito conuentu, decreuit inter alia, ut nullus Praefectus in sua praefectura, aut Quaestionarius infra quaesturam suam, alicuius causam aduocati nomine susciperet agendam: in alienis uero praefecturis uel quaesturis singuli pro sua uoluntate, aliorum causis agendis haberent facultatem. ANNAL. FVLDENS. Quaestionarius in glossa AELFRICI est iudex dema Forsitan hi quaestionarii crimina cognoscebant, et comparari possunt cum *Rügegrafen* et *Zentgrafen*. WALAFRIDVS enim STRABO de rebus ecclesiasticis cap 31: *sunt in secularibus*, inquit, *quaestionarii; id est qui reos examinant*. Anno 855 Lothario imperatore defuncto principes et optimates regni filium eius Lotharium super se regnare cupientes ad Hludovvicum regem orientalium Francorum, patruum eius in Franconofurt eum adducentes cum consensu et fauore illius sibi regnare consentiunt. ANNAL. FVLDENS. Ex his perspicimus uim pactorum, quibus reges fratres aliquoties promiserunt, se de portionibus hereditariis regni filiorum seruandis solicitos fore. Ludoicus enim, rex Italiae, filius Lotharii, super portione regni paterni in Francia apud patruos suos Ludovvicum et Karlum conquiritur, Italiam largitate aui Ludoici imperatoris se asserens assecutum. At proceres quondam Lotharii filium eius Lotharium regem Franciae (mediae scilicet, id est Lotharingiae) etiam sacra ratione (unctione) constituunt. ANNAL. BERTIN.

§. XXII.

Praefectos et Quaestionarios aduocatos domi esse uetat.

15. Lotharius iunior suscipit regnum patris, consentiente Ludouico patruo.

conquerente Ludouico imp. fratre.

S

§. XXII. 16. foedera regum. BERTIN. Anno 857 rex Ludouicus colloquium habuit in Confluente castello cum Lothario nepote suo; at in ANNALIBVS BERTIN. legimus: Karlus rex et Lotharius nepos eius sacramentis uicissim exhibitis foederantur. Similiter Ludoicus rex Germaniae et Ludoicus imperator Italiae. Anno 858 mense Februario Rex cum 17. Conuentus Vlmensis. quibusdam consiliariis suis in Forcheim colloquium habuit. Inde condicto placito et designatis ad hoc specialiter Comitibus, in uilla Alamanniae quae uocatur Vlma, Notingum Episcopum et Eburhardum Comitem missos Hludouuici nepotis sui suscepit et audiuit. Post mediam autem Quadragesimam uenit in Franconofurt, et ibi Pascha celebrauit. Interea missi quos ad Hlutharium nepotem suum directos habuit, ueniunt, eumque iuxta condictum, in Confluente castello Regi occursurum esse nunciarunt, Rege autem promissionibus eius credente, et ante dies Letaniarum ad condictum diem et locum ueniente Hlutharius promissa mentitus, neque ipse uenit, neque de suis aliquem mittere uoluit. Foedus enim cum Carlo contra Regem iniit, quod uterque eorum iuramento firmauit. Qui cum se uidisset inlusum esse, reuersus in Franconofurt cum multa de utilitate regni cum 18. Pactum Confluentinum suis tractaret atque disponeret. ANNAL. FVLDENS. Anno 860 pactum istud Confluentinum sancitum inter tres reges, praesentibus multis praesulibus, quorum nomina uide §. VII, 16, et comitibus, de quibus infra §. XXVI. Ludouicus rex fratri ac nepotibus suis Ludouico, Lothario atque Carolo auxilium perpetuum sacramento firmat. Cap. I, II, III, IIII, V, X, XI, XII iisdem uerbis repetuntur ex conuentu Marsnensi secundo; atque adeo ista constitutio de iuribus ordinum regni (uid. num. 13 §. huius). Cap. VIII de rapinis, depraedationibus, conspirationibus, seditionibus, raptu; praeterea leges Christianae et capitula progenitorum; item cap. VIIII sanctiones de ecclesiae honore, regis auctoritate, et populi lege ac iustitia conseruentur. Hludovvicus adnunciat lingua theotisca, summam priorum capitulorum repetens: art. V leges ueteres uult obseruari; art. VI pacem publicam roborat, ac transgressores de Dei banno et de suo uerbo bannit; securus in hostem quisque uel ad placitum siue ad curtem eat, de suo sic vvarnitus (h. e. *verwahrt*, tutus) et de domo sua moueat. Haec eadem Carolus Romana lingua adnuntiat, ac impunitatem spondet iis hominibus, qui ad Hludovvi-

(Marginal notes: repetit capitula plurima pacti Marsnensis II — beside "firmat. Cap. I, II…"; pax publica roboratur — beside "seruari; art. VI pacem publicam roborat".)

§. XXII.

dovvicum transierunt. Anno 861 rex in conuentu Ratisbonensi 19.
Ernustum summatem inter omnes optimates suos quasi infidelitatis Ernustus, cum aliis
reum publicis priuauit honoribus. Vtonem quoque et Berengarium comitibus,
fratrem eius atque Sigihardum Comites, Waldonemque Abbatem, honoribus
cum aliis nonnullis, quasi complices infidelitatis eius, similiter exau- priuatur.
ctorauit. E quibus Vto et Berengarius cum Waldone fratre suo in Gallias ad Carlum Regem secesserunt, caeteris intra patriam in proprietate sua remanentibus. Carlmannus quoque filiorum Regis maximus, res nouas molitus est. Expulit enim duces quibus custodia commissa erat Pannonici limitis et Carantani, atque per suos marcam ordinauit: quod Regis animum rebellionem suspicantis non parum commouit. ANNAL. FVLDENS. Illustrant haec ANNAL. BER- 20.
TIN.: Carolomannus Ludoici regis Germaniae filius cum Resticio Carloman-
Winidorum Regulo foederatur, a patre deficit, et Resticii auxilio nus a patre deficit ma-
magnam sibi partem usque ad Hin fluuium paterni Regni praesumit. gnamque
Hludovvicus Socerum Karolomanni filii sui Arnustum honoribus pri- partem
uat, et nepotes ipsius a Regno suo expellit. Qui cum Adalardo, paterni regni sibi
Irmintrudis Reginae auunculo, suo autem propinquo, quem Hlo- asserit.
tharius patrui sui Hludoici factione insequebatur, Karlum adeunt, a quo benigne suscipiuntur, et honoribus consolantur. Sed et pene omnes, qui nuper a Karolo ad Ludoicum defecerant, ad Karolum reuertuntur, et ab eo familiaritate, et honoribus redonantur. Anno 862 Carlemannus per sacramenta pacis et securitatis suae Reganesburgum uenit, et reddita ratione conuicit aduersarios, patrique suo reconciliatur, iuramento confirmans, ne contra eius iustam po-
testatem quicquam deinceps mente maliciosa machinaretur. Et patri re-
Carlemannus quidem ad sua cum pace reuertitur, Rex uero Mogon- conciliatur et portio-
tiam profectus, occurrentem sibi ad colloquium nepotem suum susce- nem regni
pit Lutharium regem. ANNAL. FVLDENS. Hac de re ANNA- accipit.
LES BERT. ita: Carolomannus Ludoici regis Germaniae filius concessa sibi a patre regni portione, quam pridem inuaserat, et dato sacramento, ne amplius inde sine patris uoluntate inuaderet, cum patre pacificatur. - - - Ludoicus rex Germaniae Lotharium nepotem suum apud Moguntiam accersiens, petit, ut cum eo contra Winedos qui appellantur, aduersus Regulum (Restitium) cum apparatu hostili pergat, qui se primum iturum promisit, post uero a promis-

§. XXII.

21. Ludouicus R. Carolum et Lotharium inter se conciliare studet.

sione sua defecit. IIDEM ad hunc annum Ludouicum *priuatum mediatorem* inter Carolum et Lotharium reges exhibent. Carolus autem Ludouico caussas exponit, cur cum Lothario communicare non posset, nisi hic rationem redderet, et emendationem ostenderet. Horum actorum seriem uid. in BALVZII t. II p. 163. Anno 863 Carlemannus filius Regis, qui praelatus erat Carantanis, tam

22. Carlomannus, Carantanis praefectus, grauiorum criminum accusatus,

multis criminibus et tam magnis apud patrem absens accusatus est, ut merito reus maiestatis haberi debuisset, si ea, quae in eum dicta sunt, ab accusatoribus probari potuissent. Quod Regis animum adeo commouit, ut per se ipsum coram frequentia populi sui protestatus sit, Karlemannum filium suum ab eo tempore et deinceps donec ipse uiueret et regnaret, sua uoluntate publicis honoribus nunquam esse potiturum. Quo audito Karlemannus ab itinere, quo ad palatium ire coeperat, perterritus in Carinthiam se recepit, ibi tutari apud suos, quos sibi fideles arbitratus est, uolens, donec patris ira quiesceret, et ipse per internuncios ueraces sibi fallaciter obiecta purgaret. Interea Rex collecto exercitu, specie quidem quasi Rasticen Margensium Sclauorum ducem cum auxilio Bulgarorum ab Oriente uenientium (ut fama fuit) domaturus, re autem uera ad Carantanos filium expugnaturus accessit: qui reuera ad id temporis defenderet, nisi proditione Gundachari Comitis sui deciperetur incautus, qui

prouinciam amittit,

totum pene robur exercitus secum habens, quasi uada fluminis N. hostibus prohibiturus, cum omnibus copiis transiuit ad Regem, et

Gundacharo comiti commissam;

praelatus est Carantanis, sicut ei prius occulte promissum est, si dominum suum fraude decepisset. Et hic quidem praefecturae dignitatem hoc modo promeruit. Carlemannus uero per iuramenta

sed per iuramenta principum crimina obiecta purgat.

principum uenit ad patrem, de obiectis sibi criminibus securus, quia innocens erat, et testimonio conscientiae fretus, laetum se per omnia exhibebat atque iucundum. ANNAL. FVLD. Et secundum ANNALES BERTIN.: Carolus rex --- Gebehardum Spirensem episcopum de parte Ludoici fratris sui, regis Germaniae --- accipit pro pace petentem, quam idem Carolus semper seruare uoluit, quantum infestatio contrariorum sibi permisit. Sed et alium missum fratris sui Ludoici nomine Blitgarium accipit petentem, ut Carolomannum filium eius a Restitio Winido desertum et a se fugatum, si ad illum uenerit, non recipiat. Quem non longo post tempore decе-

ptum

§. XXII. *A patre in libera custodia tenetur, sed elapsus marcas sibi ablatas recuperat.*

ptum atque desertum a suis, sub conditione sacramenti, pater suus Ludoicus recepit et secum in libera custodia tenuit. Pergunt ad annum 864 Carolomannus, qui in libera custodia cum patre suo morabatur, simulans, se uenatum ire, a patre fuga labitur, et Marcas sibi a genitore ablatas cum consensu Marchionum, qui eum tradiderant, reoccupat. Anno 865 Hludouuicus et Carolus, Reges fratres, apud Dusicam uillam mense Septemb. (Februar.) conuenientes foedus ineunt, et quidquid inter eos leuitate humana uel suggestione militum perperam gestum fuerat, sibi mutuo dimittunt, cuncta retro obliuioni tradenda censentes. Huius autem foederis pactum inuiolabiliter omni tempore conseruandum, testes et admonitores idonei ex utraque parte statuuntur. Nam Hludouuicus ex parte Karoli Hincmarum Remensem Episcopum et Engilrammum comitem: Karolus uero ex parte Hludouuici Luitbertum Archiepiscopum et Altfridum antistitem elegit, ut si forte ab aliquo eiusdem pacti iura laederentur, his admonentibus et gesta priora ad memoriam reuocantibus, facilius in pristinum statum reformari possent. ANNAL. FVLD. Apud BALVZIVM t. II p. 201 extant adnuntiationes utriusque regis. In memoriam reuocant pactum Confluentinum, ecclesiae et regni honorem stabiliunt, atque alter alteri superstiti uxorem et filios commendat, missosque ad Lotharium nepotem decernunt. De Tusiaco Ludoicus Baioariam pergens, Carolomanno filio sibi familiariter reconciliato marcas, quas ab eo tulerat, reddidit. ANNAL. BERTIN. Anno 866 Werinharius comes unus ex primoribus Francorum apud Ludovvicum regem accusatus, quasi Rastizen suis hortationibus aduersus eum incitasset, publicis priuatus est honoribus --- Hludouuicus, Hludouuici regis filius, grauiter ferens, quod Rex quaedam beneficia illi subtrahens, Carlmanno fratri suo reddidit, patri molestus efficitur. Nam nuntiis per uniuersam Thuringiam et Saxoniam missis, quos potuit ad se traxit, et contra Regem rebellare disposuit. Werinharium quoque, Vtonem, et Berengarium Comites a patre suo depositos, suis adhibens consiliis, pristinam eis dignitatem se restituturum esse promisit. Sed et Heinricum principem suae militiae ad Rastizen destinauit, obnixe postulans, ut eiusdem conspirationis fautor fieri non recusaret. Quo comperto Rex Carlmannum ad tuitionem Baioariae derelinquens, concitus uenit in Franciam, et a suis undique confluentibus honori-

23. *Ludouici et Caroli regum foedus, in uilla Dusica initum, cuius testes quidam et admonitores constituuntur.*

24. *Carlomanno Pater reddit marcas suas;*

25. *Werinharius Comes honoribus priuatur.*

Ludouici filii coniurationem

§. XXII.

comp. imit pater, fice apud Franconofurt susceptus est, et conspirationem exortam facile extinxit. Tanta etenim multitudo fidelium suorum cum eo tunc aderat, ut pars aduersa, nisi timor filii eius adfuisset, ligari procul dubio potuisset. Interea Guntpoldus quidam de satellitibus Carlmanni contra dominum suum uolens dimicare, amisso exercitu uix uiuus euasit. Hludouuicus uero mediante Luitberto Archiepiscopo aliisque pacis amatoribus, mense Nouemb. apud Wormatiam patri suo reconciliatur. ANNAL. FVLD. Adde ANNAL. BERTIN. (cui filius reconciliatur.)

26. (Ludouicus et Carolus de regnis nepotum diuidendis paciscuntur.) Anno 867 Ludouicus et Carolus fratres de regnis nepotum suorum diuidendis pactum ineunt, sacramento firmatum, quod dabimus in appendice num. XI. Anno 869 Ludouicus rex Ratisponae graui detinebatur infirmitate, quapropter omne aurum et argentum, quod in thesauris illius inueniri potuit, per diuersa monasteriorum loca distribuit, et pauperibus erogauit. ANNAL. FVLD.

27. (Ludouicus R. aegrotans thesauros suos pie erogat.) Anno 870 cum ad Carolum fratrem Lotharii regni diuidendi caussa pergeret, Flamershemii de solario quodam cecidit, ac laesionem parui pendens Aquis aliquamdiu decubuit; post Ratisbonam rediit, quo filios Ludouicum et Carolum uenire iussit, qui sentientes satagente matre inclinatiorem esse uoluntatem patris erga Carolomannum, quam erga se ad illum uenire detrectauerunt.

28. (Ludouicus et Carolus, filii Ludouici R. aegre ferentes, patrem in Carlomannum benigniorem, inaequalem regni diuisionem meditari, aduersus patrem insurgunt,) Ludoicus ad placitum suum, quod in Franconofurt condixerat, ante Quadragesimae initium uenit, et satagentibus legatis inter eum et filios suos utrinque factae sunt firmitates, ut usque futurum Maium mensem, et ipsi ex parte patris securi manere possent, et illi uastationem regni, quam inceperant dimitterent, et pacifice usque ad idem placitum degerent. ANNAL. BERTIN. Quae ANNAL. FVLDENS. ita declarant ad annum 871: Hludouuicus et Karolus Hludouuici Regis filii dure accipientes, quod quandam partem regni Francorum, quam Rex illis sub testamento post obitum suum habendam delegauerat, ab eis auferri et Karlmanno fratri illorum tradi fama uolitante audierunt, congregata multitudine non modica, Spirensem pagum occupant, contra Regem rebellare disponentes. Quod cum Rex comperisset, de Baioaria profectus uenit ad Franconofurt in Kalen. Febr. missisque nuntiis, animos filiorum suorum sibi reconciliare nititur. Sed cum reciproci nuncii diu laborantes rem ad effectum perducere non potuissent, tandem condicto placito, atque pace ex utraque parte iuramento firmata, Rex quidem in Baioariam se recepit, filii uero illius

in loca

§. XXII.

quos pater non nisi multo cum negotio in obsequium redigit.

in loca sibi delegata profecti sunt. - - - Rex Hludouuicus mense Maio, iuxta condictum placitum, uenit ad uillam Tribure, ibique filiorum suorum animos propter obcaecationem cuiusdam Saxonis, ad iracundiam prouocauit, ita ut ad eius colloquium nollent uenire. Erat enim is, qui excaecatus fuerat, Heimrichi Comitis uasallus. Rex autem filios inde transeuntes in uilla Gericheshein profecutus, uix ad suum inuitauit colloquium, et blandis sermonibus et beneficiorum pollicitationibus aliquo modo mitigauit. - - - Mense Augusto Hludouuicus Rex cum Carolo fratre suo colloquium habuit prope Masa fluuium, sed nec ibi filios suos secum pacificare potuit. Noluerunt enim ad eius colloquium uenire, propter dilationem beneficiorum, quae eis promissa fuerant. Cum autem falsus rumor exisset, Hludouuicum Italiae Imperatorem ab Adalgiso duce Beneuentano insidiose peremptum fuisse, et Rex tristis de Aquense palatio in Orientales partes regni sui rediret; ilico filii eius obuiam ei uenientes, et quibusdam beneficiis ab eo acceptis, sine ulla difficultate regi reconciliantur. ANNAL. FVLD. His iungas ANNAL. BERTIN.: Rex Carolus petentibus nepotibus suis Ludouici fratris sui filiis Ludouico et Carolo per Viridunum obuiam eis locuturus, cum illis perrexit, et inde ad synodum in Duciaco rediit. - - - Missi

29.

Colloquium Ludouici et Caroli R. ad Traiectum.

Ludouici fratris sui ad eum uenerunt postulantes, ut obuiam illi secus Treiectum municipium ad colloquium illius ueniret, sicut et fecit, ducentes secum missos nepotum suorum, qui ea, quae petierunt apud patrem suum, ex illorum uoce narrarent. Vbi etiam missos Carolomanni filii sui interueniente Ludouico fratre suo Carolus rex audiuit, et sicut antea sub conditione suae correctionis eum redire ad se inuitauit, quae inuitatio nihil profecit. In quo aliquamdiu colloquio Ludouicus et Carolus immorantes aut parum aut nihil profecerunt.

30.

Legati Imp. Graecor. munera afferunt.

Anno 872 mense Ianuario circa Epiphaniam Basilii Graecorum Imperatoris legati cum muneribus et epistolis ad Ludouuicum Regem Radasbonam uenerunt; atque ei, inter caetera xenia, crystallum mirae magnitudinis, auro gemmisque pretiosis ornatum cum parte non modica salutiferae crucis obtulerunt. Qui honorifice suscepti, et congrua responsione accepta, redierunt in sua.

31.

Rex a. 872 inter filios regna partitur.

Rex uero mediante quadragesima apud uillam Foracheim generali conuentu habito, filios suos de regni partitione inter se dissidentes pacificauit, et quam quisque partem post obitum suum tueri deberet,

liquido

§. XXII. liquido designauit. Ibi etiam Hludouuicus et Carolus filii eius in conspectu totius exercitus fidem se illi seruaturos esse omni tempore uitae illorum, iuramento firmauerunt. ANNAL. FVLD. Hac de re ANNALES BERTIN. ita: Ludovvicus filios suos Ludovvicum et Carolum ad se uocans, ut eos cum Carolomanno pacificaret, dolose illis iurare fecit; sed et iidem filii sui et homines eorum dolose nihilominus Ludovvico sacramenta praebuerunt. Et uolens idem Ludovvicus pater, ut ipsi filii sui cum fratre illorum Carolomanno aduersus Winidos pergerent, obtinere non potuit. Vnde hostem, quam magnum potuit, cum Carolomanno direxit.

32. Ludouicum et Carolum constituit caussis cognoscendis.

Anno 873 rex in uilla Bisestat prope Wormatiam placitum habuit, filiosque suos Ludouicum uidelicet et Carolum ad audiendum singulorum caussas constituit, ut quidquid illi per se terminare non possent, patris iudicio reseruarent. Vnde accidit, ut undique conuenientium quaerimoniis legitime terminatis unusquisque cum gaudio rediret in sua. --- Mense Nouembri Agathon Archiepiscopus, Basilii Graecorum Imperatoris legatus, ad renouandam pristinam amicitiam cum epistolis et muneribus ad Ludouicum regem Radasbonam uenit, quem Rex honorifice suscepit et absoluit. ANNAL. FVLD.

Legatus Imp. Graecorum cum muneribus uenit.

33. Rex Francofurti de salute regni consultat cum suis.

Anno 874 Ludouicus iunior apud Sanctos Marcellinum et Petrum cum quibusdam patris sui consiliariis secretum habuit colloquium, quod regem de Baioaria traxit in Franciam. Venit enim circa Calend. Febr. ad Franconofurt, ibique de concordia et statu regni cum fidelibus suis consiliatus est. ANNAL. FVLD. Anno 875 rex Triburiae generale placitum habuit. Tunc inter Francos et Saxones seditio non modica exorta, et nisi Ludouicus iunior citius cum suis interuenisset, iam districtis gladiis mutua se caede truncassent. --- Interea Hludovvicus Italiae Imperator obiit: cuius corpus translatum Mediolani, in basilica sancti Ambrosii sepultum est. Quod cum Karolus Galliae tyrannus comperisset, ilico regnum Italiae inuasit, et omnes thesauros, quos inuenire potuit, unca manu collegit. Vnde Hludouuicus Rex iratus, Karlmannum cum exercitu per Baioariam destinauit in Italiam: Ipse uero, iuncto sibi aequiuoco suo, cum manu ualida regnum Karoli ingressus est, ut eum de Italia exire compelleret. Exercitus autem, qui Regem sequebatur uersus ad praedam, cuncta, quae inuenit, diripuit atque uastauit. Karolus uero audito Karlmanni aduentu in Italiam, primo clausis

34. Turbae inter Francos et Saxones compositae.

Carlomannus cum exercitu in Italiam mittitur,

Alpium

Alpium se defendere nititur, sed nihil proficit. Carlmannus enim loca accessu difficilia cum suis praeoccupauit. Ille autem dum negotium ferro decernendum timuisset (est enim lepore timidior) ad calliditatem solitam conuertitur. Nam aurum et argentum gemmasque pretiosas infinitae multitudinis Carlmanno obtulit, ut eum sibi placare, et a paterna fidelitate segregare potuisset: iurauitque, se de Italia cito exiturum, et Hludouuici fratris sui iudicio illud regnum disponendum seruaturum, si Carlmannus inde discederet. Quo inde discedente, et promissionibus illius credente, ille quaecunque pollicitus est, mentitur, et quanta potuit uelocitate Romam profectus est, omnemque senatum populi Romani pecunia more Iugurthino corrupit, sibique sociauit, ita ut etiam Iohannes Papa uotis eius annuens, corona capiti eius imposita, eum Imperatorem et Augustum appellare praecepisset. Qualiter autem regnum illud postea cum suis disposuerit, qualiterue cum thesauris, quos tulerat, in regnum suum redierit, quantasque caedes et incendia in itinere exercuerit, quia certum non habui latorem, scribere nolui. Melius est enim tacere, quam falsa loqui. Anno 876 Hludouuicus Rex misericordia motus, multorumque precibus exoratus, ne Galliae regionem propter Caroli stultitiam perderet, in regnum suum mense Ianuario rediit, uenitque Magontiacum post Epiphaniam, et inde ad Franconofurt, ibique cum suis sequenti mense colloquium habuit. ANN. FVLD. Aliter ANNALES BERTIN. Carolo fauentes: Hludovvicus Rex Germaniae frater eius filium suum Carolum in Italiam, ut fratri suo aduersaretur, transmisit. Quem Carolus Rex fugam accipere, et inde abscedere coëgit. Hludovvicus autem Rex Germaniae, alium filium suum Carolomannum cum quibus potuit in aduersitatem fratris sui, in Italiam direxit. Quod praenoscens Carolus Rex, obuiam ei cum ualidiori manu perrexit. Et quia Carolomannus praenouit, se patruo suo non posse resistere, pacem petens cum eo locutus fuit, et sacramentis utrimque confirmatis ad propria rediit. Hludovvicus uero persuadente Engelranno quondam Caroli Regis Camerario, et domestico, suasione Richildis Reginae ab honoribus deiecto, et a sua familiaritate abiecto, cum hoste, et filio, ac aequiuoco suo Hludovvico usque ad Attiniacum uenit. Ad quem obsistendum Primores Regni Caroli, iubente Richilde Regina, sacramento se confirmauerunt. Quod non attenderunt, sed ex sua parte Regnum Caroli

§. XXII.

sed Caroli R. dolis et muneribus ingentis pretii permotus ex Italia discedit.

aut, ex Ann. Bertin. narratione, formidine perculsus fugit.

§. XXII. pessundantes hostili more deuastauerunt. Similiter et Hludovvicus cum suo exercitu idem Regnum pessumdedit. Sicque Natiuitatem Domini in Attiniaco agens, per placitamenta Primorum Regni Caroli depraedatione facta, cum quibusdam Comitibus ex Caroli Regno, qui ad eum se contulerant, rediit: et per Treuerorum ciuitatem transiens ad Palatium ultra Rhenum Franconofurt peruenit. Ibique dies Quadragesimae, et Pascha Domini celebrauit. ANNALIBVS FVLD. magis consentaneum est chronicon ANDREAE presbyteri apud MVRATOR. t. I antiquit. Ital. p. 50: Post Ludouici Imp. obitum magna tribulatio in Italia aduenit. Colligentes se maiores natu in Ciuitate Ticino simul cum Angelberga sua Regina mense Septembri, Indictione IX prauum egerunt consilium, quatenus ad duos mandarent Regnum, id est Carolo in Francia, et Hludouico in Baioaria, sicut et fecerunt. Tunc Carolus uenit nesciens quicquam de Hludouico. Hludouicus nesciebat, quod Carolus uenisset, et misit filium suum, Carolum nomine, quem propter distantiam homines coeperunt Caroletum nominare. Carolus Rex uenit Papiam. Caroletus in fines Mediolanenses: qui quum de patruo suo comperisset, quod esset in Papia, coeperunt homines, qui se Caroleto adiunxerunt, multa mala facere: hoc est Beringherius cum reliqua multitudine statim uenerunt in fines Bergomenses, residentes in Monasterio Fara per hebdomadam unam, domus deuastantes, adulteria uel incendia facientes. Tunc multi Bergomenses relinquentes domos suas plenas uino et annona, tantum cum uxoribus et parentibus in Ciuitatem uel in montes perrexerunt. Carolus rex haec audiens, statim prae ipsis malefactoribus cum multitudine Populorum perrexit in Baioariam. Tunc Carlomannus germanus eius obuiam ueniens Carolo Regi ad fluuium, qui dicitur Brenta, et pacificis uerbis se inuicem salutauerunt, et pactum usque in mensem Maium firmauerunt, Carlomannus iuit in Baioariam, Carolus Rex porrexit Romam, et Ecclesiae beati Petri dona obtulit, ab Apostolico Iohanne unctus. Et honore Imperii coronatus in Papiam reuersus est mense Ianuario, supra scripta Indictione IX. Quumque idem Carolus Imperator de Roma reuersus in Papia sederet, audiuit, quod Carlomannus Hludouici filius contra eum ueniret: quumque exercitum suum adunare uellet, et cum eo bellum gerere, quidam de suis, in quorum fidelitate maxime confidebat, ab eo defecti, cum Carlomanno

Andreae Presbyteri testimonium.

manno se coniungebant. Quod ille uidens, fugam iniit, et in Galliam repedauit, statimque in ipso itinere mortuus est. Carlomannus uero Regnum Italiae disponens non multum temporis ad patrem in Boioariam reuersus est. §. XXIII.

§. XXIII.

Quamquam reges fratres saepissime, ut ostendimus, dextras iungebant, aeternamque concordiam iurabant; occasio tamen quaeuis leuior eos ad pacta infringenda adducere poterat. Carolus Normannorum furori compescendo impar, in Aquitanorum offensionem incurrebat. Hinc anno 853 eorum legati Ludouicum regem crebris supplicationibus solicitant, ut aut ipse super eos regnum susciperet, aut filium suum mitteret, qui eos a Karli regis tyrannide liberaret, ne forte ab extraneis et inimicis fidei cum periculo Christianitatis quaerere cogerentur auxilia, quae ab orthodoxis et legitimis dominis inuenire nequirent. ANNAL. FVLDENS. Anno 854 Lotharius et Carolus apud Leudicam colloquium habebant, ad quod Ludovvicus inuitatus non accessit; quare fratres isti duo in BALVZII t. II p. 71 foedus iam saepius repetitum renouabant. Carolus adnuntiat se, quia Ludouicus aliquibus impedimentis praepeditus uenire omisit, audita perturbatione, quam filius eius facere conatur, se consociare uoluisse. Si aliquis pari suo superstes exstiterit, ipse, qui remanserit, nepotes suos una cum regno patris sub tuitione et defensione habeat. Certissime deinde suos scire cupit Carolus, se in multis Deum offendisse, animosque eorum negligenter molestasse. Additur sacramentum, quod de securitate mutua sibi iurauerunt: Ab hodierna die et deinceps, si Hludouuicus frater noster illud sacramentum quod contra nos iuratum habet infregerit uel infringit, aut filii eius ad talem partem regni, quam tu contra eum acceptam habes, in quantum Dominus posse dederit, et contra ipsum et contra filios eius ac omnes, qui eam tibi auferre uoluerint absque iusta et rationabili occasione, si tu expetieris, adiutorium tibi defensionis praestabo. Si autem ego te superuixero, filiis tuis talem partem regni, quam tu contra me et meum fratrem acceptam habes, non auferam, sed consentiam. Et si ipsi uel fideles illorum expetierint defensionis adiutorium contra

Acta Ludouici et Caroli regum fratrum.

Ludouicus ab Aquitanis in regnum inuitatur.

2. Lotharius et Carolus sibi mutuam defensionem contra Ludouicum fratrem promittunt.

§. XXIII. ipſum fratrem noſtrum et filios eius ac omnes, ut eam tenere poſſint, adiutorium in quantum potero praeſtabo, ſi tu aut filii tui id ipſum adiutorium mihi praeſtaueritis, et a nobis uos non diſſociaueritis. His peractis Lotharius fratrem ſuum Lodoicum ſuper Rhenum de fraternitate erga Carolum alloquitur. Sed prius acriter ſeſe mordentes, tandem ad concordiam redeunt, pacisque nomine foederantur. Deinde Lotharius et Carolus legatos ad fratrem Lodoicum pro pacis concordia, et ut filium ſuum ab Aquitania reuocet, mittunt. Karlus rex Pippini (filii Aquitaniam ingredientis) cauſſa poſthabita, Lodovvicum nepotem ab Aquitania fugatum ad patrem, in Germaniam redire compellit. ANNAL. BERTIN. Paullo aliter rem narrant ANNALES FVLDENS.: Hludouuicus filius Hludouuici regis ad Aquitaniam pergit, uolens experiri, ſi uera eſſent, quae patri ſuo per legatos gentis promittebantur. Cum ergo ueniſſet, et non eſſet ſuſceptus, niſi ab ea tantum ſola cognatione, quam Carlus maxime offendit propter interfectionem Gozberti, eorum propinqui, quem iuſſit occidi; caeteris omnibus ad ſuſceptionem eius diſſimulantibus, aduentum ſuum illo ſuperuacuum fuiſſe ratus, cum ſuis ſe circa tempus autumni in Franciam recepit. Anno 855 Lotharius infirmatur, qua de re occaſio data eſt Ludoico et Carolo fratribus ad concordiam redeundi. ANNAL. BERTIN. Anno 856 comites pene omnes ex regno Karli regis cum Aquitanis aduerſus eum coniurant, inuitantes Ludoicum regem Germanorum ad ſuum conſilium perficiendum. Quo diutius in expeditione Sclauorum detento, ubi et magnam partem ſui exercitus amiſit, iſti moras illius non ferentes, Karlo regi reconciliantur. ANNAL. BERTIN. Sed pax mox turbata fuit. Nam comites ex regno Caroli regis anno 858 Ludouicum Germanorum regem, quem per quinque annos inuitauerant, adducunt. Carolus et pacem et uictoriam deſperans, partes Burgundiae petit; Ludouicus uero receptis his, qui a Karlo defecerant, Auguſtam Tricorum adit, ibique diſtribuens inuitatoribus ſuis comitatus, monaſteria, uillas regias atque proprietates ad Attiniacum palatium reuertitur. Anno 859 Karlus rex recuperatis uiribus fratrem ſuum Ludoicum nec opinantem aggreditur, et de regni ſui finibus pellit, et congreſſum fratris deſiderat. Anno 860 uterque frater et Lotharius ad Confluentes concordiam iterum iureiurando firmant. Ita hanc periodum memorant ANNALES BERTIN.

3. Ludouicus iunior in Aquitaniam fruſtra proficiſcitur.

4. Ludouicus iam quinque annos inuitatus a comitibus regni Caroli in idem tendit;

diſtribuit amicis comitatus, monaſteria, uillas regias, ſed tandem repellitur, et concordia reparatur.

TIN. quos hic breuiter recensuimus. ANNALES FVLDENS. legatorum querelas latius exponunt, tyrannidem Caroli suos diutius ferre non posse testati. Rex anceps haerebat, contra fratrem agere impium putabat, aeque impium periclitanti populo non succurrere; difficile opinionem uulgi tollere, se regnum dilatare cupere; precibus tandem legatorum fauet. Proficiscitur in Galliam et fugat Carolum, at nimis incauta ductus securitate, omne robur totius exercitus, quem ab oriente secum adduxerat, remisit in patriam; frustra in desertores et proprii domini proditores spei suae fiduciam ponens, quorum etiam consilio ibi decreuit hyemare; ignarus per omnia imminentis sibi periculi, quod ei parabatur ex parte Karli, cuius animum ad ultionem iniuriarum suarum erexerant filii Chuonradi Comitis, Ludouuicum securum et paucos esse, qui cum eo ex suis remanserunt, indicantes: quos ille quidem quasi sibi fideles ad explorandos, sibique renuntiandos actus Karli transmiserat. Illi uero fidem mentiti et Karlo coniuncti, quomodo Ludouuicus ex improuiso cum multitudine exercitus obrueretur, tota intentione moliebantur. Anno 859 singuli, Ludouicus nimirum, Carolus et Lotharius cum aequo numero principum suorum ex aduersa parte nominatim expressorum, iuxta Andernacum castellum in quadam insula Rheni fluminis nauigio uecti conuenerunt, reliquo singulorum comitatu super litus ex utraque parte fluminis consistente. Quam acerbis conuitiis nonnulli episcopi Galliae Ludouicum coetu fidelium exclusum lacessierint, indicauimus §. VII, 14 ad annum 858. Non curamus quidem audacem istam epistolam, sed eo tamen nobis potest prodesse, ut comitum officia, quae negligi putant episcopi, intelligamus. Constituite comites (monent episcopi) et ministros reipublicae qui non diligant munera, qui odiant auaritiam, qui detestentur superbiam, qui non opprimant neque dehonestent pagenses, qui messes et uineas et prata ac siluas eorum nequaquam deuastent, qui eorum pecora uel friskingas uel quaecunque illorum sunt non praedentur neque diripant, et per uiolentiam ac mala ingenia, quae illorum sunt nullo modo auferant, qui Episcoporum suorum consilio quae Dei sunt et Christianitati conueniunt faciant, qui placita non pro adquisitione lucri teneant, sed ut casae Dei, et uiduae, ac pupilli, et populus iustitiam habeant, et plus litigantes ad concordiam salua iustitia reuocare studeant quam committere ut ipsi inde aliquod lucrum possint

§. XXIII. 5. Caroli tyrannis et Ludouici oscitantia.

6. officia comitum.

§. XXIII. iudicum uillarum regiarum,

habere; quos si pacificare non potuerint, tunc, sicut rectum est, iustum iudicium decerni cum magna sollicitudine faciant. --- Iudices denique uillarum regiarum constituite, qui non sint cupidi, qui non diligant auaritiam, et usuras nec ipsi faciant, nec pecunias regias uel suas ad usuras donent, neque a suis subditis usuras fieri sinant. quae omnia uos super omnes ministros uestros odire debetis et fugere. Et seruos regios iudices non opprimant, nec ultra quod soliti fuerunt reddere tempore patris uestri ab eis exigant; neque per angarias in tempore incongruo illos affligant; neque per dolos, aut per mala ingenia, siue inconuenientes precationes, colonos condemnent: quia si per tales uel alias huiusmodi factiones pondus argenti uel auri habueritis in arca, maius et grauius pondus erit peccati quod habebitis in conscientia uestra et anima. Aedificent uillas uestras moderatis castitiis, ut et honestas necessaria sit, et familia non grauetur. Laborent et excolant terras et uineas in tempore cum debita sollicitudine, saluent et dispensent laborata cum fideli discretione, faciant nutrimenta congrua et necessaria; custodiant siluas, unde habeant pastiones; defendant et excolant prata, unde habeant pabula; quatinus non sit uobis necesse per quascunque occasiones quorumcunque hortatibus circuire loca Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, uel Comitum, et maiores quam ratio postulat paratas exquirere, et pauperes ecclesiasticos et fidelium uestrorum mansuarios in carricaturis et paraueredis contra debitum exigendis grauare, et peccatum de facultatibus indebite consumptis in animam uestram congerere. --- Iudices uero uillarum colonos distringant, ut non ecclesiasticos homines uel francos pauperiores aut alienos seruos propter priuilegium regium opprimant, aut siluas uel quaecunque aliorum sunt in sua uicinitate deuastent. Quia Rex iustus, qui iustitiam debet diligere, ministros et colonos impios et iniquos non debet habere; sed omnibus in se et in suis debet imitationem debi-

missorum.

tam demonstrare. --- Missos etiam tales per regnum constituite qui sciant qualiter Comites et ceteri ministri reipublicae iustitiam et iudicium populo faciant; qui sicut Comitibus praeponuntur, ita scientia iustitia ac ueritate eis praeemineant.

7\. Carolomannus, Caroli filius, Liutberti archiep. Mo-

Anno 873 Carolomannus Caroli filius ad regem Ludouicum uenit, qui eum Liutberto archiepiscopo pascendum in monasterio S. Albani apud Moguntiam commendauit, euidenti demonstrans indicio, qualiter illi displicuerint

rint mala, quae isdem Carolomannus in sancta Dei ecclesia, in populum Christianum, et contra patrem suum egit, quandocunque uel ubicunque praeualuit. ANNAL. BERTIN.

§. XXIII. gunt. custodiae commendatur.

§. XXIIII.

Quamquam Ludouicus Sclauicas quoque gentes regno suo complecteretur, istae tamen cum imperio, tum religioni Christianae ualde obnitebantur: Quare Rex noster earum prouincias male pacatas habebat. Nec temere quisquam credat, Sclauos ad eam prouinciae formam, quae in Baioariis aut Alemannis conspiciebatur, redactam fuisse. Enarrabimus, quae Rex noster inde ab istis temporibus, quibus regnum Germaniae quasi emancipatum sua maiestate constare coepit, cum perfida illa natione gessit. ANNALES equidem BERTIN. ad annum 844 Ludouicum Regem Germanorum populos Sclauorum et terras aggressum, quosdam in deditionem coepisse, quosdam interfecisse, omnes pene illarum partium regulos sibi aut ui aut gratia subegisse, referunt: Sed tam late uictoria non patebat, ut Regi imposterum nihil fuisset metuendum. Immo ANNALES FVLDENSES Abodritos defectionem molientes, bello Ludouicum nostrum perdomuisse aiunt, occiso rege eorum Gozzomuil, terramque illorum et populum sibi diuinitus subiugatum per duces ordinasse. Barbarum istum regem charta fucata, qua Corbeiensibus a Lothario imperatore insula Rugia donata dicitur, memorat. Si qua facta fuerit donatio, eam Ludouico nostro, non Lothario, tribuendam, ostendimus t. I §. CXI, 7. Anno 845 Ludouicus XIV ex ducibus Boemanorum cum hominibus suis Christianam religionem desiderantes suscepit, et in octauis Theophaniae baptizari iussit. Ill. IORDAN. origin. Slau. n. DCCCCLXXXVI non duces Boemanos, sed proceres Morauorum hic intelligendos esse putat, nec rarum, Boemannos loco Morauorum in annalibus poni. Suscepit etiam in placito generali Paderbornensi Sclauorum et Bulgarorum legationes, quamquam Bulgari Ludouici imperio non subiecti, uel ob fines regendos uel ob Christiana sacra amplectenda aduenerint, ut haud inepte coniectat ECCARD. p. 385. Anno 846 cum exercitu ad Sclauos Margenses defectionem molientes profectus est, ubi ordinatis et iuxta libitum suum compositis rebus ducem eis constituit Rasticem, nepotem

Res Slauicae.

Ludou. Rex Slauorum populos subegit.

Abodritos in obsequium redigit, occiso rege Gozzomuil;

2. Duces Boemici XIV Christi doctrinam amplectuntur.

Bulgarorum legati suscepti.

3. Morauis Rex constituit ducem Rasticem.

§.XXIIII. potem Moimari. (PESSINA iam a. 842 Radislaus dux Morau. constitutus uidetur.) Inde per Boemanos cum magna difficultate et grandi damno exercitus sui reuersus est. ANNAL. FVLDENS. Anno 847 Ludouici Regis exercitus aduersus Sclauos prospere dimicant, ita, ut quod ante annum amiserat, reciperet. ANNAL. BERTIN. quos explicant ANNALES HILDESHEM.: Ludouicus filius Ludouici Pannoniam subegit, et Bohemos domum rediens uastauit. Anno 848 Sclaui in regnum Lodovvici hostiliter irruentes, ab eo in Christi nomine superantur. ANNAL. BERTIN. Qui fuerint Sclaui isti, definiunt ANNALES FVLDENSES: Boemanos eruptionem molientes per Ludovvicum filium suum missa aduersus eos expeditione contriuit, legatosque pacis gratia mittere et obsides dare coegit. Circa Calendas Octob. in generali placito Moguntiacensi legatos Sclauorum suscepit. Anno 849 Boemani more solito fidem mentientes contra Francos rebellare moliuntur. Ad quorum perfidos motus comprimendos Hernustus dux partium illarum, et inter amicos Regis primus, Comitesque non pauci atque Abbates cum exercitu copioso mittuntur. Barbari uero pro pace et securitate sua obsides se daturos et imperata facturos per legatos ad Thachulfum directos promittunt, cui prae caeteris credebant, quasi scienti *leges et consuetudines Sclauicae gentis*. Erat quippe dux Sorabici limitis, sed in illa expeditione iam tunc grauiter uulneratus. Nam pridie cum exercitus uallum hostium ui magna inrumperet, et resistentibus aduersariis ex utraque parte multi sine discretione sauciarentur, ipse in sinistro genu sagitta percussus est. Cum legatis uero qui missi fuerant, quo minus ab eis debilitas eius deprehenderetur, equo sedens simulata sanitate locutus est: cumque quibusdam ex primatibus per missos suos legatorum uerba nuntiasset, indignati sunt aliqui eorum aduersus eum, quasi caeteris praeferri cupiens, summam rerum gerendarum in se uellet inclinare; et citato impetu, inconsultis caeteris, bellum hostibus paci studentibus intulerunt, statimque experti sunt, quid sine timore Dei propria discordium possit uirtus et audacia. Hostes enim effecti superiores, caedendo persecuti sunt eos usque in castra, occisorumque spolia in conspectu eorum securi detrahentes, tantis eos terroribus affecerunt, ut euadendi spe penitus priuarentur. Vnde coacti obsides dabant eis, a quibus suscipere dedignati sunt, ut inlaesi ab hostibus, et uia tantum publica pergentes in patriam reuerti

Boemani Ludouico grauet, pacem petere coguntur.

4. Cum Boemanis perfidis infauste pugnant duces discordes, Hernustus, Thachulfus

reuerti potuissent. ANNAL. FVLDENS. Anno 851 Sorabi Francorum fines crebris incursionibus atque incendiis infestant. Vnde Hludouicus Rex commotus cum exercitu per Thuringiam iter faciens, terram eorum ingressus, graui eos obsidione fatigauit, perditisque frugibus et omni spe uictus adempta, magis eos fame quam ferro perdomuit. ANNAL. FVLDENS. Anno 852 legationes Bulgarorum Sclauorumque in synodo Moguntina audiuit Rex et absoluit. Anno 853 Gunedes contra Ludoicum solitis sibi perfidiis mentiuntur. Bulgari sociatis sibi Sclauis, et ut fertur, a nostris (id est Caroli Calui) muneribus inuitati aduersus Ludovvicum Germaniae regem acriter permouentur, sed Domino pugnante uincuntur. ANNAL. BERTIN. Gunedes obscuri, nisi fuerint Venedi. Anno 855 Rex Ludovvicus in Sclauos Margentes contra Rasticen ducem eorum sibi rebellantem, parum prospere ducto exercitu, sine uictoria rediit, malens aduersarium firmissimo (ut fertur) uallo munitum ad tempus dimittere, quam militum suorum periculose pugnando damna sustinere. Magnam tamen prouinciae partem praediis et incendiis uastauit exercitus, nec paruam multitudinem hostium castra Regis inuadere cupientium usque ad internecionem deleuit, sed non impune: quia post reditum Regis, Rastices cum suis insecutus plurima trans Danuuium finitimorum loca praedando uastauit. ANNAL. FVLDENS. Anno 856 mense Augusto Hludouuicus Rex collecto exercitu, per Sorabos iter faciens, Ducibusque eorum sibi coniunctis, Dalmatas (Dalemincios) praelio superat, acceptisque obsidibus tributarios facit. Inde per Boemanos transiens, nonnullos ex eorum ducibus (*duces minores fuisse uidentur, alio forsan titulo appellandi*) in deditionem accepit. In qua expeditione perierunt Comites Bardo et Erpf, cum aliis quampluribus. ANNAL. FVLDENS. Anno 857 Otgarius Episcopus et Hruodoltus Comes Palatii, et Hernustus filius Hernusti Ducis, cum hominibus suis in Boemanos missi, ciuitatem Wiztrachi Ducis ab annis multis rebellem occupauerunt, expulso ab ea Scala-lugato filio Ducis Wiztrachi, qui tyrannidem tunc in ea exercebat. Quo per fugam lapso, et ad Rasticen se conferente, frater eius qui ab eo patria pulsus apud Cziztiborum Sorabum exulabat, ad regem fideliter ueniens loco fratris Dux constituitur. ANNAL. FVLDENS. Quis Wiztrach (inquit IORDAN. c. l. n. MXXVI), et quod nomen Slaui-

5. Ludouicus uastat terram Soraborum

6. Gunedes, Bulgari et Sclaui turbas excitant.

7. Ludouicus contra Rasticem ducit exercitum parum prospere;

8. felicius contra Dalemincios et Boemanos.

Dux Boeman. constituitur frater Scala-lugati, filii Wiztrachi ducis.

§. XXIIII. cum uerum ei fuerit, difficile est coniecturare, cum multa propinqua nomina applicari possint, ex quibus BALBINVS in epitome rer. Boh. l. I c. 10 nomen Vitkonum, quo uetus Rosensium optimatum prosapia utebatur, seligit, et ex Scala-lugato filio eius, uel prout legit PITHOEVS, Sclauitagoue, Zavvissium uel Slavvnikum, PESSINA autem in Marte Mor. lib. 2 c. 5 concinnatius Slauatam facit. ECCARD. c. l. p. 457 Wiztrachi ciuitatem Pragam interpretatur;

9. huic enim urbi adhuc castellum supereminet Wiczerad siue Wizonis uel Wiztrahi arx dictum. Anno 858 decreuit Rex tres exercitus in diuersos regni sui terminos, esse mittendos, unum quidem per Carlmannum filium suum seniorem in Sclauos Margenses contra Rasticen, alterum uero per Ludouuicum filium suum minorem in Obodritos et Linones; tertium autem per Tracholfum in Sorabos dicto obedire nolentes; ut sedatis extrinsecus aduersariorum tumultibus, facilius intrinsecus regni gubernacula disponeret. ANNAL. FVLDENS. Cum Rex in Gallia ageret, nuntiatum est ei in oriente rempublicam Sorabici limitis esse turbatam, eo quod Sorabi duce eius Cziztiboro nomine sibi fidelissimo insidiose peremto defectionem meditarentur. Anno 862 Rex ducto in Obodritos exercitu ducem eorum Tabamuizilem rebellantem dicto obedire, et filium suum cum aliis obsidibus dare coegit. ANNAL. FVLDENS. Aliter ANNALES BERTIN.: Ludoicus relicto in patria filio Carolo, quoniam nuper uxorem Ercangarii comitis filiam duxerat, Ludoicum filium suum secum ducens, aggreditur Winedos; unde amissis quibusdam primoribus et nihil prospere gestis sub obtentu obsidum Francofurtum redit. Hostes antea illis populis inexperti, qui Vngari uocantur, regnum eiusdem populantur. Anno 864 Hludovvicus Rex in mense Augusto, ultra Danubium cum manu ualida profectus, Rasti-

10. cen, in quadam ciuitate quae lingua gentis illius Douuina, id est puella dicitur obsedit. At ille, cum regiis copiis congredi non auderet, atque loca sibi effugiendi denegata cerneret, obsides quales et quantos Rex praecepit, necessitate coactus dedit; insuper cum uniuersis optimatibus suis, fidem se cunctis diebus Regi seruaturum esse iuramento firmauit, licet illud minime seruauerit. (Douina seu Devina Slauice, Dievina Bohemice, puella latine, est arx diruta in hodiernis Hungariae confiniis ultra Morauam fluuium, nunc Teben. PESSINA l. 2 c. 5 p. 152 causam non seruatae fidei refert duras nimium regi Morauorum a Ludoui-

Tres exercitus ad fines regni contra populos Slauicos tuendos mittere decernit rex.

Cziztibor dux Sorab. et Tabamuizil dux Obodritor. turbas mouent

Vngari regnum Ludouici populantur.

Rastiz, datis obsidibus, fidem iurat.

doui-

douico Germanico impoſitas et ui extortas pacis conditiones, inter quas erat, ut Radislaus in ſiniſtra Danubii ripa, adeoque in territorio ſuo proprio Morauico ibi, ubi Ludouico opportunum uideretur, duo munimenta exſtrui eaque militari praeſidio firmari permitteret etc. IORDAN. c. l. n. DCCCCLXXXIX). ANNAL. FVLD. Addunt ANNALES BERTIN.: Rex hoſtiliter obuiam Bulgarorum Cagano nomine, qui Chriſtianum ſe fieri uelle promiſerat, pergit. Inde ad componendam Winidorum marcam, ſi ſe proſperari uiderit, perrecturus. §. XXIIII.

11. Ludouicus iunior in Abodritos mouet.

Anno 867 Ludouicus rex Germaniae Ludouicum filium ſuum cum Saxonibus et Toringis aduerſus Abodritos hoſtiliter dirigit, et reliquum populum regni ſui paratum eſſe praecipit, quatenus mox ut ipſe iuſſerit praeparati mouere hoſtiliter poſſint. ANNAL. BERTIN.

12. Behemos, item et Raſticem reprimunt tutores finium et Carlmannus.

Anno 869 Sclaui (qui uocantur Behemi) terminos Baioariorum crebris incurſionibus infeſtant, et quasdam uillas incendio tradentes, mulieres inde duxere captiuas. Contra quos Hludouuicus Rex tutores partium illarum interim miſit, donec ipſe oportuno tempore ſuorum uindicaturus iniurias, in deſertores arma corriperet. Carlmannus exercitibus Raſtici bis numero congreſſus uictor extitit, praedam inde capiens non modicam, ſicut ipſe literis ad patrem ſuum deſtinatis retulit.

Sorabi et Siusli Thuringiam inuadunt.

Sorabi et Siusli iunctis ſibi Beheimis et caeteris circum circa uicinis, antiquos terminos Thuringiorum transgredientes, plurima loca deuaſtant, et quosdam ſibi incaute congredientes interficiunt.

Gundachar periurus perit, perculſus a S. Emeramo aliisque ſanctis.

Cundachar uaſallus Carlmanni, qui multis periuriis et doloſis machinationibus Hludouuico Regi eiusque filiis ſaepe numero extitit infidelis, et proprium dominum derelinquens ad Raſticen defecerat, contra patriam more Catilino dimicare uolens occiſus eſt. Hic Carlmanni ducibus ad locum certaminis appropinquantibus, dixiſſe fertur ad eos, quibus erat a Raſtizo praelatus: Pugnate fortiter ueſtram patriam tuentes, ego enim in hoc certamine uobis proficuus non ero; quoniam ſanctus Emmerammus caeterique Sancti, in quorum reliquiis Hludouuico Regi filiisque illius fidem me ſeruaturum eſſe iuraui, meum clypeum et haſtam tenentes, mea brachia et uiſum deprimunt, et me undeque conſtrictum quaſi loris ligatum retinent, ita ut nec manum quidem ad os mittere ualeam. Dum haec infelix loqueretur, noſtris ſuperuenientibus occubuit, Domino illi infidelitatis ſuae condignam mercedem retribuente. Quod cum regi relatum fuiſſet, omnes in commune laudare Domi-

§.XXIIII.

13. Ludouici filii tres in diuersis locis rem prospere gerunt contra

num, signis etiam cunctarum in Reganesburg Ecclesiarum concrepantibus, pro interitu hostis extincti praecepit. ---- Mense uero Augusto Rex Hludouuicus collectis copiis in tres partes dimisit exercitum. Aequiuocum suum cum Thuringis et Saxonibus ad comprimendam Sorabum audaciam destinauit: Baioarios uero Karlmanno in adiutorium fore praecepit, contra Zuentibaldum, nepotem Rastici, dimicare uolentem: Ipse autem Francos et Alamannos secum retinuit aduersus Rastizen pugnaturus. Cumque iam proficiscendum esset, aegrotare coepit. Vnde necessitate compulsus, Carolum filiorum suorum ultimum eidem exercitui praefecit, Domino exitum rei commendans. Qui dum cum exercitu sibi commisso in illam in-

Rasticem,

effabilem Rastici munitionem, et omnibus antiquissimis dissimilem uenisset, diuino auxilio fretus, omnia moenia regionis illius cremauit incendio, et abscondita quaeque in siluis uel defossa in agris reperiens, cum suis diripuit, omnesque sibi congredientes fugere compu-

Zuentibaldum,

lit uel interfecit. Nec minus Carlmannus regnum Zuentibaldi, nepotis Rastici, igne et gladio depopulatur, uastataque omni regione Carlus et Carlmannus fratres conuenerunt, de uictoria sibi coelitus

Sorabos.

data gratulantes. Interea Hludouuicus frater illorum cum Sorabis manum conferens, primo quidem quibusdam occisis, hostes terga uertere coegit: deinde uero non modica ex eis multitudine prostrata, et Behemis (qui a Sorabis mercede conducti fuerant) partim occisis, partim turpiter ad sua redeuntibus, caeteros in deditionem accepit. --- Omnes autem Ludouuici regis filii in diuersis locis rebus prospere gestis sine damno militum suorum, cum triumpho regressi sunt. Behemi dextras sibi a Carlmanno dari petunt et acci-

Zuentibaldus, Rastici nepos, se cum regno tradit Carlmanno.

piunt. ANNAL. FVLD. Anno 870 Zuentibald nepos Rastizi propriis utilitatibus consulens, se Carlmanno una cum regno, quod tenebat, tradidit. Vnde Rastiz uehementer iratus, nepoti occulte ponit insidias, et eum in conuiuio nihil mali suspicantem iugulare disponit, sed gratia Dei a periculo mortis liberatus est. Nam antequam illi, qui eum necaturi erant, domum intrarent, surrexit de loco conuiuii, annuente sibi quodam eiusdem fraudis conscio; et quasi cum falconibus ludum exercens, praeparatas deuitauit insidias. Rastiz autem uidens denudatum consilium suum, nepotem cum militibus quasi comprehensurus insequitur: sed iusto iudicio Dei captus est laqueo, quem tetendit. Nam ab eodem nepote suo comprehen-

prehenditur, ligatur, et Karlmanno praesentatur: a quo sub militibus illum ne elaberetur obseruantibus, in Baioariam missus, usque ad praesentiam Regis seruandus in ergastulum retruditur. Carlmannus uero regnum illius nullo resistente ingressus, cunctas ciuitates et castella in deditionem accepit, et ordinato regno atque per suos dispofito, ditatusque gaza regia reuertitur. --- in Baioariam profectus est, ibique cum suis colloquium habens, Rastizen graui catena ligatum sibi praesentari iussit, eumque Francorum iudicio et Baioariorum, nec non Sclauorum, qui de diuersis prouinciis Regi munera deferentes aderant, morte damnatum, luminibus tantum oculorum priuari praecepit. ANNAL. FVLD. Anno 871 Ludouicus ad Rainisburg perrexit, quia maximum damnum a nepote Resticii, qui principatum Winidorum post eum susceperat habuit, in tantum, ut markiones cum plurima turba suorum perdiderit, et terram quam in praeteritis annis obtinuerat, perniciose amiserit. ANNAL. BERTIN. Vberius ANNAL. FVLD.: Zuentibald nepos Rastici apud Carlmannum infidelitatis crimine insimulatus, in custodiam missus est. Sclaui autem Marahenses ducem suum perisse putantes, quendam presbyterum eius ducis propinquum nomine Sclagamarum sibi in principem constituunt, ei minantes interitum, nisi ducatum super eos susciperet. Qui eisdem necessitate coactus assensum praebens, contra Engilscalcum et Willihelmum duces Karlmanni praelia mouere, et eos ex obsessis ciuitatibus expellere nititur. Illi uero aduersus hostem pari intentione dimicantes, et nonnullos de exercitu eius prosternentes, eum fugere compulerunt. --- Interea Zuentibald cum nullus crimina, quae ei obiecta fuerant, probare potuisset, a Carolomanno dimissus, et muneribus regiis honoratus in regnum suum rediit, ducens secum Carlmanni exercitum, quasi Sclagamarum expugnaturus. Sic enim per dolum Carlmanno promiserat, si ei ad patriam reditus concederetur. Sed sicut solet incautos et de se praesumentes sequi ignominia, sic illi contigit exercitui. Nam Zuentibald caeteris castrametantibus, urbem antiquam Rastizi ingressus est, statimque Sclauisco more fidem mentitus, et iuramenti sui oblitus, non ad expugnandum Sclagamarum, sed ad ulciscendam contumeliam a Carlmanno sibi illatam uires studiumque conuertit. Denique Baioarios nihil mali suspicantes, et minus se obseruantes, cum magno exercitu in castris aggressus est, et multos ex eis uiuos com-

§. XXIIII. Rastiz captus

oculis priuatur.

14. Zuentibald in custodiam missus,

mox liberatus in patriam redit,

perfidus opprimit exercitum Baioariorum.

§ XXIIII. comprehendit, caeteris pene omnibus occisis, exceptis his, qui prius se prudenter de castris subtraxerant, omnisque Noricorum laetitia de multis retro Victoriis conuersa est in luctum et lamentationem. Quibus auditis Carlmannus de exercitus sui interitu nimium consternatus est, et necessitate compulsus omnes obsides, qui in suo regno erant, iussit colligi, et Zuentibaldo reddi; uixque unum uirum nomine Ratbodonem inde seminecem recepit. - - - Inde in Baioariam profectus, contra Behemos irruptionem in regnum suum molientes, tutores partium suarum misit, Arnum uidelicet Episcopum et Ruodoldum comitem, aliosque cum eis. Aduersarii autem quendam locum uallo firmissimum circundederunt, iter angustum in ipso aditu facientes, ad insidias scilicet illorum, qui terminos obseruabant; ut si forte aliquis ex illis illuc ueniret, in ipso angusto itinere nusquam declinare ualens occideretur. Interea Sclaui Marahenses nuptias faciunt, ducentes cuiusdam ducis filiam de Behemis. Quod cum supra dicti uiri, id est, Arni et alii, qui cum eo erant, comperissent, ilico armati aduersarios sequebantur. Illi autem fugientes, ad uallum memoratum ignari uenerunt, ibique propter loci angustiam, equis et armis derelictis, uix nudi euaserunt. Nostrates uero superuenientes DCXLIV equos cum fraenis et sellis, atque eiusdem numeri scuta, quae fugientes dimiserant, inuenerunt, et haec nullo resistente tollentes ad castra reuersi sunt. Iidem ad annum 872: mense autem Maio misit Thuringos et Saxones contra Sclauos Marahenses, qui quoniam regem secum non habebant, et inter se concordes esse nolebant, idcirco hostibus terga uerterunt, et plurimis suorum amissis turpiter redierunt: ita ut quidam Comites in illa expeditione fugientes, a mulierculis illius regionis uerberati, et de equis in terram fustibus deiecti referantur. Iterum quidam de Francia mittuntur Carlmanno in auxilium contra Sclauos supra dictos, alii destinantur contra Behemos, qui Dei adiutorio freti, duces quinque, quorum ista sunt nomina, Zuuentislan, Witislan, Heriman, Spoitiman, Moyslan, cum maxima multitudine sibi rebellare nitentes, in fugam uerterunt, et alios quidem occiderunt, alios uero in fluuio Fludaha (Moldaua) submerserunt. Qui autem euadere potuerunt, in ciuitate defecerunt. Deinde parte non modica illius prouinciae depopulata, incolumes reuersi sunt. In hac expeditione Luitbertus Archiepiscopus primatum tenuit. Hi uero, qui Carlmanno missi sunt

15. Cum Behemis et Marahensibus dimicatur.

Marahenses sponsam ducentes in fauces incidunt.

Thuringi et Saxones infauste pugnant.

Duces V Bohem. fugiunt.

Dux belli primarius Luitbertus Archiep.

ſunt in auxilium, id eſt, Aran Epiſcopus, et Sigahardus Abbas Fuldenſis monaſterii, quamuis fortiter hoſtes premendo pugnaſſent, plurimis tamen ſuorum amiſſis cum magna difficultate regreſſi ſunt. Sed cum Carlmannus caedes et incendia in Marahenſibus exercuiſſet, Zuentibald miſſo clam exercitu copioſo, Baioarios, qui ad tuendas naues in littore Hiſtri fluminis relicti fuerant, occupauit, et alios occidit, alios necauit in flumine, alios uero duxit captiuos; nullusque inde, niſi Embrico Radasbonae ciuitatis Epiſcopus, cum paucis euaſit. (Duces iſti quinque iterum laxius appellantur. PESSINA lib. 2. c. 6. p. 177. nomina eorum optimatibus Bohemicis tunc florentibus, Suentoslao Biliuenſi, Witoslao Kadanenſi, Hermanno cuidam, natione Thuringenſi, Spitimiro Werſchovvizenſi fratri Borbogii, de Sitolib & Mſtislao filio Tuhonis Klatouienſi conuenire putat). Ad annum 873 ANNALES BERTIN.: ad Renisburg rex praeueniens per miſſos ſuos Winidos ſub diuerſis principibus conſtitutos modo, quo potuit, ſibi reconciliauit. Legatos autem ab illis, qui Behin dicuntur, cum dolo miſſos ſuſcipiens in carcerem miſit. Ad eundem annum ANNALES FVLD.: quidam etiam de Alamannia nomine Berthrammus, qui ſuperiori anno in Marahenſibus Sclauis fuerat comprehenſus, a Zuentibaldo dimiſſus, uenit ad regem, et legationem ſibi ab eodem Duce iniunctam retulit, ſicut prius iuramento conſtrictus ſe facturum eſſe pollicitus eſt. Anno 874 Sorabi et Siusli, eorumque uicini, Thaculfo defuncto defecerunt. Quorum audaciam Luitbertus Archiepiſcopus et Ratolfus Thaculfi ſucceſſor ultra Salam fluuium menſe Ianuario profecti, praedis et incendiis ſine bello compreſſerunt, et eos ſub priſtinum ſeruitium redegerunt. - - - in uilla Foraheim legatos Zuentibaldi pacem petentes et fidelitatem promittentes ſuſcepit. Cuius legationis princeps erat Iohannes presbyter de Venetiis, qui etiam, ut ei Rex omni ambiguitate remota crederet, quicquid uerbis dicebat, ſacramento firmabat, uidelicet, ut Zuentibald Regi fidelis permaneret cunctis diebus uitae ſuae, et cenſum a Rege conſtitutum per annos ſingulos ſolueret, ſi ei tantummodo quiete et pacifice a Rege uiuere concederetur. Behemorum quoque nuntia Rex audiuit et abſoluit, et poſt haec in Baioariam ſe recepit. ANNAL. FVLDENS.

[Margin notes: §. XXIIII. — Rex Winidos ſibi reconciliat. — Berthram. legatus Zuentibaldi. — 16. Sorabi et Siusli in obſequium rediguntur. — Zuentibald pacem petit et cenſum annuum promittit.]

§. XXV.

§. XXV.

§. XXV.

Normanni inuadunt regnum Ludouici.

Quod ad Normannos attinet, anno 845 Rex eorum Oricus sexcentas naues per Albim fluuium in Germaniam aduersus Ludouicum direxit, quos Saxones quidem repellunt, sed illi digressi, Sclauorum quandam ciuitatem, quae ANNALIBVS FVLDENS. Hamburgum est, capiunt, et populantur. Idem Oricus rex miraculo quodam perculsus, a Ludouico nostro pacem petiisse perhibetur. Anno 846 piratae Danorum Fresiam adeuntes, recepto pro libitu censu, pugnando quoque uictores effecti, tota pene prouincia potiuntur. ANNAL. BERTIN. In conuentu Marsnensi anno 847 tres reges fratres decernunt, *ut ad regem Nordmannorum legati mittantur, qui eum contestentur, quod aut pacem seruare studebit, aut communiter eos infensos habebit.* Repetunt haec ANNALES BERTIN. Anno 848 in concilio Moguntino legatos Normannorum suscepit Rex. ANN. FVLD. Dani Saxoniam adgrediuntur, sed repelluntur. ANN. BERT. ad a. 858. Anno 862 Dani magnam regni Ludouici partem caede et igni uastantes praedantur. Anno 864 Nordmanni, qui cum plurimo nauigio in Flandris appulerunt, resistentibus sibi pagensibus, per Rhenum ascendunt, et uicina regnorum Lotharii ac

2\. Ludovvici ex utraque ripa ipsius fluminis uastant. ANNAL. BERTIN. Anno 873 uenerunt quoque illuc Sigifridi Danorum Regis legati pacis faciendae gratia in terminis inter illos et Saxones positis, et ut negotiatores utriusque regni inuicem transeuntes et mercimonia deferentes emerent et uenderent pacifice. - - - Rorichum per obsides ad se uenientem in suum suscepit dominium. Deinde mense Augusto cum apud urbem Mediomatricorum generalem conuentum habuisset, Halbdeni frater Sigifridi Regis etiam suos ad eum nuntios misit, eadem postulans, quae frater suus postulauerat, uidelicet ut Rex legatos suos ad fluuium nomine Egidoram, qui illos et Saxones dirimit, mitteret, et illi eisdem occurrentes pacem ex utraque parte omni tempore stabilem confirmarent. Obtulerunt quoque iidem nuntii gladium Regi pro munere, aureum habentem capulum, obnixe flagitantes, ut Rex dominos suos, supradictos scilicet Reges, in loco filiorum habere dignaretur, et illi eum quasi patrem uenerari uellent cunctis diebus uitae suae. Iurabant etiam iuxta ritum gentis suae per arma sua, quod nullus deinceps de regno dominorum suo-

Sigifridus Rex Danorum eiusque frater Halbdeni foedus cum Ludouico inire cupiunt, offerunt gladium,

petuntque, ut rex eos filiorum loco habeat.

Iurabant per arma sua.

ſuorum, regnum Regis inquietare, aut alicui in illo laeſionem inferre deberet. Quae omnia Rex gratanter accepit, et poſtulata ſe facturum ſpopondit. --- Menſe Iunio Hruodulfus quidam Nordmannus de regio genere, qui regnum Karoli praedis et incendiis ſaepenumero uaſtauerat, claſſem duxit in regnum Hludouuici Regis, in comitatum ſcilicet Abdagi Regis, (uerba *Abdagi regis* mendum turbat) miſſisque nunciis praecepit habitatoribus loci illius tributa ſibi ſoluere. Qui cum reſpondiſſent, ſe non debere tributa pendere, niſi Hludouuico Regi eiusque filiis, et ſe nequaquam in hoc negotio ei aſſenſum eſſe praebituros; ille uehementer iratus, iurauit prae ſuperbia, ſe cunctis maribus occiſis, mulieres et paruulos cum omni ſubſtantia illorum, in captiuitatem eſſe ducturum, ignarus uindictae, quae eum de coelo erat ſecutura. Statimque terram illorum ingreſſus, bellum aduerſus eos inſtaurauit. Illi autem Dominum inuocantes, qui eos ſaepius ab hoſtibus liberauit, hoſti infeſtiſſimo armati occurrerunt, conſertoque praelio ipſe Hruodulphus cecidit primus, et cum eo octingenti uiri. Caeteri uero cum ad naues effugere non potuiſſent, in quodam aedificio ſe tutati ſunt, quod Friſiones obſidentes conferebant ad inuicem ſe quid de eis facere debuiſſent. Cumque diuerſi diuerſa dixiſſent, unus Nordmannus, qui Chriſtianus effectus longo tempore cum eisdem Friſionibus conuerſatus eſt, et eiusdem certaminis dux erat, caeteros hoc modo affatus eſt: O boni commilitones, ſufficit nobis huc usque pugnaſſe, quia quod modo nos pauci contra plurimos praeualuimus hoſtes, non noſtris deputandum eſt uiribus, ſed Dei gratiae. Scitis etiam, quod oppido laſſi ſumus, et plurimi noſtrum grauiter uulnerati; iſti autem, qui hic intus latitant, in deſperatione poſiti ſunt, ſi contra eos pugnare coeperimus, nos eos ſine cruenta obtinebimus uictoria; ſi autem illi fortiores extiterint (uarius enim euentus eſt praelii) forſitan nobis expugnatis ſecuri diſcedent iterum nocituri. Conſultius ergo mihi uidetur, ut obſides ab eis accipiamus, et quosdam ex illis inlaeſos abire patiamur ad naues, et obſides interim retineamus, donec mittant uniuerſam pecuniam quam in nauibus retinent: prius tamen praeſtito ſacramento, ne ultra in regnum Hludouuici regis redeant. Huius itaque conſilio caeteri aſſenſerunt, et obſidibus acceptis quosdam ad naues ire permiſerunt. Illi autem miſerunt pecuniam ualde multam, et obſides, quos dederant, receperunt: prius tamen

§. XXV. 3. Hruodulfus, Nordmannus, claſſem in regnum Ludouici ducens

praelio cadit. Reliqui

obſides dant, tum receptis obſidibus,

§. XXVI.

multam pecuniam, iurantque, se numquam in regnum Ludouici redituros. (ut dixi) praestito sacramento, ne ultra in regnum Hludouuici Regis redirent, ac deinde cum magna confusione ac suo detrimento etiam sine duce, a finibus illis discesserunt. ANNAL. FVLD.

§. XXVI.

Regum successio, Iam alii saepius obseruarunt, successionem in regno Carolidarum tempore ita temperatam fuisse, ut procerum consensio non negligeretur. Addo, patris aut decessoris uoluntatem plus ualuisse, quam ordinem succedendi (§. XXII, 28). Primogenitis regnum Italiae iure praecipuo tradidisse uidentur Ludouicus P. et Lotharius; sed Ludouicus II Imp. se ex auctoritate aui Ludouici P. id obtinuisse affirmabat, sicut ipse Carolomanno, Ludouici nostri filio, regnum Italiae et Imperatoris dignitatem destinauit. Ludouicum solemni ritu inauguratio. inauguratum fuisse, nusquam legimus. Etsi Carolus regni Lotharingici corona ornari uoluit; Ludouicus tamen eiusdem regni partem Sedes regiae. adeptus est sine caerimoniis. Rex prouincias suas peragrare sueuit; Ratisbonae autem ac Francofurti frequentius sedebat. 2. officia aulica. Officia aulica, Francorum more, adornauit. Inter plures summos capellanos unus plerumque Cancellarii summi partes sustinebat. Grimoldus Abbas S. Galli, quem §. XXXVI huic muneri praefuisse monstrabimus, episcopis etiam praefertur (§. VII, 14). Baturicus summus capellanus regis erat, sed non Cancellarius (§. XVII, 5). Erchanfridus capellanus (§. XV, 4), Vuito ministerialis regis fuit, princeps super omnes forestes; et subiectus eius Wichad (§. XVII, 7).
3. Eginolf, uenator (§. XII, 1). Ludouicus prouincias quidem suo Regis patrimonium, tenebat imperio, sed non erant in ipsius dominio. Proceres imperii ac ingenui *res proprietatis*, ueluti rex ipse, habebant. Fundos, uillas, nemora etc. regem tanquam *res proprietatis suae* largitum esse locis Deo dicatis, chartae nostrae testantur abunde. Auitum patrimonium uindicauit in Saxonia §. XXII, 14. Permutando uillulas quasdam a mon. Fuldensi acquisiuit in SCHANNAT. trad. Fuld. p. 190. Immo §. XVI, 14 ostendimus, regem a monasterio S. Emerami beneficium accepisse, quod post obitum suum ad idem reuerti beneficia, uoluit. *Fidelibus* suis praeterea rex multa distribuebat beneficia, quae postea feuda dixerunt, uasallos ad seruitia deuincientia, quamquam non uasallorum tantum, sed et subditorum obsequia rex ab iis

postu-

postulabat. Si in *hostem eundum* esset, ne episcopi quidem et abbates se proeliis subducere poterant, quorum nonnullis etiam limitum custodia commissa erat. Beneficia inuito rege diuendi non potuisse, eo minus dubium uidetur, quod ne proprietatis quidem res libera possessorum facultati relictae essent. De ecclesiis id constat; Bribini ducis exemplum attulimus §. XV, 9. Si comes de comitatu suo permutationis uel alio titulo quicquam detraxit, quod interdum contigisse legimus: id certe non nisi approbante rege fieri poterat. Nec tributa, uectigalia, census et alia fisci commoda exigui momenti erant; quo pertinet formula chartarum remittens, *quidquid fiscus exigere* poterat. Monasteria regi quotannis caballos duos cum scutis et lanceis exhibuisse, monstrauimus §. XVIIII, 9. Ius monetae aetate Carolingica in manu solius regis fuisse, multis extra dubitationem positum uidetur; neque ego hanc turbabo regulam, quamquam non omni exceptione superiorem. Rex noster ecclesiae Argentinensi §. XI, 5 monetam indulget; quod unicum exemplum chartae nostrae produnt. Ius metallorum, salinarum etc. si non plane regiae potestatis erat proprium; fiscus tamen ex eo sua capiebat emolumenta, neque id sine regis nutu dispensabatur. uid. §. XV, 11; XVI, 2. Si de charactere statuum imperii istius aeui sciscitemur, eum forte haud minus commode, quam hodie, ponimus in suffragio comitiorum. At caue, putes, hoc ius eximium territorio (quod et uillis tribuebatur) adhaesisse. Dignitas cum sacra, tum politica, item et nobilitas istam afferebant praerogatiuam. Quum uero non iure haereditario, sed regis indulgentia caperentur dignitates: nemo non intelliget, comitiorum faciem fuisse uariam, regis forsan arbitrio relictam, quos uellet conuocare, nec omnes omnibus conuentibus adesse cogebantur. Proceres regni frequentius dicuntur *fideles*, *seniores*; interdum *consiliarii familiares* §. XV, 4. *Principes* et *mediocres* legimus §. XIV, 7. Non est, quod moneamus, *principes* hic non ordinem procerum singularem, sed optimates generatim indicare. Sic CHRON. S. GALLI ad a. 864: *Ebarhard*, *Luitolf*, *Erchancker*, *Luitfrid*, *Rudolf regni principes obierunt*. *Consilii* cum fidelibus *episcopis* scil. *Abbatibus* atque *comitibus* habiti mentio fit §. XIX, 9. Has tres ordinum classes primarias ubique deprehendimus. Rex, ubi e re sua erat, episcoporum consilia magni faciebat, (quod exemplo patet §. XXII, 4 adducto), imo ea in rebus dubiis interdum obten-

§. XXVI.

4. res fisci

ius monetae

5. Procerum regni ordines;

 debat

§. XXVI. debat (§. VII, 14); si quando autem regi non commode suadere uiderentur praesules, non curabat eorum sententiam. Ducis ac comitis uocabulo promiscue utuntur historiarum scriptores, nec duces et comites uel dignitate uel munere multum inter se differebant; utrumque enim procerum genus reipublicae partes sibi concreditas domi et foris administrabant non iure suo perpetuo, sed regis iussu. Et si illis interdum *comitatus* tribuantur; non terras ipsorum proprias, sed ditiones, quibus praefecti erant, intelligamus. In SCHATEN. A. P. p. 160 quatuor comitatus appellantur, item apud HERRGOTT. p. 32., PEZ. c. l. p. 22. Engildeonis *comitium* occurrit apud PEZ. c. l. p. 262. Pagi praefectura tantae dignitatis erat, ut ne rex quidem filiis suis pagos regendos committere dubitaret. Ita habet finis chartae LXXV HERRGOTT. *a. XXXIII Hludouici regis et sub filio eius Karolo, rectore eiusdem pagi, in quo praefatae res sitae sunt i. e. Prisicowe.*

Ducis et comitis uocabulum interdum promiscue adhibetur. comitatus.

6\. Vt omnes regni Ludouiciani proceres de industria scrutemur, instituti nostri ratio non postulat. Specimen tamen huius laboris haud iniucundum, tabularum inprimis subsidio, iis exhibere libet, quos maiora conari iuuat. Obseruauimus, duces frequentius uocari apud populos Slauici ortus, comites apud Germanos. Sic §. XXIV, 2 duces Bohemici XIV christianam religionem suscepisse dicuntur. Duces, limitis Pannonici et Carantani custodes, uidimus §. XXII, 19.

Duces quidam recensentur

Bribino duci §. XV, 9 ducatus adscribitur, quem ECCARD. t. II rer. Franc. p. 472 in sinistra Anasi fluuii ripa in Austria inferiore situm ratus. At in CHRONICO GOTWICENSI *Salipiugiti*, locus ducatus ipsius, refertur ad paludes Volceas.

Chuanratus, dux nobilissimus, regnante domino Hludovvico rege Alemannorum et Peioariorum, occurrit in GOLDAST. c. l. t. II p. 27. Dux erat Alemanniae Burgundicae; in Alemannia enim Teutonica Carolus M. ducum loco Camerae nuncios instituerat. uid. PFEFFINGER. ad Vitriar. t. II p. 303.

Ernestus comes, (§. XV, 7), Dux partium Bohemiae, inter amicos regis primus (§. XXIIII, 4), ductor Baiovvariorum in Poemanios. MEICHELBECK. t. I n. 702 inter instrum. (§. XIV, 7) socer Karlomanni, filii regis. Rex in comitiis honoribus eum, *summatem inter omnes optimates*, priuat (§. XXII, 19, 20). Schema

eius

eius genealogicum fingit ECCARD. c. l. p. 482, et p. 510 ad illum fabulam notissimam de Ernesto duce spectare putat, quam late explicat. §. XXVI.

Ludolfus dux Saxoniae, socer Ludouici II regis. HROSWITHA in carmine:

Hinc nam Francorum magni regis Hludouici
Militiae primis adscriptus pene sub annis,
Ex ipso digne summo sublatus honore,
Gentis Saxonum mox suscepit comitatum,
Ac cito maioris donatus munere iuris
Principibus par fit, ducibus sed nec fuit impar.

De stemmate et uita huius Ludolfi, fundatore monasterii Gandersheimensis late tractat HARENBERG. in hist. Gandersh. p. 9 sq. Filii eius Brun et Otto.

Thaculfus, dux Sorabici limitis (§. XXIV, 4, 9) ANN. FVLD. ad a. 873: *Thachulfus comes et dux Sorabici limitis mense Augusto defunctus est.* Ratolfus successit Thaculfo (§. XXIV, 16). Poppo, comes et dux Sorabici limitis constitutus a Ludouico iuniore. Slauorum duces cognoscimus ex §. XXIV.

Comitis palatini nomen et dignitatem plures simul prae se ferebant, quorum munus certa prouincia definitum uidetur. Et enim Alamannia alios habebat comites palatinos, quam Baioaria. In chartis nostris appellatur 7. comites palatini.

Ansfridus, comes palatii Lotharing. a. 871. HELWICH. antiq. Laurisham. p. 28.

Fritilo, palatinus comes Baioariae. MEICHELBECK. p. 318 in charta a. 843, in qua Ratolt comes ipsi praeponitur, p. 320 eod. a. aliis comitibus item et Ratolto praeponitur; p. 324 a. 845 p. 381 permutat res proprietatis cum ecclesia Frisingens.

Meginhardus, palatinus comes Baioariae. MEICHELBECK p. 394 a. 883.

Ruadoltus, comes palacii Alamann. ad cuius comitatum pertinebat pagellus Affa. HERRGOTT. n. 56 a. 854. Hruodoltus comes palacii a. 857 in Bohemiam mittitur (§. XXIV, 8).

§. XXVI. *Timo*, palacii comes Baioar. MEICHELBECK. p. 293 a. 831. Nescio an ad hunc Timonem pertineat carmen, quod habet MEICHELBECK p. 38:

> Thimo comes, missusque tunc, rex inclite, quidem,
> iura bonis reddens, iure malos quatiens etc.

8. comites. Germaniam omnem comitibus refertam fuisse, non miramur, quia comitis uocabulum latissime patebat, nec tam uariae, quas hodie cernimus, illustrium classes constituebantur. In tabulis hi obliuioni eripiuntur:

Adalardus comes mittitur cum Megingaudo comite a. 876 ad Carolum Regem Gall.

Adalbertus comes Baioar. a. 843. MEICHELBECK. p. 320. Adalbertus comes Durgouiae. GOLDAST. script. rer. Alem. t. III p. 65 a. 876. Saepius occurrit ap. HERRGOTT. p. 23, 39, 48, 42, 44, 45, 46, 49.

Adalbermus comes Zurichgouiae censetur. HERRGOTT. p. 36.

Albarichus comes Alpegouiae. HERRGOTT. p. 31.

Albarichus comes Brisgouiae. ib. p. 35, 38, 39, 40, et saepius reperitur.

Albricus comes Westphal. SCHATEN. A. P. p. 160 a. 866.

Alprat comes Baioar. MEICHELBECK p. 339 a. 850, p. 357 a. 857, p. 358. Albrat comes. PEZ. t. I P. III p. 208, 255.

Amalung comes Sax. FALCK. p. 96.

Antermaco missus regius in Baioar. MEICHELBECK. p. 309.

Anzo comes Baioar. ib. p. 358. missus dominicalis. ib. p. 278.

Aodalscalh comis Baioar. ib. p. 337 a. 849.

Arotbotus comes Baioar. regnante Carolomanno. RETTENPACH. p. 33.

Babo comes Baioar. PEZ. t. I P. III p. 211.

Banzleibs comes beneficium in pago Guottinga habuit. SCHATEN. A. P. P. I p. 133. Stemma genealogicum uid. in ECCARD. rer. Franc. p. 386.

Bardo comes in expeditione Bohemica periit, (§. XXIV, 8). FALCK. p. 252, 257.

Bernhardus comes Sax. FALCK. c. l, p. 92.

Beren-

Berengarius comes Franc. Orient. exauctoratus (§. XXII, 19). §. XXVI. ECCARD. rer. Franc. p. 477.
Beuo comes Sax. FALCK. p. 108.
Burchardus comes Westphal. SCHATEN. A. P. p. 160 a. 866.
Burghartus comes Franc. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 197 a. 857, p. 201 a. 866.
Chazo comes Alamann. in pagello Suuercenhuntare. HERRGOTT. n. 56 p. 32 a. 854.
Chezul comes de Sclauis habuit terram prope Pilozsvve in uilla Wampaldi. MEICHELBECK. p. 353.
Chozil comes Baioar. PEZ. t. I P. III p. 233.
Christan comes Franc. in pago Grapfeld. ECCARD. p. 456, 572. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 197 a. 857.
Chunipertus comes Baioar. PEZ. thes. anec. t. I P. III p. 214. beneficium habuit ad Atinga. ib. p. 265.
Cobbo comes Saxoniae. ECCARD. rer. Franc. p. 398.
Cotafridus comes Baioar. praefuit mallo publico ad Phetarah. PEZ. p. 240.
Cotascalh comes Baioar. MEICHELBECK. p. 358, 359. PEZ. p. 208 a. 871. Kotascalh ib. p. 376.
Cuanratus comes Alamann. GOLDAST. script. rer. Alem. t. II p. 47.
Cundpald comes Baioar. MEICHELBECK. p. 305. Cundpaldi duo. ib. p. 320. Cundpold comes Baioar. PEZ. t. I P. III p. 208.
Cundopoldus comes Baioar. PEZ. thes. anec. t. I P. III p. 214.
Eggihart comes Thuring. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 204, 218. ECCARD. in histor. Geneal. principum Saxon. super. p. 179 constituit hunc Eggihart parentem marchionum Misnens. Eccarding.
Egilperht comes Baioar. PEZ. p. 264.
Engildeo comes Baioar. ib. p. 221, 262.
Engilhart comes Baioar. MEICHELBECK. p. 309 n. 601 a. 837.
Engilpertus comes in Baioaria, magna sublimatus praestantia. PEZ. t. I P. III p. 207, 256, 257.
Ercangarius comes Alamann. socer Caroli filii regis (§. XXIV, 9).
Ermpertus comes Baioar. MEICHELBECK. p. 359 n. 730.
Ernustus comes Baioar. regnante Carlomanno. RETTENPACH. p. 33.

Erpho

§. XXVI. *Erpho* comes Franc. et Thuring. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 198. periit in acie (§. XXIV, 8).

Esic comes. FALCK. c. l. p. 247.

Folckbertus comes Franc. ECCARD. t. II rer. Franc. p. 887.

Fridarat comes Baioar. MEICHELBECK. p. 335.

Geio comes Baioar. PEZ. p. 232, 257.

Gerhartus comes Francor. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 193.

Geroldus comes in Argouia. HERRGOT. p. 35. GOLDAST. c. l. t. II p. 47. III, 48.

Geroldus comes Baioar. PEZ. p. 242.

Gozbertus comes Alamann. et Abbas Rinaug. HERRGOTT. p. 26, 29.

Gundacher comes Carentanis praefectus (§. XXII, 22).

Gundpold comes Baioar. PEZ. p. 233. de satellitibus Carlmanni.

Gundram comes Baioar. PEZ. p. 233, 257.

Heinricus comes Baioar. ib. p. 235.

Herilant comes Baioar. MEICHELBECK. p. 317, 320, 326, 330, 333.

Hessi comes Franc. acquirit opes in uillis Bleihueld et Gruonbah. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 189, 197, 201.

Hiltiboldus comes Alamann. HERRGOTT. p. 49.

Hrodradus comes in pago Grainga. SCHATEN. P. I p. 162.

Hrodgerus comes. FALCK. p. 316.

Hruodoldus comes Baioar. MEICHELBECK. p. 377.

Hudolrichus comes Alpegouiae. HERRGOTT. p. 42.

Humfridus comes Zurichgouiae. ib. p. 43, 44.

Iezo comes Baioar. MEICHELBECK. p. 376.

Immadus comes Sax. FALCK. p. 96.

Kerolt comes Baioar. PEZ. p. 227.

Lettus comes Westphal. SCHATEN. A. P. p. 160 a. 866.

Liutpald comes Baioar. MEICHELBECK. p. 308, 309 a. 837.

Lutfridus illuster comes dominusque monasterii Grandisuallis in ducatu Helisacensi. HERRGOTT. p. 28.

Marchodo comes. FALCK. p. 316.

Megingaudus comes pagensis in charta Prum. MARTENE t. I p. 188, 191.

Megin-

Meginhart comes in charta Friſing. MEICHELBECK. p. 358. §. XXVI.
Nordperht comes Baioar. CHRON. LVNAEL. p. 78.
Oadalſcalb comes Baioar. MEICHELBECK. p. 306, a. 836.
Oago comes Baioar. ib. p. 308 a. 836.
Odalribus comes Turgouiae. HERRGOTT. p. 28. GOLDAST. t. II p. 33.
Orendil comes Baioar. MEICHELBECK. p. 314, 320, 331, 358.
Pabo comes Alamann. GOLDAST. ſcript. rer. Alem. t. II p. 50.
Papo comes Baioar. MEICHELBECK. p. 324 a. 845.
Ratolt comes Baioar. ib. p. 309 a. 837, p. 318, 320, 332, 335, 342, 348, n. 601.
Ratpodus comes Baioar. HVND. P. I p. 231. PEZ. theſ. anec. t. I P. III p. 233, 245; ex primatibus ib. p. 23, ubi rex ei adimit medietatem fiſci Tullinae in regione Pannoniae ob perfidiam.
Raynmannus comes. FALCK. c. l. p. 364.
Ribbo comis Baioar. MEICHELBECK. p. 308, 335, 351.
Ribo comis Baioar. ib. p. 308, 309 a. 837.
Rodoltus comes in Baioaria. PEZ. p. 212. Alavvihus Cancellarius eius, presbyter p. 208, 241.
Rumoldus comes Baioar. PEZ. p. 214, 232, 235. Sundargaue uilla in comitatu eius. PEZ. p. 23.
Ruodolfus comes Zurichgouiae. HERRGOTT. p. 43.
Sigifridus comes Franc. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 193.
Sigihardus comes Franc. in Chochingouia. SCHANNAT. trad. Fuld. p. 193 n. 476, n. 477. exauctoratus (§. XXII, 19).
Thiodger comes. FALCK. p. 100.
Thuring comes Sax. FALCK. p. 94, 96.
Vdalricus comes Alamann. in pagello Goldineshuntare. HERRGOTT. n. 56 p. 32 a. 854.
Vto comes Alamann. in pagello Perachtoldespera. ib. n. 56 p. 32 a. 854.
Vto comes Francor. frater Berengarii exauctoratus (§. XXII, 19).
Waltbertus comes Weſtphal. SCHATEN. p. 160 a. 866.
Werinharius comes unus ex primoribus Francorum; honoribus priuatur (§. XXII, 25).
Wernharius comes in charta Prumienſi. MARTENE. t. I p. 191.

§. XXVI. *Wetti* comes Baioar. MEICHELBECK. p. 394.

Wilhelmus comes Baioar. regnante Carlmanno. RETTENPACHER. p. 33.

Willibelm comes Baioar. MEICHELBECK. p. 357. PEZ. thef. anecd. t. I P. III p. 20 ubi proprietatem fuam tradere dicitur mon. S. Emeram. quam habuit infra duo flumina inter Agaftam et Nardinam, a locis uidelicet ubi ipfa in Danubium fluunt usque ad loca, ubi de uenis in amnes deriuantur et ita usque in Nortvvalt in hanc partem filuae fiue termini conclufione, quidquid ad Rosdorf habuit; item res mon. S. Emerami ad Erlaffa et in Harlungeuelt, nec non et ad Scirnichā et circa Agafta feu Berfuicha atque Rosdorff.

Wodalrichus comes Argouiae. GOLDAST. fcript. rer. Alem. t. III p. 55, 64. II, p. 27.

9. nobiles. Ecquod ingens commemorabo nobilium agmen? Si ueteres traditionum tabulas euoluimus, quam multos uiros nobiles in una, nec lata admodum, prouincia deprehendimus? Litem nolo fufcipere, utrum Franci habuerint ordinem quemdam nobilium, ab ingenuis feparatum? quod ADR. VALESIVS, infignis antiquitatum inueftigator, negat, hodie omnes fere affirmant. GVNDLING. diff. an nobilitet uenter? ESTOR. de minifterialibus c. V p. 327. Genere nobiles Germanis caros, ac praecipuis reipublicae muneribus praefectos fuiffe conftat, quamquam huiusmodi nobilitas non tam fubtili, quam noftri mores poftulant, ratione computata uideatur. At nobilium numero ingenuos dignitate meritisue claros fuiffe exclufos, ego certe non contenderem. In SCHANNAT. tradit. Fuld. p. 158 Poppo comes et maiores natu XIII de comitatu eius cauffam aliquam cognofcunt; hi maiores fine dubio fuerunt ingenui iftius comitatus; at dicuntur tamen *nobiles uiri*. In CHRON. LVNAELAC. p. 78 Nordperht comes ueniffe dicitur in ipfum faltum ad ipfa confinia perfpicienda *cum aliis quam plurimis nobilibus uiris ut agnofcere ualerent, quod ipfius rei ueritas haberet; tunc uero ueraces uiros ad ipfa figna et confinia adfignanda nauigando direxerunt* etc. Viri nobiles et ueraces coniunguntur etiam in MEICHELBECK. c. I. p. 304, 314. Mihi certe perfuadere non poffum, horum nobilium appellatione comprehenfos fuiffe nullos ingenuos, multominus incredibilis ifta multitudo nobilium,

lium, quos chartae inprimis Frisingenses, S. Emeramenses, Fuldenses etc. nominant, ordinem ab ingenuis diuersum constituisse uidetur. §. XXVII.

§. XXVII.

Res arduas in comitiis tractatas fuisse, docent §. XXII sq. Legum scil. belli, pacis, foederum, iudiciorum grauiorum etc. caussae conuentui publico reseruabantur, ita, ut nonnihil eorum, quae hodie Pac. Osnabrug. art. VIII §. 2 expresse sancita, isto tempore in moribus esset. At quis inficias eat, penes regem summam fuisse auctoritatem summumque iudicium? Neque enim Rex prouincias suas animi oblectandi caussa peragrabat, sed ut pacem publicam ubique firmaret, ut facinorosos puniret, ut lites dirimeret. Quae ipsi expedire non uacabat negotia, ea filiis suis uel missis commendabat (§. XXII, 10). Iudicium missi Antemari recitauimus §. XIIII, 6, ex quo modum in placitis agendi discimus, pariter et e documento in CHRON. LVNAELAC. p. 78 asseruato: „Quidquid enim de legitimis placitis uentilatum fuerit, optime condecet memoriae commendandum, et quod a Nobilibus uiris rationabiliter seu legaliter „inquisitum et definitum fuerit, futuris temporibus a nemine possit „destrui, sed potius iuxta narrationem ueracium hominum res iuste „complacitatae, eius temporibus inconuulsae sine aliqua contradi„ctione permanere ualeant. Enim uero non est incognitum, quali„ter quaedam commotio exorta fuit inter Luiphrammum Iuuauen„sis Ecclesiae Archiepiscopum et Baturicum Radesbonae ciuitatis „Episcopum de uenatione et piscatione eorum ad Apirinesseo et in „caeteris locis. Tunc inter uentilata ratione et placito peracto co„ram supra dictis Praesulibus ac caeteris pagensibus loci ipsius uenit „Luiphrammus Archiepiscopus et Nordperht Comes in ipsum saltum „ad ipsa confinia perspicienda cum aliis quam plurimis nobilibus ui„ris ut agnoscere ualerent, quod ipsius rei ueritas haberet. Tunc „uero ueraces uiros ad ipsa signa et confinia adsignanda nauigando „direxerunt, quorum hic nomina supter praenotata sunt: Farut, „Vuihkoz, Kerrat, Alpker, Reginhart, Heriperht, Kozzilo, Keri„lo, Deothad Hiltiprant, Chuniperht, Ilpunc, Sigirod, Kerhart, „Ruodker, Ruodheri. Ista ratione peracta isti homines interrogati „ab ipsius loci Comite in illa fidelitate, quam cum Sacramento

Negotia comitiorum.

2. Placiti exemplum.

Domno

§. XXVII. „Domno Regi promissam habent, ut ipsius rei ueritatem dicerent, „qualiter ueracissime scirent, quorum nomina sunt, Kerrat, Kerilo, „Vuihkoz, Ferut, Heriperht, Deothad, Rodheri. Postea uero di- „xerunt, de Zinkinpah et Tinnulinpah usque super uerticem montis, „quem uulgo nominat Skafesperc, ex occidentali parte et meridia- „na proprie illa confinia ad Sanctum Petrum et Sanctum Rodbertum „ad Sedem Iuuauensem iuste et rationabiliter pertinere deberent. „Isti alii quam plurimi saepissime ad illam markam fuerunt, qui id i- „psum testificati sunt, sicut supra dictum est, quorum nomina sunt „Nordperht Comes, Ostarpald, Otachar, Orker. Actum „anno Domini DCCCXLIII. Indict. VI die Conf. III. Non. „Augusti.

3. Aduocatorum officium. Aduocatorum ecclesiarum, coenobiorum ac nobilium frequens commemoratio. Prouidebant, ne quid detrimenti caperet ecclesia uendendo, commutando, beneficii titulo fundos tradendo (§. XVII, 13). Caussas in prima cognoscebant instantia (§. XVIIII, 5, 7); grauiora uero iudicia sibi Rex reseruabat (ib. 8). In charta Argentinensi §. X, 1 allata, controuersiae per arbitros definiri iubentur: *si quoque aliquae querimoniae aduersus iam dictam ecclesiam tam de rebus et hominibus liberis et seruis ortae fuerint, quae absque graui et iniquo dispendio diffinire nequiuerint iubemus, ut per idoneos circa uicinos et fideles nostros fideliumque nostrorum homines plenissime sub sacramento inquiratur et ad finem rite usque deducatur.* OBRECHT. in prodromo rer. Alsat. p. 293 huius quoque chartae excerpta affert, et Austregarum natales in eadem deprehendit. add. HAHN. hist. Imp. in Ludou. German. §. IX not. d. III. SENCKENBERG. in flor. sparf. ad ius Austregar. p. 23 ex uerbis allatis Austregas non deducit; ea enim nihil aliud signare putat, quam aut curiam aliquam superiorem pro iudiciis in episcopatu, *einen Oberhof*, aut ea quae in episcopatu definiri nequeant, remittenda esse ad iudices regios in uicinia, uti uel hodie criminalia ab iis, qui iurisdictione criminali carent, ad uicinos remittuntur. conf. etiam KOPPII *Proben des teutschen Leben-Rechts* p. 65 *von den Obmannen der alten Teutschen.*

4. Austregarum iudicii initia dubia.

§. XXVIII.

§. XXVIII.

§. XXVIII.

Quamquam Rex ecclesias et coenobia liberalitate sua potissimum prosequebatur; ideo tamen aliorum sibi propinquitate, obsequio, meritis, iunctorum non obliuiscebatur penitus. Iam §. XVII, 9 attulimus chartam, qua uxori suae Hemmae commutationem roborabat. In MVRAT. T. II Antiquit. Ital. p. 215 Hirmingardae Ludouici II Imperatoris filiae curtes quasdam concedit his formulis: dilecta Nepta nostra Hirmingarda deprecata est celsitudinem nostram, ut ob mercedis nostrae augmentum quasdam res proprietatis nostrae consistentes in Italia ei in proprium concedissemus. Cuius petitioni ob amorem Domini nostri Iesu Christi libenti animo assensum praebentes, decreuimus ita fieri. Concessimus itaque ei illam Curtem in proprium, quae uocatur Morcula, consistentem in Comitatu Pergama, et Lemin Curtem in eodem comitatu, et Curtem Maiorem in Placentino Comitatu, et in Aucia, et nouum Monasterium in Papia. Et iussimus ei fieri hoc nostrae auctoritatis Praeceptum, per quod decernimus atque iubemus, ut nec nos, nec ullus ex successoribus nostris ullam potestatem habeat in praefatis rebus ei quicquam auferre, sed eas cum omnibus ibidem adiacentiis uel pertinentibus diebus uitae suae securiter habeat, teneat, atque possideat. Post suum uero obitum ad suae filiae reuertatur potestatem. MVRATORIVS hanc addit annotationem: „Reperimus heic *Curtem Maiorem* sitam in *Comitatu Placentino*, et in *Aucia*. At uisitur „adhuc Castellum *Curtis Maioris* in ditione ad Pallauicinos Mar„chiones olim pertinente, conterminum agro Placentino. Vide „etiam supra in Dissertat. XIX *de Tributis* Placitum Anno DCCCCX „Cremonae habitum, in quo se nobis offert *Aduocatus Curtis Domni* „*Regis Auce, quae dicitur Maiore. Auce* pro *in Auce*. Attamen per„pende, num ipsi *Curti Maiori* nomen fuerit *Auce*, atque inde uni„uerso illi Comitatui titulus *Auciensis* accesserit. Exploratum quo„que habeo, pari comitatus iure ac honore olim donatum fuisse „Oppidum *Gardae* ad Lacum Benacum positae, unde is *Lago di* „*Garda* adhuc appellatur. Iam Charta producta in Dissertatione „XIV *de seruis* nos docuit, *Ciuitatis* nomine nobilem locum olim „nequaquam caruisse. Atqui uix ulla erat Ciuitas, cui territorium „proprium ac proprius Praeses siue Comes non esset.„ Ex his argumenta-

Rex Hirmingardi nepti suae concedit curtes quasdam.

§ XXVIII. mentamur, Ludouici nostri ditioni regiones quasdam Langobardicas paruisse, quod iam §. XXI innuimus; sed quam late dominatus fuerit, non liquet. Id certissimum est, eumdem, Ludouico II Imp. regni Italiae sceptra una cum uita deponente, hanc sibi hereditatem iure maximo asseruisse. Nec abnuebat gens Itala, quamuis posthaec fortunam magis propitiam haberet Carolus Caluus. At in rebus dubiis fidem quoque Ludouici implorabant. In comment. rei diplomat. Imperatric. Aug §. 63 chartam recitauimus, qua Rex filiae suae Engilpergae, Ludouici Imp. uiduae confirmat *uniuersa ea ad usufruendum et ordinandum, seu etiam proprietario nomine habendum et possidendum, quemadmodum* Ludouicus Imp. *per suorum praeceptorum paginam concessisse et confirmasse dinoscitur et de his, quae ipsa sibi qualicumque contractu iuste et legaliter adquisiuit et in posterum adquisitura est, firmam pro Dei amore habeat potestatem in elemosina Senioris sui, nec non et sua sanctis locis seu quibuscumque ei placuerit tradere absque alicuius contradictione.* In HERRGOTT. Cod. probat. num. 67 rex hominibus quibusdam de Argengevve plenam legem uulgo Phaath dictam concedit: dilectus nepos noster, inquit, Odolricus Comes, et Hiltiboldus Missus noster, innotuerunt nobis, quod quidam homines de Argengeuue depraecarentur Celsitudinem nostram, ut eis liceret habere plenam legem, que uulgo dicitur Phaath, sicut caeteri Alamanni, et se redimerent de tali censu, sicut illorum antecessores nostris antecessoribus persoluerunt. Nos itaque petitioni illorum, sicut praedicti nostri fideles nobis innotuerunt, ob amorem Domini nostri Iesu Christi libenti animo assensum praebuimus, et decreuimus ita fieri, sicuti depraecabantur. Dederunt itaque nobis homines illi de Argengeuue, quorum nomina sunt, Podololt, et frater eius Folcherat, et Theatere, et Chunipret, et frater eius Felpo, Helibret, et Vsso, et Cuntzo, Hilteprant, et Wileboto, et Bodo, cum haeredibus eorum: P. Engilbold, et Hartpret, Hirsinc, et Gelunc, cum haeredibus eorum: Reginger, et Engilhere, cum fratribus eorum, in totum plenos mansos IX cum mancipiis, ea uidelicet ratione, ut securi essent de illo censu, quod illorum antecessores nostris antecessoribus persoluerunt, et illorum legem, quae uulgo dicitur Phaath, plenam habuissent, sicut caeteri Alamanni. Idcirco itaque praescriptis hominibus hos nostrae auctoritatis apices fieri decreuimus, ut securi sint de censu, quem antea illorum antecessores nostris ancessoribus persol-

2. Engilpergae filiae possessiones firmat

3. Argengouienses quidam obtinent legem plenam Phaath.

persoluerunt, ac per hoc nostrae auctoritatis praeceptum plenius in Dei nomine confirmatum, nullo inquietante, sed Deo auxiliante, illorum legem plenam habeant, quae uulgo dicitur Phaath, perpetuis temporibus, ipsi et successores eorum, absque ulla contradictione. Vocabulum Phaath TSCHVDIO uiolentia, sed HERRGOTTO lex esse uidetur Alemannorum, qua se a censu redimere poterant. *Phaath*, ni fallor, dicitur a phahen, capere, atque adeo haec lex seruitutem respicit. Apud PEZ. c. l. pag. 233 Alauuicus presbyter commutationis lege tradit proprietatem Ambrichoni episcopo, quam habuit *ab Ottarpah*, et *quam ei Hludouuicus piissimus rex, praecepto auctoritatis suae condonare dignatus est in perpetuam possessionem.* Ad petitionem Hartuuici, uenerabilis Episcopi Patauiensis, Ludouicus rex Albrico chorepiscopo suo mansos proprietatis suae consistentes inter Raba et Chumberch dono dedit. HVND. Part. I pag. 197. Presbytero Peroldo donat Capellam unam sitam in uilla Zurih, quae est constructa in honore Sancti Petri Principis Apostolorum, nec non et alteras duas Capellas in ualle Vronia in locis cognominantibus Burgilla (hodie *Bürglen*) et Silana (*Sillenen*). SCHEVCHZER et LOCHMANN. Tab. I et II. Huius donationis etiam mentio fit in Tom. III rer. Alemannic. GOLDASTI pag. 113, cum hac appendice: cum mancipiis, decimis, terris, cultis et incultis, donauit ea conditione, ut eo mortuo res praedictae ad prius memorati Monasterii usum et possessionem reuerterentur. Facta est haec donatio anno regni Ludevvici XXV in Orientali Francia. Cum monasterio Laureshamensi Samuel Abbas praeesset, rex Ludouuicus illustri comiti Werinhero praedia sua in uillis Bibifloz et Wadtinheim sitis in eodem pago Rhenense super fluuium Wisgoz et uillam Zullestein sitam in ripa fluminis Rheni, cum portu et omni integritate sua, regia auctoritate tradidit: quae mox idem Werinherus Laureshamensi monasterio assignauit, et ad dies uitae suae in precariam accepit. Ipse etiam in ecclesia, quae dicitur Varia, sepultus est. Bribino duci regem res quasdam in proprietatem concessisse, dictum §. XV, 9.

§. XXVIII.

4. Donis regiis ornantur Alauuicus presbyter, Albricus, chorepiscopus, Peroldus, presbyter, Werinherus, comes.

§. XXVIIII.

§. XXVIIII.

§. XXVIIII.

Iuris priuati antiqui confirmatio.

Legum priuatarum conditionem ut accepit, ita et seruare studuit rex. Saepius capitularium et scitorum singularium populorum Germaniae auctoritas roboratur. Id agebant reges in conuentu Marsnensi I. (uid. §. XXII, 10). In concilio Moguntino a. 847 uaria iuris priuati capita attinguntur. c. IX e concilio Carthaginensi repetitur: *de manumissionibus in ecclesia celebrandis, si id nostri consacerdotes per Italiam facere reperiuntur, nostrae etiam erit fiduciae istorum ordinem sequi.* c. XIII cautum, ut clerici et monachi a negotiis saecularibus omnino abstineant, quibus accensetur etiam in placitis saecularibus disputare, excepta defensione orphanorum aut uiduarum, conductores aut procuratores esse saecularium rerum, turpis uerbi uel facti ioculatorem esse, uel iocum saecularem diligere, alias amare, ornamentum inconueniens proposito suo quaerere etc. c. XXI iis, qui abortum procurant, poenitentia diuturnior dictatur, et in sequentibus caedem perpetrantibus. c. XXVII permittit, ut etiam cadauera suspensorum in patibulis ad ecclesias deferantur, et pro iis missae celebrentur. De incestu ita definit c. XXVIIII: si quis uiduam uxorem duxerit, et postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit: aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre et filio: item si quis relictam fratris, quae paene prius soror exstiterat, carnali coniunctione uiolauerit: si quis neptem in coniugium acceperit: si quis nouercam aut nurum suam duxerit: si quis consobrinae suae impudice se sociauerit, uel relictae siue filiae auunculi, aut patris filiae, uel priuignae suae concubitu pollutus, uel huiuscemodi coniunctionis attactu maculatus fuerit: eos disiungi, et ulterius numquam coniugio copulari, sed sub magna districtione fieri uolumus. et c. XXX: contradicimus quoque, ut in quarta generatione nullus amplius coniugio copuletur: ubi autem post interdictum factum inuentum fuerit, separetur. Sane eadem quae in uiri, haec nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum regula custodienda est. Quia ergo constat eos duos esse in carne una, communis illis utrimque parentela esse credenda est; sicut scriptum est: erunt duo in carne una. Conf. quae §. VII, 15 ex alia synodo attulimus. In pacto Confluentino a. 860 iterum leges et consuetudines antiquae confirmantur. In concilio Wormatiensi a. 868 de homicidiis

2. Concilium Mogunt. statuit de manumissionibus, de clericorum officiis, de abortu procurato, de cadaueribus suspensorum, de incestu.

3. Concilium Vormat.

micidiis uaria ſanciuntur: c. XXVIII de caede a furioſo commiſſa agit, c. XXVIIII de caede, quam dicunt caſuali: ſaepe contingit, ut dum quis operi neceſſario inſiſtens arborem incidat, aliquis ſubtus ipſam ueniens deprimatur: et idcirco ſi uoluntate uel negligentia incidentis arborem factum eſt, ut homicida poenitentiae debet omnino ſubmitti. Quod ſi non uoto, non incuria illius, non denique ſcientia contigit, ſed dum ille operi neceſſario fortaſſis incumberet, iſte inſperatus occurrens, ſub arborem improuiſus deuenit, et ſub ipſa, nemine ualente penitus adiuuare, ſuppreſſus eſt, inciſor arboris homicidae procul dubio non eſt comparandus. c. XXXII ſeqq. ſtatuitur de inceſtu. c. XXXVIII et XXXVIIII dominorum poteſtas in ſeruos conſtringitur. c. XL ſi ſeruus abſente uel neſciente domino ſuo, epiſcopo autem ſciente, quod ſeruus ſit, diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipſe in clericatus officio permaneat, epiſcopus tamen eum domino duplici ſatisfactione perſoluat etc.

§. XXX. de caede fortuita. de dominorum in ſeruos poteſtate.

§. XXX.

Haud leues iuris Germanici priuati lineas tabulae ac hiſtoriarum monimenta regis noſtrae referunt, quibus iam inhaerebimus, non ut uolumus, ſed ut poſſumus. Seruos fiſcalinos ſiſtit diploma Argentinenſe §. XIII, 1. Conf. t. I §. LVII, 2, quibus iunguntur tabellarii uel tabularii, qui per tabulas manumiſſi liberti erant eccleſiae. POTGIESER. de ſtatu ſeruorum p. 695. Gentis Saxonum tres erant ordines Edhilingi, Frilingi et Lazzi, h. e. nobiles, ingenui, et ſerui, teſte NITHARDO. *Latos* igitur ſeruos putes §. XIII, 4. XVI, 9. Liti uix melioris ſortis erant §. VII, 21. XVI, 10. POTGIESER. p. 252. *Geneciae* feminae (§. XVI, 17) in gynaeceo artibus muliebribus laniſicio, colo, etc. operam dabant, de quibus uid. LEX ALAMANN. c. LXXXI §. 2, 3. *Slaui* quidem inter homines ſeruilis conditionis referuntur §. XVIIII, 7; ſed ideo tota Slauorum natio non erat ſeruilis (uid. t. I §. LXXVI, 45). Perfidi tantum ac pertinaces bello capti in ſeruitutem detrudebantur. Operae et cenſus hominum propriorum paſſim, praeſertim §. XVI, 8 recenſentur. Tametſi ex ſtatutis Francorum ſerui ad clericorum ordinem promouendi manumittendi eſſent: Gundpertum tamen Clericum §. XVII, 7 ſeruilis ſortis deprehendimus, poſtea a rege libertate donatum. Praeſentibus

Serui fiſcalini. Lati. Geneciae. Slaui.

§. XXX. ſentibus miſſis regis noſtri Sigimarus famulus ſacris ordinibus dignus
2. Charta manumiſſionis. manumittebatur in GOLDAST. t. II rer. Alem. p. 27: „Auctoritas „Eccleſiaſtica patenter ammonet, inſuper et poteſtas Regia canoni„cae religioni adſenſum praebet, ut quemcunque ad ſacros ordines „ex familia propria promouere Eccleſia quaeque elegerit in prae„ſentia Sacerdotum canonicorum ſimul et Nobilium laicorum, et „eius cui ſubiectus eſt manumiſſione ſub libertatis teſtamento ſollem„niter roboretur. Idcirco ego in Dei nomine Engildruda quondam „meum famulum nomine Sigimarum, ſacris ordinibus dignum, in „praeſentia nobilium uirorum liberum ab omni uinculo ſeruitutis di„mitto. Cui Romanae per hoc auctoritatis teſtamentum ſtatuo, „ita ut ab hodierno die et tempore bene ingenuus atque ſecurus per„maneat, tanquam ſi ab origine fuiſſet parentibus liberis procreatus „uel natus: eandem pergat partem quamcunque uolens canonice „elegerit, habensque portas apertas ita ut deinceps nec mihi nec ſuc„ceſſoribus meis ullum debeat noxiae conditionis ſeruitium, neque „aliquod libertatis obſequium, ſed omnibus diebus uitae ſuae ſub „certa ingenuitate, ſicut alii ciues Romani, per hunc manumiſſionis „aut ingenuitatis titulum bene ſemper ingenuus atque ſecurus exi„ſtat, ſuumque peculiare, quod habet aut quod adhuc adquiri po„terit, faciat inde ſecundum canonicam libertatem quidquid uoluerit. „Et ut haec teſtamenti ac ingenuitatis auctoritas inuiolatam incon„uulſamque optineat firmitatem, ego Engildruda et Richolf aduo„catus meus amborum manibus ſubterfirmauimus, ſacerdotes quo„que ita nominati manus ſuas in praeſentem ingenuitatis cartulam „miſerunt, Pero, Adalman, Hiltiger, Rodpot, Baldolt, Rantolf. „Actum in uilla Hoſtrahum nuncupata, in praeſentia Salomonis et „Reginolfi miſſis Domni Hludovvici Regis Sig. Hiltibaldi miſſi Ho„norati Comitis ✝ Otkit ✝ Liutpreht ✝ Hadpert etc. Ego itaque „Vuato Diaconus rogatus ſcripſi et ſubſcripſi. Notaui diem Iouis, „in VIII Id. Octobr. regnante Domno Hludovvico Rege Alaman„norum et Peioariorum, ſub Chonrato Duce nobiliſſimo, feliciter.
3. appendices fundorum enumerantur. „Amen.„ Traditiones regiae fundorum appendices, ut moris erat, diligenter enumerant. Venationes reperimus §. XV, 10; XVI, 19, ubi etiam ius piſcandi aliis eccleſiis conceditur. Piſca-
Venatio. Piſcatio. tiones iterum memorantur §. XVI, 23; XVII, 3 et XV, 1 piſcatio ad Vennam aliquam h. e. locum ſeptum. *Venne* Belgis eſt locus paluſtris.

luſtris. De uineis loquitur §. XIIII, 7. XV, 10. *Picturae* uineae (§. XVI, 8) ſunt pedaturae h. e. agri ſpatium pedum menſura definitum. Exceptionem praeſcriptionis XXX annorum iure propitio opponi potuiſſe, docet §. XIV, 7. Germanis hoc temporis interuallum ſaeculi inſtar fuit; quare negligentiae ſat indultum uidebatur; ſed nec annalem praeſcriptionem in aliis negotiis reiiciebant. Sanctimonialibus Eſſendienſibus facultas de rebus propriis uel mortis cauſſa uel inter uiuos libere ſtatuendi conceditur §. VII, 25. Rex ipſe graui morbo laborans theſauros ſuos locis religioſis et pauperibus erogauit (§. XXII, 26). Ratpodus comes nonnihil patrimonii ſui legauit monaſterio S. Emerami hac lege, ſi heres ſibi non naſceretur; herede autem naſcente, res traditionis ducentis ſolidis redimeretur (§. XV, 8). Traditionibus ſaepius accedebant fideiuſſores, quos curare oportebat, ne pacta uel donata interuerterentur (§. XV, 2). conf. comment. noſtra de Salmannis. Magna praeterea teſtium turba accita, quorum aures memoriae cauſſa uellicabantur, ut chartae inprimis Bauaricae abunde docent. uid. Opuſcula noſtra p. 15. Crimina acerrime punita fuiſſe diſcimus ex ANN. FVLD. ad a. 866: ea tempeſtate apud Mogontiacum quidam de hominibus Luitberti Archiepiſcopi orta ſeditione interfecti ſunt, quorum mors grauiter in auctores ſeditionis uindicata eſt. Quidam enim in ligno ſuſpenſi, alii manuum et pedum ſummitatibus amputatis, etiam lumine oculorum priuantur: nonnulli omnia ſua relinquentes, et mortem euadere cupientes, exules effecti ſunt. add. §. XXII, 6. Sacramenta ſuper capſam (h. e. reliquiis in medium allatis) ſanctorum exhibebantur (§. XIIII, 6).

[Margin: Vineae. — 4. Praeſcriptio XXX annorum. — 5. Diſpoſitio mortis cauſſa. — 6. Fideiuſſores traditionis. — 7. Teſtium aures tractae. — 8. Criminum poenae ſeueriores.]

§. XXXI.

In Germania, Ludouico regnante, bonae artes tantum quantum iſtius aetatis fortuna ferebat, colebantur. Rex enim ipſe excelſo praeditus ingenio optimas didicerat diſciplinas; id, quod ANNALES METENS. et REGINO in elogio ipſius ſilentio non praetermittunt: *fuit iſte Princeps Chriſtianiſſimus, fide Catholicus, non ſolum ſecularibus, uerum etiam eccleſiaſticis diſciplinis ſufficienter inſtructus; quae religionis ſunt, quae pacis, quae iuſtitiae, ardentiſſimus executor: ingenio callidiſſimus, conſilio prouidentiſſimus, in dandis ſiue ſubtrahendis publicis dignitatibus diſcretionis moderamine temperatus, in proelio uictorioſiſſi-*

[Margin: Ludouici Regis laudes]

§. XXXI. *riosissimus, armorum, quam conuiuiorum apparatibus studiosior, cui maximae opes erant instrumenta bellica, plus diligens ferri rigorem, quam auri fulgorem, apud quem nemo inutilis ualuit, in cuius oculis perraro utilis displicuit, quem nemo muneribus corrumpere potuit, apud quem nullus per pecuniam Ecclesiasticam siue mundanam dignitatem obtinuit, sed magis Ecclesiasticam probis moribus et sancta conuersatione, mundanam deuoto seruitio* et *sincera fidelitate.* Quae Carolus M. et Ludouicus P. de scholis constituerant, ea Ludouicus noster in suo quoque regno approbasse uidetur. Doctrinae perfugium praebebant coenobia, inter haec in Germania celebritate maxime florebat Fuldense, cui aeternum decus conciliauit HRABANVS MAVRVS, Abbas, postea archiepiscopus Moguntinus. Nolo huius singularis saeculi sui ornamenti in rem sacram merita, de quibus §. VII disserui, repetere. Omnibus solidae eruditionis adminiculis instructus uir magni ingenii in literis diuinioribus interpretandis multo cautius, quam reliqui, uersabatur, qui nec hebraicam, nec graecam linguam callebant. Immensam illius industriam ingens prodit librorum, quos composuit, multitudo. Commentarium suum in παραλειπομενα spectare uoluit *ad serenissimum, gloriosissimum, plenissimum, inque uera religione excellentissimum Baioariae regem Ludouicum. Reginae nobilissimae* dedicauit explicationem libri Esther. BVDD. in diss. de Hrab. Maur. p. 88 cum NATALI ALEXANDRO diss. XI p. 578 Iuditham intelligere mauult, quam Emmam quandam cum aliis fingere, nullibi memoratam. At memoratur saepius Emma, Ludouici nostri coniux. Quae in selecta quaedam cantica sanctorum uet. et noui testamenti matutino tempore cantari solita, meditatus est hic praesul, Ludouico R. una cum libro de uniuerso obtulit. Nec remissiore diligentia in argumentis philosophicis ac philologicis elaborauit. Theotiscae inprimis linguae culturam sibi cordi habuit; quapropter in concilio Moguntino a. 847 sanciebatur, ut homiliae theotisce exponerentur. De inuentione linguarum ab hebraea usque ad theotiscam et notis antiquis commentatiunculam reliquit Rabanus, quam et in t. II rer. Alem. GOLDASTI p. 68 deprehendimus, glossis eius latino-barbaricis de partibus humani corporis additam. Maioris pretii est glossarium in uetus et nouum testamentum, quod nunc ex codice bibliothecae Caesareae uetustissimo, cum aliis Saec. IX theotiscarum literarum monimentis, publica luce donauit ECCARD. in commentar.

et cura rei literariae.

a. Hrabani Mauri eruditio amplissima,

rer.

rer. Franc. t. II p. 950 sq. Specimen glossarii huius latino-theotisci larga eruditione illustrati dedit IO. DIECMANNVS. Vitam Hrabani, non totam tamen, discipulus ipsius Rodulphus optima fide enarrauit, sed nostra aetate multo plenius cel. BVDDEVS in singulari dissertatione eam restituit. conf. etiam SCHANNATI historia Fuldensis et IOANNIS scriptores rer. Mogunt. Opera Hrabani VI uoluminibus comprehensa prodiere Coloniae 1627 cura GE. COLVENERII, Cancellarii uniuersitatis Duacensis. BALVZ. t. I Miscellan. librum de computo inseruit. Quum Hrabani fama longe lateque uagaretur, insignem iuuenum copiam ad monasterium Fuldense confluxisse, dubitauit nemo. De Rudolfo, quem modo appellauimus, ANNALES FVLD. ad a. 865 honorifice memorant: *Rudolfus Fuldensis Coenobii presbyter et monachus, qui apud totius pene Germaniae partes doctor egregius et insignis floruit, historiographus et Poeta, atque omnium artium nobilissimus auctor habebatur, VIII Id. Mart. diem ultimum feliciter clausit.* In diplomate quodam, minus quidem sincero, de quo §. XXXX, 2 differemus, Rudolfus *monachus Scolaribus in monasterio S. Bonifacii Fuldae praeesse et censum curiae regiae* accipere dicitur. Quod Hrabanus optauerat, ut nimirum sacrae literae etiam theotisce legerentur, id praestare tentauit discipulus eius OTFRIDVS monachus Weissenburgensis. Sacra enim Euangelia rhythmo Francico interpretatus est, cuius praeclari operis, nunc in SCHILTERI thesauri antiquit. t. I editi, notitiam literariam suppeditat praefatio huius thesauri, itemque DIEDERICVS von STADE in specimine lectionum antiquarum Francicarum ex Otfridi Monachi Wizanburgensis libris Euangeliorum, et DAV. HOFFMANN. in diss. de Otfrido Monacho Weissenburgensi, quatuor Euangeliorum interprete celeberrimo. OTFRIDVS ipse conatus sui censuram in epistola singulari Luitberto, Archiepiscopo Moguntino commendat, in qua de incunabulis quasi theotiscae literaturae haec memoriae prodidit: „Huius linguae barbaries ut est inculta et indisciplinabilis, atque insueta capi regulari freno Grammaticae artis, sic etiam in multis dictis scriptu est propter literarum aut congeriem aut incognitam sonoritatem difficilis. Nam interdum tria *uuu*, ut puto, quaerit in sono, priores duo consonantes, ut mihi uidetur, tertium uocali sono manente. Interdum uero nec *a*, nec *e*, nec *i*, nec *u* uocalium sonos praecanere potui, ibi *y* Graecum mihi uidebatur adscribi.

§. XXXXI.

3. et discipuli Rudolphus,

4. Otfridus, monachus Weissenburgensis,

Initia literaturae Francicae,

§. XXXI. ſcribi. Et etiam hoc elementum lingua haec horreſcit interdum, nulli ſe chara Aeri aliquotiens in quodam ſono niſi difficile iungens. *K* et *Z* ſaepius haec lingua extra uſum latinitatis utitur, quae Grammatici inter literas dicunt eſſe ſuperfluas. Ob ſtridorem autem dentium interdum, ut puto, in hac lingua *Z* utuntur; *K* autem ob faucium ſonoritatem. Patitur quoque metaplasmi figuram nimium, non tamen aſſidue, quam doctores Grammaticae artis uocant ſinalipham, et hoc niſi legentes praeuideant, rationis dicta deformius ſonant, literas interdum ſcriptione ſeruantes, interdum uero Ebraicae linguae more uitantes, quibus ipſas literas ratione ſinaliphae in lineis, ut quidam dicunt, penitus amittere et tranſilire moris habetur; non quo ſeries ſcriptionis huius metrica ſit ſubtilitate conſtricta; ſed Schema omoeoteleuton aſſidue quaerit. Aptam enim in hac lectione et priori decentem et conſimilem quaerunt uerba in fine ſonoritatem, et non tantum per hanc inter duas uocales, ſed etiam inter alias literas ſaepiſſime patitur conliſionem ſinaliphae, et hoc niſi fiat, extenſio ſaepius literarum inepte ſonat dicta uerborum. Quod in communi quoque noſtra locutione, ſi ſolerter intendimus, nos agere nimium inuenimus. Quaerit enim linguae huius ornatus, et a legentibus ſinaliphae lenem et conliſionem lubricam praecanere, et a dictantibus omoeoteleuton; id eſt conſimilem uerborum terminationem obſeruare. Senſus enim hic interdum ultra duos uel tres uerſus uel etiam quatuor in lectione debet eſſe ſuſpenſus, ut legentibus, quod lectio ſignat, apertius fiat. Hic ſaepius *i* et *o*, ceteraeque ſimiliter cum illo uocales ſimul inueniuntur inſcriptae, interdum in ſono diuiſae uocales manentes, interdum coniunctae, priore transeunte in conſonantium poteſtatem. Duo etiam negatiui, dum in Latinitate rationis dicta confirmant, in huius linguae uſu paene aſſidue negant, et quamuis hoc interdum praecauere ualerem, ob uſum tamen quotidianum, ut morum ſe locutio praebuit, dictare curaui. Huius enim linguae proprietas nec numerum, nec genera me conſeruare ſinebat. Interdum enim maſculinum Latinae linguae in hac foeminino protuli, et cetera genera neceſſarie ſimili modo permiſcui. Numerum pluralem ſingulari, ſingularem plurali uariaui, et tali modo in barbariſmum et ſoloeciſmum ſaepius coactus incidi. Horum ſupra ſcriptorum omnium uitiorum exempla de hoc libro Theotiſce ponerem; niſi irriſionem legentium deuitarem. Nam dum agreſtis linguae

guae inculta uerba inferuntur Latinitatis planitiae, cahinnum legentibus praebent. Lingua enim haec uelut agreftis habetur; dum a propriis nec fcriptura, nec arte aliqua ullis eft temporibus expolita, quippe qui nec hiftorias fuorum anteceflorum, ut multae gentes ceterae, commendant memoriae, nec eorum gefta uel uitam ornant dignitatis amore. Quod fi raro contigit, aliarum gentium lingua, id eft, Latinorum uel Graecorum potius explanant; cauent aliarum et deformitatem non uerecundant fuarum. Stupent in aliis uel literula parua artem transgredi, et paene propria lingua uitium generat per fingula uerba. Res mira, tam magnos uiros prudentiae deditos, cautela praecipuos, agilitate fuffultos, fapientia latos, fanctitate praeclaros, cuncta haec in alienae linguae gloriam transferre, et ufum Scripturae in propria lingua non habere. Eft tamen conueniens, ut qualicunque modo, fiue corrupta, feu lingua integrae artis, humanum genus autorem omnium laudent, qui plectrum eis dederat linguae, uerbum in eis fuae laudis fonare, qui non uerborum adulationem politorum, fed quaerit in nobis pium cogitationis affectum, operumque pio labore congeriem, non laborum inanem feruitiem.,, Ludouicum noftrum in carmine, quo ipfi librum dedicat, laudibus ac piis precibus cumulat. Sed non Regi tantum, fed et Salomoni, Epifcopo Conftantienfi opus fuum infcripfit. In L. I c. 1 Franci ad linguae fuae culturam excitantur, eorumque gloria ualde celebratur. Vatis huius ingenium ex hoc fpecimine cognofcemus:

§. XXXI.

Otfridi fpecimen metri theotifci.

Vuanana fculun Frankon
einon thaz biuuankon,
Ni fie in Frenkisgon beginnen,
fie Gotes lob fingen?
Nift nifo gifungan
mit regulu bithuungan.
Si habet tho thia rihti
in fconeru flihti.
Ili thu zi note,
theiz fcono thoh gilute,
Ioh Gotes uuizzod thanne
tharana fcono helle.

Hoc

§. XXXI. Hoc eſt:

Quare debent Franci
ſoli hoc legere,
Ne ſit in Francico auſu,
ut Dei laudes cantent?
Nunquam ſic cantatum eſt,
ad regulam coactum.
Ea habet tamen rectitudinem
in pulchra ſimplicitate.
Feſtiua igitur anxie
uti eleganter reſonet,
Vt Dei uerbum inde
in eo pulchre clangat.

Ziu ſculun Franckon, ſo ih quad,
zi thiu einen uueſin ungimah.
Thie liutes uuiht ni dualtun,
thie uuir hiar oba Zaltun.
Sie ſint ſoſama chuani,
ſelb ſo thie Romani.
Ni tharf man thaz ouh redinon,
thaz kriachi ni es uuideron.
Si eigun in zi nuzzi
ſo ſamalicho uuizzi.
In felde, ioh in uualde
ſo ſint ſie ſama balde.
Rihiduam ginuagi,
joh ſint ouh ſilu chuani.
Zi uuafane ſnelle,
ſo ſint thie thegana alle.
Si buent mit geziugon
joh uuarun io thes giuuon
In guatemo lante
bithiu ſint ſe unſcante.
Iz iſt filu feizzit,
harto iſt iz giuueizit

Mit

§. XXXI.

Mit manigfaltan ehtin,
nist iz bi unsen frehtin.
Zi nuzze grebit man ouh thar
er inti kuphar.
Ioh bi thia meina,
isine steina.
Ouh thara zua fuagi
silabar zi nuagi.
Ioh lesent thar in Lante
gold in iro sante.
Sie sint fast muate,
zi managemo guate,
Zi manageru nuzzi,
thaz duent in iro uuizzi.
Si sint filu redie,
sih fianton zi rettine.

Hoc est:

Quomodo debent Franci, ut ego dixi,
ad illa soli esse inepti?
Istos populos nihil quicquam morantur,
quos supra retulimus.
Ipsis sunt aeque fortes,
ac isti Romani.
Nec licet etiam dicere,
quod Graeci ipsis praeualeant.
Possident sibi utiliter
aequalem scientiam.
In campis et in syluis
aeque sunt audaces.
Diuitiarum satis,
et sunt quoque multum fortes.
Ad arma celeres,
sic sunt hi milites omnes.
Habitant cum apparatu,
fuerunt hoc consueti,
In bona terra,
propterea sunt haud confusi.

§. XXXI.

Illa eſt multum pinguis
ualde eſt id comprobatum
Multiplicibus prouentibus.
Non eſt illud a noſtra ſatione.
Ad utilitatem foditur quoque hic
Æs et cuprum,
Atque cum multitudine
ferrum.
Sed et adde
argentum ad ſatietatem.
Imo legunt hac in terra
aurum in eius arena.
Sunt ualde alacres
ad bonum uarii generis.
Ad uarias utilitates,
hoc faciunt ſua ſcientia.
Sunt admodum promti
ſe ab hoſtibus defendere.

LAMBECIVS in commentar. biblioth. Caeſar. Vindob. alia huius Otfridi theotiſca documenta ſe reperiſſe tradit, homilias ſcil. quas nunc ECCARD. t. II rer. Franc. p. 941 protulit, carmen in monachos S. Galli et paraphraſes; quamquam paraphraſin et uerſionem pſalmorum NOTKERO LABEONI uindicet SCHILTERVS pariter ac ECCARD. in incerti monachi Weiſſenburgenſis catecheſi theotiſca, Saec. IX conſcripta, paraphraſin orationis dominicae KERONI monacho S. Galli. Hrabani ſcholae maximo fuit honori WALAFRIDVS STRABVS, ſacri codicis interpres clariſſimus, uenuſtus poeta, ac hiſtoriae ſcribendae bene peritus. In Augienſi monaſterio, celeberrimo illius aeui literarum ſacrario, Abbatis munere functus eſt grauiſſime, ut in IOH. EGONIS libro de uiris illuſtribus Augiae diuitis c. 13 latius oſtenditur. Hrabanus ipſi ſuperſtes hoc epitaphium poſuit:

5. Walafridus Strabo.

Noſcere quisque uelit tumulo hoc quis conditus extet
Perlegat hunc titulum omnia ſicque ſciet
Ergo Walafredus tumulatus ſorte quieſcit,
Presbyter et Monachus ingenio hic ualidus,

Abbas

Abbas coenobii huius, custosque fidelis §.XXXI.
Hic fuerat, caute dogmata sacra legens.
Nam docuit multos metrorum iure peritus,
Dictauit uersus, prosa facundus erat.

6. Ruthardus. Walafridi poemata in CANISII t. II antiq. lect. reperiuntur. SCHATEN. in Annal. Paderborn. P. I p. 143 memorabile, ait, quod de Ruthardo monacho, Rabani et Strabi auditore, scribit Meginfridus in Chron. Fuldensi, cui cum post obitum Haymonis Episcopi Ludouicus Germaniae Rex ob praeclaram doctrinam et uirtutum famam Episcopatum Halberstadiensem obtulisset, ut uidelicet Haymoni monacho succederet et ipse monachus, libere respondit: da Episcopatum alteri, qui idoneus sit, ego religiosae uitae quietem, et studium scripturarum omnibus mundi honoribus antefero; digna sapiente uox. 7. Probus. PROBVS, presbyter religiosus, cuius casta conuersatio et doctrinae sanctae studium Moguntinam illustrauit ecclesiam, VII Kal. Iul. diem obiit. Ita ANNAL. FVLD. ad a. 859: Probus in Fuldensi monasterio praeceptorem coluit Rabanum et cum Walafrido et Lupo Ferrariensi amicitiam contraxit, quod ille in carmine, hic in epistola XX et XXXIV declarauit. *Probum autem*, inquit, *non tam aliquid edidisse admiror, quam non omnibus scribendi materiam abstulisse.* 8. De Grimoldo, abbate S. Gallensi, Ermenrico et monachis doctis S. Gallens. Walafridus monachus iuuenis Augiensis usus est Grimoldo magistro, eruditionis laude florentissimo, postea Abbate S. Gallensi et regis Archicapellano, quem §. XXXVI, 2 iterum memorabimus. Ermenricus monachus Augiensis, dein episcopus Patauiensis in epistola de grammatica ad hunc Grimoldum, quam MABILLON. in analect. uet. p. 420 asseruauit, non solum regem Ludouicum splendidis elogiis ornat, sed et monachorum S. Galli praestantiorum nomina posteritati tradidit: tantas uirtutes in iisdem fratribus conspexi, ut uix illas, ne dicas me, sed neque Pythagoram de Samo egressum putem eloqui posse. Alius enim alio humilior, et patientior inuenitur, nec est Zelus amarus inter eos, uel inuidiae liuor: sed sola caritas ibi principatur, et iustitia regnat. Et sic caritas mater est uirtutum, et concordia filia eius, ac simplicitas earum pedisequa illic sine dubio domicilium proprium habet. quae etsi pro tempore aliquanto in aliis locis commorata fuerit, et particulatim se ibi ostenderit; hic tamen semper cum filia et ministra tota consistit.

§.XXXI. Nec eſt aduentantium hoſpitum ullus, cui ab his tribus non occurratur. Sunt enim iugiter ſimul indiſſolubiles, ut funiculus triplex, et inter omnes ſparſae, integrae tamen unum omnibus miniſterium praebent. A cuius ſcilicet caritatis uberibus ſuxit domnus *Engilpertus* largitatem, et ingenioſiſſimus *Hartmodus* benignitatem: ambo tam Deo quam hominibus digniſſimi, tibi etiam domino cariſſimo per omnia fideliſſimi, ceu aurea candelabra lucent in domo tua ante Deum. Nec nocet ſi unius lux paullo feruentius ardet, alterius uero lenius, et ob hoc longius: cum utrumque placeat, et botrus, qui a calore ſolis citius, et qui ſero matureſcit; et equus uelox, et qui pedetemptim ambulat, aeque laudatur ab his, qui interdum huius, interdum uero illius utilitate, prout res liceat, utuntur.

Longum eſt ſane per ſingulos nominatim uelle diſcurrere, quantos, qualesque Dei famulos in omni arte et uirtutum ſtemmate redimitos ibi uiderim. Sed neque in aedificiis conſtruendis ex omni materia, tam induſtrios uiros, uel raro uſquam repperi, ſicuti bene in nido apparet, quales uolucres ibi inhabitant. Cerne baſilicam et coenobii clauſtrum, et non miraris quod refero. Et ne de omnibus ſileam, quis eſt *Vuinibartus*, niſi ipſe Daedalus? uel quis *Isenricus*, niſi Beſeleel ſecundus? in cuius manu uerſatur ſemper dolabrum, excepto quando ſtat ad altaris ſacri miniſterium. Tanta humilitas in eis eſt, ut tam perfecti uiri non dedignentur opus ruſticum per ſe ipſos actitare, penſantes ſcriptum: Humilitate penetratur caelum, et caritate peruenitur ad regnum ſempiternum. Quid memorem de domino *Amalgero*, in conſiliis prouido, et uniuerſitate morum honeſtate praeclaro? In diuino autem cultu quam religioſus ſit, teſtatur altare aureum, ante quod ſedulo ſedet, nec iacet orans. Taceo de domno *Radgero*, uiro ſimpliciſſimo etc. Sed quia de omnibus longum eſt commemorare, uel de uita ſancti Galli, cuius tu paſtor quam optime tugurium poſſides, et familiam regis; liceat amoris cauſa uirtutum eius quosdam floſcellos decarpere, et metricis melodiis, ceu floreum diadema capiti tuo componere: ut ſi ſuperius te omni uirtutum decore dixi gemmatum, ſine corona tantum non te uideat ſol ſtellatum. Scripſit itaque eiusdem Confeſſoris Chriſti uitam ſupradictus praeceptor meus, uir ſimpliciſſimae uitae, et per omnia rectae, domnus *Walbafredus* tibi notiſſimus, quem etiam tu ipſe ut peritus cathegeta peritum ſophiſtam enutriſti, et ut plus in domo

Dei

Dei luceret, lumine Dei praeuentum super candelabrum eleuasti. §. XXXI.
Sed heu prô dolor! mors acerba, quae nulli parcere nouit, subito eum nobis tulit: nec tamen sibi animam illam uindicauit, quam Christus assumsit. Voluit uero ille poëtico cothurno gesta beatissimi Galli comere, sed morte praeuentus, uitam in uita finiuit. Vnde ego rogatus sum a quibusdam fratribus, et praecipue a deuotissimo Gozperto, ne dicas Caluo, sed pilis cephali aure tenus nudo, omni tamen sancta beneuolentia pleno, felicissimi Abbatis Gozperti nepote, cum quadam ui impulsus, ut quod magister deuotus non impleret, ego cliens assecla compleam illud factum, asserens esse unum tam incipientis ex animo, quam perficientis praemium etc. Conf. 9.
IO. MEZLER. de uiris illustr. S. Galli L. II c. XI sq. Nec tacendus est HAIMO, grande illius saeculi lumen. Bonis literis operam dedit comite Rabano, quod hic in dedicatione operis de uniuerso ad Haimonem directa tradit: *Memor sum*, inquit, *boni studii tui, Sancte Pater, quod habuisti in puerili atque iuuenili aetate in literarum exercitio et sacrarum literarum meditatione, quando mecum legebas, non solum diuinos libros et Sanctorum Patrum super eos expositiones, sed etiam huius mundi sapientium de rerum naturis solertes inquisitiones, quas in liberalium artium descriptione et ceterarum rerum inuestigatione composuerunt.* Monasterio deinde Hersfeldensi, ac denique ecclesiae Halberstadensi praefectus fuit. ANNALISTA SAXO haec memorat: *Hemmo Heroluesfeldensis monachus magis in detrimentum, quam ad profectum a Lodouico, filio Imperatoris Lodouici, tertius Halberstadensi ecclesiae est missus episcopus. Nam decimas super totum Fresienoueld ab Halberstadensi ecclesia, cui iure offerendae sunt, ad Heroluesfeldensem transtulit.* Vitam ac doctrinam uiri huius clarissimi in dissertatione singulari exposuit PAVLL. ANTONIVS, in qua p. 7 ex WINNIGSTADII Chronico Halberstadiensi MS. haec proferuntur: „Attulit Haimo „Hirsfeldia secum probatae fidei uirum, cui omnes curas saeculares „demandauit, quo ecclesiae uacare posset, exstruxit etiam in uicinia „huic administratori suo uillam ab episcopo Hovm denominatam, „ubi negotia sua sine impedimento conficere posset. Cuius procu„ratoris familia uillam hanc, mox in pagum excrescentem, primum „incolens cognomen inde traxit de Hoym, unde originem habet no„bilissima Hoymiorum familia von Haim Hoym, cum laude adhuc „superstes. Docet hoc exemplum, neque Ludouicum fefellisse

Haimo, episc. Halberstad.

§. XXXI. „opinionem, quando codicem euangeliorum dominicalium argento, „auro gemmisque fulgentem Haymoni episcopo dono mittens etiam „atque etiam de cura animarum rerumque ecclesiasticarum ipsum ad„monuit.„

10. Adalramus Archiep. Salisburg.

In bibliotheca monasterii S. Emerami exstat codex membraneus continens sermonem S. Augustini de symbolo contra Iudaeos, quem ADALRAMUS Ludouico regi obtulit. Hoc enim denotant uersus ad calcem subiecti:

Accipe summe puer paruum Hludovvice libellum,
  Quem tibi deuotus obtulit en famulus,
Scilicet indignus Iuuauensis praesul ouilis
  Dictus Adalramus seruulus ipse tuus.

uid. HANSIZ. German. sacr. t. II p. 127. Iurisprudentiam Carolidarum aetate e capitularibus potissimum hauriendam fuisse, nemo nescit.

11. Benedicti Leuitae noua Capitularium collectio.

BENEDICTI igitur LEVITAE studium, quo ANSEGISI capitularium collectionem, iubente quidem Archiepiscopo Moguntino Otgario, tribus locupletauit libris, laudandum erat omnino. Exordium collectionis nouae ita habet:

Quattuor explicitis, lector uenerande, libellis,
  Qui canonum recitant iura tenenda satis,
Quosque pater quondam collegit nobilis apte
  Ansegisus ouans ductus amore Dei,
Antcario demum, quem tunc Mogontia summum
  Pontificem tenuit, praecipiente pio,
Post Benedictus ego ternos Leuita libellos
  Adnexi, legis quis recitatur opus etc.

12. Wicbertus episc. Hildesheim. medicae artis peritus.

WICBERTUS episcopus Hildeshemensis a. 880 electus est, qui suo tempore medicinae artis peritissimus fuit. CHRON. HILDESHEIM. t. I scriptor. Brunsuic. p. 743. ECCARD. in not. ad uitam S. Hathumodae in monimentorum ueterum quaternione p. 27.

Sic nullum bonarum artium genus hoc tempore plane neglectum fuisse constat, quamquam istae scientiae, quae ingenio potissimum nituntur, laetius florerent. Proinde non deerant oratores eximii ac poetae; non deerant artifices. In historicis desiderari possent permulta.

13. Ἐπινίκιον Ludouic. R.

Dignum, quod commemoremus ἐπινίκιον rhythmo Francico Ludouico Regi acclamatum, quod SCHILTERUS notis illustrauit. Dubitabatur, utri Ludouicorum, regi Franciae orientalis, an occi-

occidentalis, hoc carmen inſcriptum fuerit, cum uterque de Nort- §. XXXII.
mannis uictoriam reportauerit. Sed, re penitus perſpecta, id Ludouico Gallico ſiue Ludouici Balbi filio potiori iure, quam Ludouiço Germanico iuniori uindicatur. Verba:

Kind vvart er vaterlos,
des vvarth ihme ſehr bos
Holoda' nan Truhtin,
Magaczogo vvarth her ſin

perſpicue indicat Ludouicum R. Franciae occident. Dum rhythmus pergit:

Gab her ihme Dugidi,
Froniſc githigini,
Stuel hier in Vrankon.
ſo bruche her es lango.
Das gedeild er thanne
ſar mit Karlomanne
Bruder ſinemo,
thia czala vvanni ano.

Ludouico quidem iuniori Germanico etiam frater erat, Karlomannus dictus: ſed diuiſionis negotium non concordat cum Ludouici iunioris hiſtoria. Ceterum miramur iure noſtro linguae ueteris theotiſcae maieſtatem et copiam. Eleganter et proprie cum rebus congruebant uocabula, nec alienae linguae auxilia petebantur, quibus hodie uel carere non poſſe, uel ſuperbire uidemur. uid. opuſc. noſtra p. 705.

§. XXXII.

Inhibitiones, comminationes, mulctae.

Vt chartis perpetuum robur accederet, eas uariis clauſulis ac mulctis Rex muniuit. Documenta quaedam proferre liceat. *Et nullus quilibet eccleſiaſticae dignitatis praeditus aut alius quilibet eis, de ipſis rebus ullam inquietudinem aut contrarietatem facere praeſumat.* HVND. t. I p. 150. *Nulla regia uel epiſcopalis umquam poteſtas hoc noſtrae auctoritatis praeceptum infringere uel uiolare audeat.* MABILLON. Annal. Benedict. t. III append. p. 679. *Si quis uero contra hanc noſtram auctoritatem aliquid agere tentauerit aut ex his, quae praeſcripta*

ſunt

§. XXXIII. XXXIIII. *sunt, quippiam uiolare praesumserit, sciat se XXX libras auri optimi secundum ueterem morem parti praefatae ecclesiae se esse persoluturum, nostram insuper offensionem incursurum.* BOECLER. script. rer. Germ. p. 111. Interdum argenti pondera adiiciuntur (§. XII, 1, 2).

§. XXXIII.

Preces. Munificentia Regis nil mercedis, nisi ut coetus sacri pro sua ac familiae Augustae salute Deum precibus flagitarent, postulauit. Formula iam nota. - *Quatenus pro nostra incolumitate, coniugis et prolis seu etiam totius imperii a Domino nobis collati iugiter Domini misericordiam exorare delectetur.* BOECLER. script. rer. Germ. p. 111. *Pro nobis, uxoreque ac prole uel gente Francorum seu stabilitate regni nostri attentius diuinam misericordiam exorare.* HVND. t. II p. 347. *Pro incolumitate nostra, coniugis ac prolis seu etiam totius regni a Deo nobis collati et eius clementissima miseratione per immensum conseruandi una cum Clero et populo sibi subiecto Domini immensam clementiam exorare.* HEDA p. 56. *Vt eis libentius pro nostra ac carissimae coniugis ac dilecta prole salute Domini clementiam exorare delectet.* SCHANNAT. Cod. prob. hist. ep. Wormat. p. 9. *Vt eis pro nostra ac coniugis carissimaque prole salute ac remedio animarum antecessorum nostrorum Domini clementiam delectabilius exorare delectent.* MARTEN. t. I uet. script. et monim. p. 195. *Pro mercedis nostrae augmento ac genitoris nostri sobolorumque attentius Domini implorent misericordiam.* MABILLON. t. III ann. Bened. append. p. 679. In charta Corbeiensi apud SCHATEN. P. I p. 131: *quatenus ipsos seruos Dei, qui illuc uni Deo diu noctuque seruiunt, pro nobis proleque nostra et stabilitate regni a Deo nobis conlati iugiter domini misericordiam exorare delectet.* p. 144: *quatenus pro pii genitoris nostri animae saluatione et pro nobis et coniuge proleque nostra et pace nostra ac stabilitate totius imperii a Deo nobis commissi alacrius eos indesinenter domini misericordiam exorare delectet.* p. 148: *quatenus melius delectet clericos in eadem sede degentes pro nobis coniuge proleque nostra domini misericordiam exorare.*

§. XXXIIII.

Subscriptionis et signi commemoratio. In exitu chartae Rex memorat, se eam subscriptione ac sigillo suo firmasse; id quod *manu propria* et *annuli impressione* indicatur. *Et ut haec auctoritas* (largitionis, donationis, confirmationis) *firmior habea-*

habeatur et per futura tempora a cunctis fidelibus sanctae Dei ecclesiae nostrisque praesentibus et futuris uerius credatur atque diligentius conseruetur, manu propria nostra subter eam firmauimus et annuli nostri impressione assignari (signari) *iussimus.* In huiusmodi uerbis omnes fere tabulae integrae concinunt. Sigilli uocem ignorant. In MARTEN. t. I uet. script. et moniment. p. 191 legimus, omissa manus mentione: *annuli nostri impressione subter eam iussimus sigillari.* In SCHATEN. Ann. Paderborn. p. 133: *manus nostrae signaculis subter eam decreuimus corroborare et annuli nostri impressione assignare iussimus.* Ceterum externa forma scribendi haud discrepat ab ea, quam in tabulis Caroli M. et Ludouici P. deprehendimus. Exemplum ex SCHANNAT. uindiciis tab. I reddimus. Vt in chartis priuatis rarius sigilla memorantur: ita illis testium nubes accedit, quos hoc tempore diplomata regia non habent. Chartae Alamannicae comites etiam appellant, quibus prouinciam gubernantibus acta fuerunt negotia.

§. XXXV.

Tabulis perscriptis Rex subscribit, suique nominis signum siue monogramma appingit. Formula frequentior reperitur: *Signum Domini Hludouici serenissimi Regis;* interdum uox: *Dominus* desideratur; et *Serenissimus* nonnumquam cum *gloriosissimo* commutatur, praesertim in chartis Radleico Cancellario recognitis. *Signum domini Ludouici piissimi regis* occurrit apud HEDAM p. 55. *Signum Hludowici gloriosissimi ac piissimi regis* in MARTEN. uet. script. et monim. p. 191. Ibid. p. 187 filius Ludouicus quoque subscribit: *manu propria subter eam firmauimus et anuli nostri impressione adsignari iussimus et filio aequiuoco nostro confirmare rogauimus. Signum domini Hludouici regis serenissimi. Signum filii domni Hludouici regis.* Item in FALCK. cod. tradit. Corbeiens. p. 84. Iuxta signum patris signum filii Caroli positum cernitur in MABILL. rei dipl. tab. XXIX.

Formula subscriptionis regis.

2. Monogramma uerum et

Quod ad Monogramma attinet, illud examussim cum patris Ludouici P. signo conuenit. Testor tabulas, quas ex SCHANNATI uindiciis archiui Fuldens. tab. V reddidimus tab. I. Testor SCHEVCHZER. et LOCHMANN. Alphabet. tab. II, testor chartas SCHATENIANAS omnes, et FALCK. cod. tradit. Corbeiens. p. 84, 301; testor MVRATOR. t. II antiq. Ital. p. 215. Testor

 etiam

§ XXXVI. etiam regis nostri diploma, cuius partem MABILLON. rei diplom. tab. XXIX n. 2 aere repraesentauit. Testor denique complures alios auctores, qui chartas diligentius scrutati signa accuratius pinxerunt. Consentit quoque nobiscum cl. BAVDIS. in Analysi monogrammatum Imperator. ac Regum Germanic. §. 16. Error itaque abstulit uirum eruditissimum CONRINGIVM, dum in censura diplom. Lindau. p. 36 et 46 Ludouici nostri signum a paterno uult eo distingui, quod Ludouici Regis monogramma literam I haud prae se ferat, ne, patre in primis uiuente, utraque signa commixta uideantur. Cel. CONRING caussae suae nimium seruire studuit, quod est destruere; quamobrem TENZEL. in uindiciis p. 138 hanc sententiam ita temperauit, ut Ludouicus Germanicus pro lubitu modo idem, quod pater monogramma, adiecto I, modo I omisso, diplomatibus appinxisse sit censendus. Nos filium patris signum semper retinuisse arbitramur; si diuersa signacula in lucem prodiere, culpa plerumque redundat in artifices nouos. Sic apud HVND. t. II p. 9 et 11 pro litera I inter crura litera L ponitur. Alii, quos cl. BAVDIS. c. l. §. 16 indicauit, literam I plane omittunt. GVILLIMANN. de episc. Argentin. p. 37 diplomati ancipitis auctoritatis adiicit signum illegitimum, quod uide n. 2. Monogramma ab OBRECHTO rer. Alsat. prodr. p. 293 exhibitum in basi nonnihil habet peregrini. uid. n. 3.

7. uaria inepta.

§. XXXVI.

Archicancellarii et notarii.

Quemadmodum ex Archicancellarii subscriptione, quae regis signo, ut moris est, subiungitur, chartis cum firmitas, tum lumen conciliatur: ita recognitores sedulo inuestigandi sunt. CONRINGIVS quidem atque ECCARDVS comment. rer. Franc. p. 592 plures Archicancellarios uno eodemque tempore fuisse negarunt: sed non solum Ludouici Pii, uerum etiam regis nostri diplomatica huic sententiae refragari uidetur.

Gozbaldus.

Gozbaldus, Altahae inferioris Abbas, postea Wirceburgensis ecclesiae episcopus, et Archicapellani et Archicancellarii munus gessit; recognouit tabulas usque ad a. 834, quo Ludouicus in Orientali Francia regnare coepit. Obiit *Gozbaldus* d. XII Kal. Oct. a. 855, ac uicario, dum Archicancellarius esset, usus est *Adalleodo Diacono*. a. 830. HVND. P. II p. 9. *Adalleodus diac. ad uic. Gozbaldi rec.* Ib.

P. I

P. I p. 163 *Adelbertus ad uicem Ganzoaldi* recognouiſſe dicitur; ſed utrumque nomen corruptum eſſe conſtat. a. 829 *Angelmarus* ad uicem *Gotzbaldi* ſcripſit et ſubſcripſit. AVENTIN. Annal. Boic. L. IV p. 387. HANSIZ. Germ. ſacr. t. I p. 155. §. XXXVI.

2. Grimoldus,
Alter Archicancellarius erat *Grimoldus*, Capellanus, quem Ludouicus P. Ludouico filio in Bauariam a. 825 miſſo adſociauerat; poſtea Abbas S. Galli conſtitutus fuit. Augienſe monaſterium eum magiſtris ſuis celeberrimis adnumerat. uid. IO. EGONIS lib. de uiris illuſtr. Augiae Diuitis c. 14, in PEZ. theſ. anecd. t. I P. III p. 672, ubi etiam uerſus, quibus Walafridus eum ſalutauerat, leguntur:

Quamuis, ſubter agas regum tabularia uitam,
Non te praetereo, ſpecubusne latebis Homere?
Noui namque Sicana tibi ſpelaea placere,
Solus ubi meritis Muſarum et amore fruare;
Saepe tamen magnis uictoribus optima cudis
Carmina, tempus erit rutilo te ſole carere.

Breui quoque carmine eidem ſalutem dicit RABANVS in MABILLON. uet. analect. p. 419. Iam a. 834 *Adalleodus ad uicem Grimoldi* recognouit et ſubſcripſit. SCHANNAT. hiſt. Fuld. Cod. probat. p. 114, n. 14. A. 837 apud HVND. t. II p. 346 *Adalleodatus Diaconus ad uicem Brunaldi recognouit.* Quis non uideat, *Brunaldum* pro Grimoldo fictum fuiſſe? a. 841 *Adalerdus Diac.* ad uic. *Grimaldi.* LVNIG Spic. eccl. P. III p. 725. Hactenus iſti praeſto fuit *Adalleodus Diaconus*, qui forſan haud alius eſt ac *Edilleoz* diaconus, qui ſcripſit chartam, in *Goldaſt.* t. III ſcript. rer. aleman. p. 48. Tum, aliis forte negotiis diſtractus *Grimoldus*, in curia Regis aliquamdiu tacuit. At a. 854 *Comeatum Not. ad uicem Grimoldi* recognouiſſe reperio in HERRGOTT Vol. II hiſt. Habsburg. p. 33. a. 857 *Hadebertus Subdiaconus ad uicem Grimoldi Archicapellani rec.* ECCARD. t. II rer. Franc. Orient. p. 887. Eodem anno iterum *Hildeberdus ſubdiac. ad uic. Grunoldi Archicap. rec.* in HVND. t. II metrop. Sal. p. 11; nomina male lecta fuiſſe quisque intelligit. Fruſtra igitur MALINCROT. de Archicancellar S. R. Imp. p. 247 ſibi perſuadet, Hildebertum, a Williberto, poſthaec Archiepiſcopo Colonienſi, haud diuerſum fuiſſe. A. 866 *Heberhardus Not. ad uic. Grimaldi rec.* MABILL. Ann. Bened. t. III p. 185. A. 867 *Hebarhardus Not. ad uicem*

§ XXXVI. *cem Grimaldi Archicapellani recognoui et ſubſcripſi.* SCHANNAT. Cod. prob. hiſt. Wormat. p. 9. Hic Hebarhardus poſtea uices Grimoldi ſemper ſuſtinuit; ultima charta, quam *Hebarhardus Cancellarius ad uic. Grimaldi Archicap. rec.* (quantum nos quidem ſcimus) exhibetur in MARTEN. t. I uet. ſcript. et monum. p. 191. Diploma dubiae fidei, de quo §. XXXX, *Otgarius ad uicem Grimoldi Archicancellarii recognouit.* Moritur Grimoldus a. 872 in monaſterio S. Galli. HERRGOTT. Vol. II hiſt. Habsburg. p. 25 ſq. uarios libellos profert, quibus huius Grimaldi, Abbatis, mentio fit. Faceſſat itaque commentum MALLINCROTII, qui c. l. p. 247 Brunaldum ſiue Grimoldum epiſcopum Argentinenſem ſtatuit.

3. Radleicus. Tertium Archicancellarium appellant chartae *Radleicum*, Abbatem Seligenſtadienſem, antehac Notarium Eginhardi; RABANVS iſti martyrologium dedicauit in MABILLON. uet. Anal. p. 419. Nomen eius uario modo effertur. Anno VII regni, qui cum anno Chr. 840 uel 841 congruit, *Dominicus Notar. ad uic. Reidlici rec.* MABILL. t. II Ann. Bened. p. 487. a. 845 *Dominicus Notar. ad uic. Radleici rec.* SCHATEN. Annal. Paderborn. p. 130. Saepius adhibuit *Comeatum Notarium.* SCHANNAT. tradit. Fuld. a. 469. ECCARD. c. l. p. 399. SCHATEN. c. l. p. 163. HERRGOTT. c. l. p. 31 et GVILLIMANN. de reb. Heluet. l. 3 p. 347: *Comeatus Not. ad uicem Radbani rec.* HERRGOTT. Radbanum putat fuiſſe Hrabanum, Abbatem Fuldenſem, poſtea Archiepiſcopum Moguntinum. At Hrabanum inter Cancellarios non reperimus, immo in hoc ipſo diplomate, quod CONRING. in Cenſura p. 360 ex apographo, fide digno, exhibuit, legimus: *Comeatus Notar.* ad uic. Radleici *rec.* Barbare apud ECCARD. c. l. p. 887: *Comeatus Notarius ad uic. Rodollem. rec.* Iam nouimus *Adalleodum*, hic etiam a. 845 ad *uic. Rathleici* rec. SCHATEN. c. l. p. 133. Nouimus item *Hadebertum*; at enim *Hardbertus* (corrupte) *ad uic. Ratelerii rec.* apud HEDAM de epiſc. Vltraiect. p. 55. Denique a. 849 *Regnibertus Diac. ad uic. Redleici rec.* HVND. c. l. t. II p. 8. *Radleicum* MABILLON. Ann. Bened. l. 34 c. 34 a. 851 obiiſſe exiſtimat; ECCARD. c. l. p. 423 a. 852.

4. Baldricus. Quartus Archicancellarius uocatur *Baldricus Abbas*, cuius partes ſemper ſuſcepit *Hadebertus Subdiaconus.* Ita a. 853 *Hadelbertus ſubdiac. ad uic. Baldrici Abbat. rec.* SCHATEN. c. l. p. 141; MABILLON.

LON. Act. S. Ord. S. Bened. Saec. IV p. I f. 526 reponit: *Adbertus ſubdiaconus*. Recurrit a. 855. SCHATEN. p. 144. FALCK. p. 84. SCHANNAT. hiſt. Wormat. P. II p. 8, ubi etiam legitur: *Godebertus ſubdiac. ad uic. Baldrici Abb. rec.* De uitioſa nominis Hadeberti ſcribendi ratione diſſerit plenius TENZEL. in uindiciis p. 193. §. XX-XVII.

Accedat quintus Archicancellarius *Witgarius*, qui epiſcopus eccleſiae Auguſtanae fuiſſe uidetur. Vſus eſt itidem opera *Hadeberti* ſubdiaconi. Sic a. 858 *Hadedeus* (Hadebertus) *ſubdiac. ad uic. Wiegarii Cancellarii rec.* CONRING. cenſura p. 369. ECCARD. p. 464. A. 859 et 865 apud SCHATEN. p. 157, 160. Alter uicarius erat *Walto Subdiaconus*, qui a. 858. *ad uicem Witgarii Cancellarii rec.* Ib. p. 148. Afferrem quoque ſubſcriptionem *Witkarius Cancellarius ad uic. Karoli Archiepiſcopi*, niſi peregrina uideretur. uid. infra §. XXXX, 6. 5. Witgarius.

Agmen denique claudat *Liutbertus*, Archiepiſcopus Moguntinus, Archicapellanus et Archicancellarius Regis; hic ab a. 871 ſolus chartas, uicario unico ac perpetuo Hebarhardo, recognouit hac formula: *Hebarhardus Cancellarius ad uic. Liutberti Archicapellani rec.* Pro *Heberhardo* interdum legitur *Ebarhardus*, *Helardus* in charta Argentor. ap. OBRECHT. prod. rer. Alſat. p. 293; ut alios librariorum naeuos ſilentio tranſeam. *Luitbrand. diac. ad uic. Luitberti Archicap. rec. et ſubſcripſ.* chartam ſingularem in MABILL. t. III Ann. Bened. append. p. 679 n. 19. 6. Liutbertus.

Non moramur *Rabanum* Archiepiſcopum Moguntinum, quem MALLINKROT c. I. p. 250 excitat. Rabani enim nomine, inquit, literas eius recognouit Comeatus, ut ſcribit, neſcio cuius fide WINDECK. de elector. c. 12. uid. quae paullo ante ad HERRGOTT. tabulas annotauimus. 7. Incerti Rhabanus;

Carolum, Archiepiſcopum Moguntin. chartam quamdam recognouiſſe, docebimus poſthaec §. XXXX, 6, nec noſtras aliorumque dubitandi rationes celabimus. Carolus,

§. XXXVII.

Subſcriptionem cancellarii excipit ſigillum regis. HEINECC. de ſigill. p. 87 tria tantum ſigillorum exempla uidit; nos plura poſſumus oſtendere, quae, quas HEINECCIVS ſtatuit, regulas uel firmant Sigilla.

mant uel adſtringunt: I) *Sigilla ſcil. Ludouici ſenioris non minus, quam anteriorum regum et Imperatorum eſſe oualia.* II) *Faciem in iis conuerti in latus dextrum ſecus ac in illis Caroli ac Ludouici Pii.* III) *Barbae, ueſtium et coronae non eſſe eamdem ubique rationem.* IIII) *Formulam XPE PROTEGE etiam in Ludouici ſigillis fuiſſe obſeruatam.* V) *Numquam eum Imperatorem, ſed ſemper regem uocari.* VI) *Ludouici nomen non ſcribi eo modo, quem in patris ſigillis inuenimus, h. e. Hludouicus, ſed Ludouicus.* Nota tertia clarius definiri poſſet, ſi plura ſigilla ad nos perueniſſent, aut ſi ea, quae peruenerunt, accuratius delineata fuiſſent. Notam ſextam HEINECCIVS finxit dubius, et in additamento eam deſeruiſſe uidetur; ſed ego non deſero, ſed alia ratione explico. Quamquam enim non LVDOVICVM, ut in Conringianis exſcriptum, legendum eſſe putem, immo CONRINGIVS ipſe cenſurae p. 58 annotari uelit, quod ex MS. chronico Tigurino BVLLINGERI refert doctiſſimus HEIDERVS, ſigillum atque adeo imaginem Ludouici noſtri his uerbis eſſe circumſcriptum: *Chriſte protege Hludouicum regem:* in eo tamen diuerſa ſcribendi ratio cernitur, quod ſigilla regis noſtri habeant HLVDOICVM, non HLVDOVICVM. Genuinas ſigillorum iconas innuo, qualem debemus SCHANNATO tab. I. Deinde HEINECCIVS tab. IV n. 11 nobiscum ſigilli communicat ectypon, ex Archiuo Corbeienſi depromtum cum epigraphe: ✝ XPE PROTEGE HLVDOVICVM REGEM. Pertinet ad diploma a. 873 datum atque adeo haud diuerſum ab eo uidetur, quod ECCARD. rer. Franc. orient. t. II p. 614 exhibet, praeterquam quod ECCARDINVM diligentius ſculptum pro: *Hludouicum* referat *Hludoicum.* Vtrumque reddimus tab. III n. 1 et 2. add. FALCK. Cod. trad. Corb. tab. I n. 3. His adiungimus ſigilla duo Tigurina a CONRINGIO in cenſ. p. 363 et 369 exhibita; ſed prius in SCHEVCHZER. et LOCHMANN. Alphabet. tab. 2 uenuſtius expreſſum, a nobis n. 3 depictum; alterum *Conringianum* repraeſentatur n. 4. MVRATOR. t. II antiquit. Ital. p. 215 illud, quod n. 5 conſpicimus, obliterata quidem inſcriptione aſſeruauit. FREHER. de Lupoduno p. 26 non ipſum quidem ſigillum tradit, inſcriptionem tamen prodit: *Chriſte protege Hludouicum regem.* SCHATENIVS etiam P. I ann. Paderb p. 145 ſigilli mentionem facit cum epigraphe: *Chriſte protege Ludouicum regem.* Diploma ſpurium monaſterii

nasterii Lamspringensis sigillum quoque incaute fictum habet, quod §. XX. n. 6 ex HARENBERG. hist. Gandersheim. tab. XVI fig. 2 repraesentamus. XVIII.

§. XXXVIII.

Notas chronicas in Ludouici Germanici chartis uehementer turbatas sat comperimus. Quare singulari studio istas ut ad harmonian aliquam reduceremus, laborandum erat. Si omnibus numerorum erroribus nonnihil concedendum esset, quot epochas fingere necesse haberemus. Finxerunt uel decem, ut unicuique in re ancipiti uisum fuit. At non est uerisimile, regem calculum tam frequenter mutasse, cum praesertim mutandi caussa non appareat idonea. Epocha noua admissa, Rex priorem non deseruit, sed pluribus usus est promiscue. Notae chronicae chartarum

A. 817 mens. Iul. indict. X anno imp. Ludouici Imp. IV Ludouicus imperium inter filios Lotharium, Pipinum et Ludouicum diuidit, docente charta in BALVZ. t. I capit. p. 573, et in comment. nostris de re diplomatica Imp. P. I p. 457. Ludouicus Rex Baioariae ab hoc anno nullam epocham ducit. Quemadmodum enim pater Imp. hanc prouinciam, dum filius ad iustam aetatem perueniret, per missos et comites gubernandam curaret: ita etiam in chartis sui, non filii, regni anni notabantur. annis suis restitutae.

A. 821 mense Maio in comitiis Nouiomagens. partitio regni recensebatur et optimatum sacramentis firmabatur. Inde epocha nulla.

A. 826 Ludouicus Rex in Bauariam uenit. Ab hoc aduentu epocha prima computatur, quam et MABILLON. p. 206 obseruauit. In MEICHELBECK. hist. Frising. instrum. 493 rem extra dubitationem ponit: *A. inc. dom. DCCCXXVI ind. IIII Ludouici Imp. a. XIII in ipso anno, quo filius eius Ludouuicus in Bawariam uenit.* n. 495: *hoc factum ad Frigisinga in VIII Id. Iun. a. Hludowici imperii sui XIII primo anno, quo filius eius Hludowicus R. in Baiowariam uenit.* add. n. 496, 498, 499, 501 (leg. pro a. XIV, a. XIII). Anno sequenti h. e. Ludouici Imp. a. XIIII Ludouici R. anni omittuntur; quare ad patrem eum reuertisse, credibile est. Annus Ludouici XIIII respondet anno Christi 827. ibid. num. 510. item annus Epocha I.

XV

XV anno 828. ibid. n. 513, 514 sqq. Sic a. XVII in chartis compluribus cum anno regni Ludouici filii V coniungitur. Currebat autem annus ille cum initio A. Chr. 830. Quamobrem, si anni regni Ludouici regis etiam ad anni 826 fere primordia redeunt, annus regni V incidit itidem in annum 830. Itaque non est, quod cum ECCARDO rer. Franc. t. II p. 194 et 592 hanc epocham ad a. 825 retrahamus.

A. 828 Ludouicus R. iterum adiit Bauariam, cum coniuge, quam nuper duxerat. Chartae MEICHELBECKIANAE hunc reditum signant; n. 514: *Actum est hoc ad Frigisingas in domo S. Mariae in VII Id. Maias ind. V a. inc. dom. nostri Ihesu Chr. DCCCXXVIII Hludouici Imper. XV in ipso anno et mense, quo filius eius Hludowicus Rex in Baiowaria cum coniuge rediit.* conf. etiam n. 516, 517, 520, 521 (pro *rediit* legitur *uenit*) 522, 523, 524, 525, 526, 529, 530; 537 et 538 habent annum 829, neque indictio sibi constat.

A. 829 Acta sunt haec in Ranstorff a. DCCCXXVIIII indict. VII. CHRON. LVNAELAC. p. 71.

A. 830 Ludouicus rex ipse chartas edere coepit. Annus regni illius V congruit cum a. XVII imp. Ludouici Imp. Inter Frisingenses traditiones legimus n. 593: *hoc factum est in domo S. Mariae in XVI Cal. April. indict. VIIII a. inc. dom. DCCCXXVIIII Hludouici Imperat. a. XVII Hludowici regis in Baiowaria a. V;* item n. 540: *actum est hoc in XIII cal. Ianuar. a. inc. dom. DCCCXXVIIII ind. VI Lud. Imp. a. XVII in ipso anno quo filius eius Hludewicus Rex Baiowariorum potestatem accepit.* Aera Christiana cum reliquis annis non consentit; immo in aliis chartis cum iisdem regni numeris connectitur annus 831, ut n. 551, 553, 554, 555, 556, 557, 558 b, 559, 560. Fallunt etiam notae n. 537 et 538, ubi a. dom. 829 iungitur annus imp. Ludouici XV, et n. 545 annus XVI.

Ludouici R. ipsius charta exstat in HVND. t. II metrop. Sal. p. 9: D. prid. Non. Oct. a. Christo propitio XVII regalis Imp. D. Ludouici sereniss. Aug. a. V regni nostri ind. VIIII. Actum in Regensburch ciuitate.

Act. Reganespurch. a. XVII Hlud. Imp. filio eius Hludouico regnante in Baioaria a. V. XIIII Kal. Dec. Lun. XVI. Indict. VIII. AVENTIN. Ann. Boi. L. IV f. 387. HVND. P. I p. 197.

A. 831

A. 831 Rex apud patrem et fratres Hlotharium scilicet et Pipinum circa natales Domini Aquisgrani erat. §. XX-XVIII.

D. XVII Kal. Mart. a. dom. 831 ind. XI a. regni Hludou. R. VII. Actum Regensburc. CHRON. LVNAELAC. p. 73. PEZ. thes. anecd. t. I P. III p. 14. LVNIG. Sp. Eccl. III Th. p. 177. Notae non conspirant.

D. XV Kal. Sept. XVIII imp. Hlud. Aug. a. VI regni nostri ind. VIIII. Actum Regenspurch. PEZ. thes. anecdot. t. I P. III p. 13. HVND. c. l. p. 150.

Rex adfuit placito Theodonis uillae habito.

A. 832 Ludouicus Rex aduersus patrem insurgit, et iuxta Wormatiam in uilla, quae uocatur Langbardheim (Lauresheim) cum suo exercitu residet. Mox patri reconciliatur Augustae.

D. IV Non. Mart. a. XX (XIX) imp. Lud. et a. regni VII regis. Actum Osterhoua. HVND. t. I p. 197 epitomen huius diplomatis exhibet.

D. Non. Oct. a. XVIIII imp. Hlud. Aug. et a. regni ipsius VII. ind. XI. Actum Reginesburch. PEZ. thes. Anecd. t. I P. III p. 16. Tradit hoc documentum etiam HVND. t. I p. 163 ex LAZ. de migrat. l. 7 p. 247 repetitum; uerba a PEZII lectione nonnihil discrepant. HVNDIVS subscriptionem adiicit: *Adelbertus uice Gauzbaldi.*

A. 833 Ludouicus Imperator a filiis suis in pago Helisaciae in loco Rotfelt iuxta Columb se coniungentibus cingitur, et in custodiam mittitur; tum regna diuiduntur, unde Ludouicus Rex postea annos regni numerauit. En epocham alteram: Epocha II.

D. VI Kal. Iun. a. XX imp. Hlud. Aug. a. VIII regni nostri indict. XI. Actum Reginesburg. PEZ. c. l. p. 17.

A. DCCCXXXIII ind. XI Hlud. Imp. XVIIII, Hlud. reg. nostri VII. MEICHELBECK n. 596.

Ludouicus R. Francofurtum proficiscitur; Moguntiae cum fratre Lothario colloquitur, ac de patre liberando cogitat. Quamobrem

A. 834 Aquisgranum contendit. Carisiaci a patre benigne excipitur, eumque Aquisgranum comitatur, itemque contra Lotharium ad Lingones et Aurelianos. In chartis anni imperii patris cessant. Noua, quam modo diximus, epocha placet, et titulus Regis in

 Francia

§. XX-XVIII. Francia orientali; tabulae tamen nonnullae priuatae priorem computandi rationem retinent. uid. MEICHELBECK. n. 571.

A. DCCCXXXIV. XIX Kal. Ian. a. Hlud. regis XXI ind. XII in secunda feria. CHRON. LVNAELAC. p. 76.

D. Non. Febr. a. I regni Hludovvici Regis in Orientali Francia ind. XII. Act. Francof. pal. reg. SCHANNAT. hist. Fuld. cod. probat. p. 114 n. 14. RASSLER. in append. p. 37.

A. 835 Conuentui Wormatiae a patre indicto pariter ac conuentui Stremiacensi adest Ludouicus. Regnum inter Pipinum, Ludouicum et Carolum diuiditur, neglecto Lothario.

Hoc factum est a. inc. d. DCCCXXXV ind. XIII. Hlud. regis nostri in Baiovvaria regnum gubernante a. X Id. April. MEICHELBECK. n. 563.

A. 836. D. XIV Kal. Mart. (Maii) a. III regni Lud. R. indict. XIV. Actum (lectum) Osterhouen. pal. reg. HVND. t. I p. 197 et 232, mutatis quibusdam. GEORGISCH. in regest. hoc diploma refert ad a. 821, respiciens a. 817; sed annos inde computatos non reperio, nec isto tempore tabulas dedit Ludouicus, multo minus Grimaldus Cancellarius subscripsit.

Act. II Kal. Aug. ind. XIII a. Hlud. Imp. XXII. Hlud. reg. XI. MEICHELBECK n. 588. A. DCCCXXXVI ind. XIIII Hlud. reg. in Baioar. X. IBID. n. 591. Eod. a. XXII Hlud. Imp. et XI Hlud. reg. X Kal. Mart. n. 596 et n. 599 VIII Kal. Febr. eiusd. a.

A. 837. D. VIII Id. Ianuar. a. IV Lud. reg. in Or. Franc. ind. XV. Act. Reganespurc ciuit. HVND. t. II p. 346. MABILLON. t. II Ann. Bened. p. 599 n. 82. GEORGISCH hoc praeceptum apponit a. 822; sed notes, quae modo diximus. Datum fuit deprecante Nithardo, Abbate Mettensi, qui si ab anno demum 865 monasterio praeesse coepit, uti ex Catalogo apud HVND. t. I. p. 347 apparet, notae chronicae fallerent; uerum hic catalogus fallere uidetur.

Rex comitiis Aquisgranensibus adest, quibus Carolo pars regni datur.

A. DCCCXXXVII Hlud. reg. XXIV ind. XV in Non. Mart. feria II. CHRON. LVNAELAC. p. 76, 77. a. DCCCXXXVII. VIII Kal. Mai. uel XXI feria III in albis regnante Hlud. sereniss. reg. in or. Fr. a. XXII. IB. p. 78.

Act.

Act. Reganesburg. ciuit. sub die V Kal. Sept. a. IV propitio Christo regn. domini Hludouici Regis in Orient. Francia ind. XV. PEZ. c. I. p. 253. §. XX-XVIII.

TENZEL in uind. hist. p. 112 in a. 837 caput epochae reponit, quippe quo Ludouicus Imperator regna filiis suis in conuentu Aquisgranensi distribuerit, sed supersedere possumus hoc inuento.

A. 838 Colloquitur in ualle Tridentina cum Lothario fratre. Festo Paschatis patrem Aquisgrani conuenit.

Mense Maio comitiis Nouiomagensibus interfuit. Noua diuisio regnorum inter Lotharium et Carolum; Ludouico regno orientalium Francorum priuato, Bauaria tantum relinquitur.

A. dom. inc. DCCCXXXVIII ind. I mens. Iun. XVIII Kal. Iul. facta est contentio Gozberti et Hrabani Abbatis coram Imp. Ludouico et filiis eius Ludouico et Carolo nec non et principibus eius in palatio apud Niomagum oppidum constituto. SCHANNAT. tradit. Fuld. n. 434.

A. DCCCXXXVIII ind. I Hlud. reg. XIII. VI Id. Iun. MEICHELB. n. 604.

Non. Dec. a. XXIV Hlud. Imp. et Hlud. iun. reg. Alamann. V sub Geroldo comite. HERRGOTT. n. 47.

A. 839 Rex in patrem turbas concitat, et castella ad Rhenum occupat; in Baioariam se recipit. Inde prohibetur egredi a patre.

a. DCCCXXXVIIII Hlud. Imp. XXVI et reg. nostri Hlud. XII. ind. I. III Id. Decembr. MEICHELBECK. n. 607.

SCHATEN. p. 133 annos regni Franciae orientalis in quibusdam tabulis ab a. 839 duci putat, quo a Saxonibus et Thuringis adiutus rex, Alemanniam et Franciam orientalem sibi uindicauit.

A. 840 Alamanniam inuadit Ludouicus; patris exercitu aduenientead Thuringos redit, post in Baioariam. Moritur Ludouicus Imp. Hinc tertiam epocham repetit Ludouicus Rex. Epocha III.

Ludouicus in loco, quo Moenus in Rhenum influit castra ponit; a Lothario in Baioariam repellitur.

a. DCCCXL Non. Iun. ind. I Hlud. R. XII. MEICHELBECK. n. 608.

D. XV Kal. Sept. a. VII regni d. Lud. Reg. ind. IV. Actum Heilicobrunno. HVND. t. II, 8. Variis annis haec charta obtruditur. COINTIO placet a. 823 t. VII annal. §. 8 ab a. 817

 compu-

§. XX-XVIII. computanti; et ind. I reponenti, diſſentiente MABILLON. t. II Annal. Bened. p. 487 n. 57. Sed uide notam ad a. 836; praeterea a. 823 Radleicus non recognouit. GEORGISCH. a. 825 ſtatuit; ſed eadem obſtacula animaduerto. ECCARD. t. II comment. p. 350 approbat a. 841, cui quidem ind. IV, ſed non a. VII reſpondet. HVND. c. l. Cancellarium non habet; formula initialis Ludouicum appellat regem Baioariorum, ſi uox: Baioariorum tolerari poſſet (quamquam mihi non toleranda uidetur); charta prioribus regni annis, et epochae primae eſſet adſcribenda.

A. 841. Ludouicus Rhenum tranſit. VII Kal. Iul. Praelium ad Fontanitum. Medio menſe Aug. reuertitur ad uillam regiam Salz.

D. VII Kal. April. a. II regni ind. V. Actum Aquisgr. LVNIG. S. E. th. III p. 725. Mendum in numeris, quia Grimoldus chartam recognoſcens hoc tempore quieuit.

A. 842 Ludouici et Caroli Regum foedus Argentorati d. XVI Kal. Mart. ſancitum. Ludouicus per Spiram Wormatiam contendit, inde Confluentiam; Aquisgrani cum Carolo fratre regna diuidit excluſo fratre Lothario; feſtum Paſchale agit Coloniae; per Theodonis uillam Virdunum proficiſcitur. Medio menſe Iun. fratres Lotharius, Ludouicus et Carolus prope Matiſconem Aeduorum urbem, in Inſula, Anſilla dicta, pacem firmant.

D. III Kal. Iun. a II ind. XIII. Actum Serencia uilla. SCHOEPFLIN. Alſat. illuſtr. t. I p. 692. Annus regni et indictio reſpiciunt a. 835.

Ludouicus menſe Auguſto conuentum in uilla Salz habuit, et omnem Saxoniam peragrat. Fratrem Lotharium Vormatiae conuenit.

a. III Hlud. regis orientalium Francorum. Ita octo chartae ſignantur inter SCHANNAT. tradit. Fuld. n. 458-465 duabus additur a. inc. dom. 842.

TENZELIVS ab hoc anno epocham ducit ob regnorum diuiſionem. Commotus fuit charta Paderbornenſi d. XI Kal. Iun. a. XVII regis in Orient. Francia regnantis; at SCHATEN. exſcribit a. XVIIII; nec unum diploma ad epocham firmandam ualere uidetur.

A. 843

A. 843 Lothanus, Ludouicus et Carolus Virduni partitionem regni perficiunt. §. XXXVIII.
Ludouicus fratrem Carolum Carisiaci inuisisse uidetur.
In hoc anno figit epocham HERRGOTT. n. 49 ob chartam a. II Hlodeuici regis, anno autem I Sergii Papae II. *Noua epocha*, inquit, *regni Ludouiciani ideo hoc loco statuenda uidetur, quod mentio fiat a. II Sergii Papae. Atqui certum est, Gregorio XXV Ian. a.* 844 *mortuo IV Id. Febr. Sergium substitutum esse; itaque annus I Sergii II Papae erit annus* 844. *Epocha uero Ludouiciana desumitur a celebri illa diuisione inter filios Ludouici P. facta apud Viridunum Galliae ciuitatem, mense Aug. a.* 843 *ut Annal. Bertin. ad h. a, quo nimirum tempore Ludouico regi omnis Germania usque ad Rheni fluenta obtigit.*

A. 844. D. II Non. April. a. XI ind. VII. Act. Regenesburg. PEZ. c. I. p. 19. ECCARD. t. II comment. p. 376. Sed hoc anno Baturicus episc. Ratispon. ad quem haec charta spectat, non amplius erat in uiuis, si non errat HVND. qui t. I p. 127 Baturico Erchanfridum a. 842 successisse ait. A. 833, quem GEORGISCH. habet, minus aptus.
Ludouicus subigit Obotritos.
D. V Kal. Aug. a. XI ind. VII. Act. Reginesburg. PEZ. c. I. p. 18. A. 829 GEORGISCHII non quadrat. HVND. t. II p. 254 habet a. 14.
Mense Octobr. fratres in loco, qui dicitur Iudicium prope Theodonis uillam comitia egerunt.

A. 845. D. V Kal. Nou. a. XII regni ind. VIII. Act. Reganesburg. ciuit. SCHANNAT. tradit. Fuld. n. 469, ubi in nota: *alia calculi ratio ineunda est, non quidem ab anno* 833, *ut post longam disquisitionem uero similius statuit Mabillonius, sed ab anno* 834, *nam praeter quam quod in utraque Charta annus et Indictio nouae huic nostrae Epochae apprime conueniant, fauet insuper aliud eiusdem Regis Diploma alias suo Loco exhibendum, quod datum est Francofurti, Non. Feb. Anno Christo propitio, Primo Regni Domni Hludowici Regis in Orientali Francia Indictione XII. ubi Indictio XII. correspondet Anno* 834.
D. II Kal. Nou. Rex Monasterii Hersfeld. priuilegia confirmauit. LAMBERT. Schaffnab.
In auctumno apud Paderbrunnam generalem conuentum habuit.

§. XX-XVIII. D. IV Id. Dec. a. VII regni ind. VIII. Act. Patherbrunnen. SCHATEN. Ann. Paderborn. P. I p. 130.

D. altera charta eodem anno et die. IB. p. 131.

D. IX Kal. Ianuar. a. VII ind. VIII. Actum Rosbath uilla (non procul a Fridberga). IB. p. 132. Locus et indictio in diplomatibus hisce designant a. 845; sed annus regni VII refragatur. COINTE t. VIII Annal. §. 44 assumit a. 840, sed non satis commode. Ego a. VII in XII mutauerim.

A. 846 Ludouicus mens. Mart. in Galliam profectus in Caroli congressum uenit; iuxta lacum Briganticum (in palatio Bodoma) Pascha celebrat; mens. Aug. in Morauos mouet.

Act. Franconofurt pal. reg. XV Kal. Aug. a. Christo propitio XIII regni Domni Hlud. gloriosiss. reg. in orientali Francia ind. VIIII. SCHANNAT. tradit. Fuld. n. 470.

A. 847 Lotharius et Ludouicus se inuicem uisentes conueniunt Confluentiae.

Mense Febr. tres fratres reges Marsnae foedus ineunt.

Circa Kal. Octobr. Concilium Moguntiae celebratur.

Act. XIV Kal. Oct. a. DCCCXLVII ind. VII a. regnantis Hlud. reg. Christo propitio XIIII. MEICHELB. n. 646.

A. 848. VII Id. Ianuar. et VII Kal. Aug. a. DCCCXLVIII. Hlud. XIIII. MEICHELB. n. 657 et 656.

D. VIII Id. Mart. a. XV ind. IX (XI). Act. Regensburg. LVNIG. Sp. Eccl. P. II p. 933.

D. XIII Kal. Iul. ind. XII a. XXXIII (XIII). Act. Francof. LEHMANN. Chron. Spir. L. III c. 44.

Circa Kal. Octobr. Moguntiae conuentus habetur et synodus.

D. IV Id. Nou. a. XV ind. XII. Actum Mogontia ciuitate. ECCARD. c. l. p. 399 hanc chartam huic anno afferit; HENSELERIVS autem, qui istam in differt. de diplomate Caroli M. ecclesiae Osnabrugensi pro scholis Graecis et Latinis dato p. 107 sq. edidit, a. 864, quo nec a. regni XV currebat, nec Radleicus Cancellarius uitam amplius usurpabat.

Ludouicus Francofurto Moguntiam rediit.

A. 849 Reges fratres concordiam iterum inter se confirmant.

D. VIII Id. Mart. a. XIV ind. XII. Act. in ciuit. Ragenspurg. HVND. t. II p. 8. LVNIG. Sp. Eccl. II Th. p. 933 habet a. XV ind. IX.

Rex

Rex aegrotans exercitum ſuum in Sclauos dirigit. §. XX.

A. 850. a. dom. inc. DCCCL ind. XIII regni uero Hlud. glorioſiſſ. reg. orient. Francor. a. X. SCHANNAT. tradit. Fuld. n. 471. XVIII.

a. DCCCL, VIII Kal. Mai. ind. IIII. Hlud. reg. XV. MEICHELB. n. 672.

A. 851. Hoc factum eſt in VI Kal. Ianuar. a. inc. dom. DCCCLI ind. XIII a. Hlud. reg. XVII. MEICHELB. n. 675.

D. V Id. Ianuar. a. XI ind. V. Actum Franconofurt. ECCARD. t. II p. 887. LVNIG. ſpicil. eccl. P. I Contin. p. 750. Charta memorat Gozbaldum Ep. Wirceburg. itaque eam intra a. 842 et 855 datam neceſſe eſt. ECCARDVS c. l. ponit a. 851; ſed renuit indictio V. Poſſet etiam ſtatui a. 844, ſed indictione diſcordante. A. 827, cui GEORGISCH. inhaeret, plane cogitari nequit.

a. DCCCLI, VI Kal. Febr. ind. XIIII. Hlud. reg. XVIII. MEICHELB. n. 673.

D. XI Kal. April. a. XIX ind. XIV. Act. Ratiſpona ciuit. HVND. t. II p. 9. COINTE hunc libellum reddit a. 836, ſed quoniam iſte Gozbaldum epiſc. Wirceburg. a. 842 conſtitutum appellat, a. 851 cum indictione magis conſentire uidetur per epocham ſecundam. conf. MABILLON. t. II Ann. Bened. p. 603 n. 6.

Actum eſt ad Friſiginſas XII Kal. Iun. a. inc. dom. DCCCLI ind. XIII Hlud. reg. XVII. MEICHELB. n. 674.

Fratres Reges Marſnae noua pacta conſtituunt.

Rex per Thuringiam Soraborum terram ingreditur, eosque perdomat.

D. VI Id. Dec. a. XXIIII ind. XV. Act. in monaſt. Heriford. SCHATEN. c. l. L. III p. 162 a. XXIV explicat 867 propter indictionem; ſed tum Radleicus Cancell. iam mortuus erat. ECCARD. t. II Commentar. p. 416 pro a. XXIV reponit XIIII; at ne ſic quidem numerorum naeui abſterguntur.

A. 852. D. XVI Kal. a. XXVI. Act. Reganeſpurc pal. noſtro. MEICHELBECK. P. I p. 127 annum hunc 852 mente complectitur, epocha ab a. 826 repetita, qua hoc tempore non amplius uti uidetur Ludouicus R. conf. etiam ECCARD. c. l. p. 418. Nihil definio, quia diploma non exſcriptum fuit integrum.

D. a. ab incarn. dom. 852 a. regni dom. Hlud. reg. I indict. XV. Act. Moguntiae coram multis principibus in generali concilio. SAMMARTH. Gall. Chriſt. t. V inter inſtrum. p. 507 n. 1.

Comi-

§. XX. XVIII. Comitia et synodus Moguntiae habentur.
Rex in Bauariam reuertitur.
Saxoniam ordinaturus per Coloniam Mindam uenit, ibique conuentum generalem instituit, transit per Angros, Harudos, Suabos, et Holsingos, Thuringiam ingreditur, et apud Erpesfurt conuentum habet. GOLDAST. t. III Constit. Imp. p. 274.
Ratisbonae natalem domini celebrat.

A. 853. D. XV Kal. Febr. a. XX ind. I. Act. in ciuit. Reginisburch. PEZ. c. l. p. 22. GEORGISCH a. 838 perhibet, sed istum annum charta non fert, quia Erchanfridum Ratispon. episcopum a. 842 constitutum nominat. HVND. t. II p. 254 habet indict. V.
D. III Id. Febr. a. XX ind. VII. Act. Regenespurc. PEZ. c. l. p. 22. Nisi indictionem VII in I mutes, ea aut a. 844 aut 859 indicat.
D. XI Kal. Iun. a. XX ind. I. Act. in palat. reg. Franconofurt. ECCARD. c. l. ad h. a. SCHATEN. Ann. Pad. L. II p. 141. a. X ponit, ab a. 844 computandum. MABILL. Act. S. saec. IV P. I p. 526.
D. XII Kal. Aug. a. XX ind. I. Act. in Regenespurg. GVILLIMANN. de reb. Heluet. L. III p. 347. HERRGOTT. t. II p. 30. MAGER. de aduocat. arm. p. 155. TSCHVD. prodit a. XXI. CONRING. censur. diplom. p. 55 et 360. VORBVRG. hist. Vol. XII p. 163.
a. DCCCLIII, XIV Kal. Iun. ind. XIV Hlud. reg. in oriental. Francia XVIIH. MEICHELB. n. 679. XVI Kal. Dec. n. 680. die festiuitatis S. Laurentii a. XVIII. n. 681. IV Non. Febr. ind. I a. XVIIII. n. 682.

A. 854. Lotharii et Ludouici fratrum colloquium ad Rhenum.
D. XV Kal. Iun. a. XXI ind. II. Actum Franconof. pal. reg. HEDA p. 55. Dubium has tabulas premit, quod Ratelerius (Radleicus) easdem adhuc recognouerit. MIR. t. I p. 501 reponit a. XXIX.
D. XI Kal. Aug. a. XXI ind. II. Act. Hulma pal. reg. HERRGOTT. t. II p. 32.
Eod. die ac loco alia charta data in MVRATOR. t. V antiquit. Ital. p. 959.

A. 855.

A. 855. Actum publice in monast. Fulda a. XV regni Ludouici gloriosiss. regis V die mensis Ianuar. coram ipso rege et cunctis principibus praesentibusque idoneis testibus. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 476. §. XX-XVIII.

D. pridie Id. Febr. Act. Eorecheim. ID. c. l. p. 193.

D. XIII Kal. April. a. XXIII ind. III. (a. XIII ind. XV). Act. in uilla Lipilingas (Eipilingas). SCHATEN. p. 144. FALCK. in cod. tradit. Corbeiens. p. 84 ponit a. 853. a. 863 admitti nequit, quia Warinus abb. quem charta memorat, iam a. 856 obierat.

Act. ad Eipilinga. XVI Kal. April. a. DCCCLV ind. III. MEICHELB. n. 802.

Rex cum Slauis Margensibus parum prospere pugnat. Lotharius R. uenit ad Ludouicum R. Francofurtum.

A. 856. D. XIII Kal. Febr. a. XXIIII ind. IV. Actum Franconof. SCHANNAT. episc. Wormat. P. II, n. 6, 7. duae chartae eiusdem diei exhibentur.

Mense Aug. Hludouuicus R. collecto exercitu per Sorabos iter facit, Dalmatas (Dalemincos) praelio superat, per Boëmanos transit.

D. XIII Kal. Sept. a. XXIIII ind. IV. Act. Franconof. pal. reg. SCHANNAT. hist. Worm. P. II n. 8. MVRATORII Antiq. Ital. T. II p. 449.

D. prid. Id. Sept. a. XXIII Hlud. sereniss. reg. in Alsatia ind. IV. Act. Strazburc. HERRGOTT. t. II p. 34. GVILLIMANN. de ep. Argent. p. 32.

A. 857. Ludouicus cum Lothario R. colloquium habet in Confluente castello mense Februar.

Quadragesimae tempore Wormatiae comitia habet.

D. III Id. Mart. a. XXV regni Hlud. in Orient. Franc. ind. V. Act. in uilla Potamo. SCHEVCHZER et LOCHMANN. Alph. t. I et II.

D. VI Kal. April. a. XXV ind. V. Act. ciuitate Vormatia. ECCARD. c. l. p. 456, 887. LVNIG. spicil. eccl. P. I contin. p. 749 sq. Diploma a. 842, ut GEORGISCH. putauit, non agnoscit, quia Arnonem Episcopum Wirceburg. a 855 constitutum in eodem legimus.

§. XX-XVIII. a. DCCCLVII Hlud. reg. XVIII Id. April. et V Kal. Iul. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 485, 486.

D. XI Kal. Maii a. XXV ind. V. Act. in uilla Potamo. HVND. t. II p. 11.

D. XV Kal. Sept. a. XXV ind. V. Act. in ciuit. Ratispon. HVND. c. l.

A. 858. Mense Februar. Ludouicus Forchemium petit; Vlmae conuentum indicit; post mediam Quadragesimam Francofurtum uenit, ibique Pascha celebrat; Castellum Confluentis abit, redit Francofurtum.

D. II Id. April. a. XXVI ind. VI. Act. Francof. SCHEVCHZER. et LOCHMANN. Alphab. t. I, II.

D. XVI Kal. Maii a. XXVI ind. VI. Act. in uilla Franckonofurt, pal. reg. CONRING. censura. p. 367.

D. XI Kal. Iun. a. XVIIII ind. VI. Act. Franconofurt. SCHATEN. p. 148. CONRING. in censura p. 29 tradit a. XVII, fide fretus monimentor. Paderborn. at in illis non reperio hoc diploma.

a. DCCCLVIII mens. Iun. XVII die eiusd. mens. a. regn. dom. piissimi regis Hlud. XVIII. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 487.

Ludouicus mens. Aug. Wormatiae comitatum colligit, ac per Alsatiam transit. Kal. Sept. Ponteonem Regiam uillam adueniens, per Catalaunos, et Cupedenses Aiedincum Senonum peruenit. Inde Aurelianensem pagum adiens, eadem pene uia usque ad Cupedenses remeat. Augustam Tricorum adit, et ad Attiniacum palatium reuertitur. Post per Durocortorum Remorum, et Laudunensem pagum ad Augustam Veromandorum, in coenobio uidelicet S. Quintini Martyris, Dominicae natiuitatis festum celebraturus ingreditur. ANNAL. BERTIN.

A. 859. D. VII Kal. Maii a. XXVII ind. XIV. Act. Francofurt. SCHATEN. c. l. p. 161.

D. Kal. Mai. a. XXVII ind. VII. Act. Franckenfort. PEZ. c. l. p. 23.

Rex uerno tempore Wormatiae agit.

Ludouicus, Carolus et Lotharius in insula Rheni fluminis, quae media est inter Antunnacum et Confluentes, conueniunt.

Rex iuxta lacum Brigantinum consistit.

A. 860.

A. 860. D. X Kal. Mart. a. XXVIII ind. VIII. Act. Regensburg. ciu. §. XX-
reg. HVND. t. II p. 11. XVIII.
D. VIII Kal. Octobr. a. XXVIII ind. VIII. Actum Ostermoutingen, uilla regia. HVND. t. I p. 197.
Capitula, quae gloriosi Reges Hludovvicus et Karolus atque Hlotharius inter se fecerunt VII Id. Iunias a. 860 in Basilica S. Castoris apud Confluentes. BALVZ t. II Capit. p. 137.
Epistola Ludou. Germ. et Lotharii ad Nicol. P. de pace Confluentana, ut eius fractores censura ecclesiastica distringantur. GOLDAST. t. II const. Imp. p. 25. BARON. t. X ann. a. 860 §. 27. VORBVRG hist. Vol. XII p. 256.

A. 861. Rex conuentum tertia septimana post Pascha Ratisbonae habet.
Acta est haec traditio in ipso loco Wisentestaiga sub die VIII Id. Decembris a. ab inc. dom. DCCCLXI ind. X regnante dom. Ludouico Rege super Orientales regiones a. XXVIII regni eius. CRVS. Annal. Sueu. P. II, l. II c. 11.

A. 862. Ludouicus Ratisbona Moguntiam profectus in Obotritos (Winedos) mouet; Francofurtum redit.
D. III Kal. April. a. XXIII ind. IV. Act. Franckenfurt. LAGVILLE preuves de l'histoire d'Alsace. SCHOEPFFLIN. in Alsat. illustr. t. I p. 745 refert ad a. 841. Numeri respiciunt a. 856.
D. VI Id. Iun. a. d. inc. 862 ind. VI. Act. Francofurt. VORBVRG. histor. Vol. XII p. 207.
Actum publice in monasterio Lauresham a. inc. dom. regni Ludou. reg. XXVI sub die III Non. Octobr. CHRON. LAVRESHAM. p. 110.

A. 863. Rex aduersus filium Carolomannum in Carantanos pergit.
D. XVI Kal. Iul. a. XXXI ind. X. Act. Ostermutinga. HVND. t. II p. 12.
D. Kal. Aug. a. XXX ind. IX (XI). Act. Franconof. pal. reg. LVNIG. sp. eccl. Cont. III Forts. p. 116.
a. DCCCLXIII regni d. Hlud. piiss. reg. XXIII mens. Iun. XV die eiusd. mens. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 492. IIII Non. Dec. e. a. n. 494. Id. Dec. n. 495.

A. 864. Ludouicus Rex mense Augusto ultra Danubium cum ualida manu profectus Rasticem in quadam ciuitate, quae lingua gen-

§. XX-XVIII. tis illius Dovvina i. e. puella dicitur, obsedit. Redit Francofurtum.

In uenatione ex equo decidit et in uicino monasterio decumbit.

D. IV Kal. Nou. a. XXXII ind. XII. Act. Reganesburc ciuit. regia. SCHEVCHZER. et LOCHMANN. Alph. t. I et II.

A. 865. Ludouicus a Carolo R. Gall. in uilla Tusciae honorifice suscipitur mense Febr. Baioariam redit.

Mens. Iun. Francofurti Arsenium Pontificis Rom. legatum audit.

D. Id. Iun. a. XXVI ind. XIII. Act. in uilla Franconouurt. SCHATEN. c. l. p. 157.

a. DCCCLXV regni d. Lud. reg. Orient. Franc. XXVI, XX Dec. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 498.

D. XV Kal. Ian. a. XXXIII ind. XII. Act. Altaha monast. HVND. c. l. p. 12. ECCARD. c. l. p. 509 substituit ind. XIII.

A. 866. a. DCCCLXVI regni Lud. piiss. reg. Or. Fr. XXVI, V Kal. Mart. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 499.

D. VII Kal. Mai. a. XXVII ind. XIV. Act. in Franconouurt. SCHATEN. c. l. p. 160.

D. V Kal. Aug. a. XXXIV ind. XIII. DOVBLET. p. 784. MABILLON. t. III Annal. Bened. p. 185 §. 56; sed in Re diplomat. p. 207 ponit ind. XIV.

Mense Nou. fuit Rex Wormatiae.

Legati Bulgarorum regem adeunt Ratisbonae.

A. 867. a. DCCCLXVII regni Lud. reg. XXVII, III Ianuar. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 502. XX Maii e. a. IB. n. 503, 504. X Kal. Aug. IB. n. 505.

Act. in Kirichheim in cubiculo reg. publ. II Non. Apr. a. XXVII regni Hlud. in orient. Franc. sub Carolo principe eiusdem Hlud. regis filio. GOLDAST. script. rer. Alamann. t. II p. 30.

D. VIII Id. Iul. a. XXXV ind. XV. Act. Francof. SCHANNAT. ep. Vormat. P. II p. 9.

D. XVI Kal. Sept. a. XXXV ind. XV. Act. Regenspurc. HERRGOTT. Vol. II p. 40.

Anno inc. dom. DCCCLXVIII indict. I, Mettis ciuitate apud S. Arnulfum pactiones inter Hludouuicum et Karolum gloriosos Reges factae sunt. BALVZ. t. II Cap. p. 207. ECCARD. c. l. p. 531 notas temporum ex Annal. Bertinian. accommodat ad a. 867.

Lotha-

Lotharius et Ludouicus Francofurti conueniunt. §. XX-

A. 868. Concilium Vormatiense mense Maio celebratur. XVIII.

In charta Luitberti Archiep. Moguntini apud SCHATEN. p. 163. Datum in Wormatia a. inc. dom. DCCCLXVIII imperii uero gloriosissimi Regis Ludouici a. XXVIII ind. I.

a. DCCCLXVIII regni d. Lud. piiss. reg. XXVIII. XII Kal. Maii. SCHANNAT. trad. Fuld. n. 510.

D. X Kal. Aug. a. XXXVI ind. I. Act. Reganisburc. SCHEVCHZER et LOCHMANN. Alph. tab. I et II.

A. 869. Rex Ratisbonae graui morbo laborat.

VII Kal. Febr. a. XXX regn. Hlud. sub Adalberto comite. HERRGOTT. n. 69. VI Id. Febr. eod. a. sub Ruodolfo comite. IB. n. 70.

Ab hoc anno, quo Ludouicus in sortem Lotharii nepotis sui successit, epocha ducitur in autographo quodam Metensis coenobii S. Arnulfi, sub hac clausula: D. IX Kal. Decemb. a. XXXVIII regni Hlud. sereniss. regis in Orient. Franc. regnante, et adeptione regni Lotharii VI indict. IX. Actum Mettis ciuitate. MABILLON. de re diplomat. p. 207.

A. 870 Mense Febr. in purific. Mariae Rex Francofurtum uenit.

Pactio a. DCCCLXX regni Karoli XXXII ind. III pridie Non. Mart. Aquisgr. pal. inter Karol. et Hludou. reg. fratrem ipsius facta. BALVZ. t. II Cap. p. 221.

D. XIII Kal. April. a. XXXVII ind. III. Act. Franconof. SAMMARTH. Gall. Christ. t. V p. 509 inter instrum. n. 2.

D. II Id. April. a. XXXVII ind. III. Act. Triburias uilla regia. MARTEN. t. I uet. monim. p. 191.

Rex dies letaniarum et pentecostes in uilla Bisestadt celebrat. Venit ad uillam Flameresheim in pago Ribuario, inde Aquisgranum. Charta diuisionis regni Lotharii factae a. DCCCLXX regni Karoli XXXIII ind. III, VI (V) Id. Aug. inter reges Karolum et Hludouicum in procaspide super fluuium Mosam. BALVZ. t. II p. 222. Rex Aquisgrani ex lapsu decumbit. Ratisbonam redit.

A. 871. Rex Francofurti conuentum habet. Ratisbonam abit.

D. XV Kal. Mart. a. XXXIX ind. IV. Act. Franconof. MARTEN. c. l. p. 193.

Conuentus Triburiensis mense Maio.

§. XX-XVIII. D. Id. Iun. a. XXXII (XXXI) ind. IV. Act. Triburias. SCHATEN. c. I. p. 169.

D. XVII Kal. Iul. a. XXXI ind. IV. Act. Triburias. SCHANNAT. tradit. Fuld. p. 207.

Cum filiis Gerichesheim, et mense Augusto cum fratre Carolo sermonem confert prope Mosam fluuium.

Actum publice in monasterio Lauresham a. inc. d. DCCCLXXI regni Ludouici regis XVI sub die III Non. Octobr. HELWICH. antiquit. Laurisham. p. 28.

D. XVI Kal. Nou. a. XXXIX ind. IV. Act. Aquisgr. pal. MARTEN. c. I. p. 194. MIR. t. III p. 9.

Cum suis mense Octobr. Francofurti colloquium habet, inde in Baioariam profectus.

A. 872. Mense Ianuar. Rex Ratisbonae legatos Basilii Imperatoris Graecorum audit. Media Quadragesima apud uillam Forchheim generalis conuentus cogitur. Rex in Baioaria Pascha celebrat. Angilberga Augusta et Ludouicus Tridenti conueniunt. Rex natalem Domini Francofurti celebrat.

A. 873. Ludouicus mense Ianuar. conuentum conuocat Francofurti.

D. VII Id. Mart. a. XXXVI ind. VI. Actum Francof. pal. reg. MARTEN. c. I. p. 187.

Rex Bisestadium adit; circa Kal. Mai. Moguntiam, post Aquisgrani cum suis secretum habuit colloquium.

D. IV Id. Iun. a. XXXVI ind. VII. Act. Aquisgr. pal. reg. MARTEN. t. II uet. script. et monim. p. 28. LVNIG. spicil. eccl. III Th. p. 785 habet indict. VI.

D. II Id. Iun. a. XXXVI (XXXIII) ind. VI. Act. Aquisgr. MABILL. supplem. rei dipl. p. 97 n. 2. LVNIG. R. A. P. spec. Cont. I Forts. III p. 276. BOECLER scriptor. rer. Germ. in gest. Caroli M. p. 111.

Act. a. dom. inc. DCCCLXXIII Ludouici reg. a. XXXIV. D. Aquisgr. Id. Iun. ind. VI. HARENBERG. hist. Gandersh. p. 139.

D. XVI Kal. Iul. a. inc. d. DCCCLXXIII a. regni XXXIIII ind. VI. Actum Aquisgr. SCHATEN. Ann. Paderb. c. I. p. 177.

Mense Augusto Rex Metis generalem conuentum congregat, tum Argentoratum proficiscitur. Ratisbonam redit, mox Aquisgranum.

D. VII Kal. Octobr. a. XXXIIII ind. VI. Act. Aquisgr. SCHATEN. Ann. Paderb. p. 178.

Mense

Menſe Nouembri repetit Ratisbonam. §. XX-XVIII.

A. 874. Rex Francofurtum uenit circa Cal. Februar.

In Paſchali hebdomade Fuldam petit.

D. IV Non. Febr. a. XXXVII ind. VII. Act. Augusburch. PEZ. c. I. p. 25.

D. IIII Kal. Mart. a. XXXVII ind. VII. Actum Franconofurt. WALTHER. in Lexic. diplomatico tab. III alphabet. in qua non ſolum ſpecimen ſcripturae diplomatis a rege Wiperto epiſcopo conceſſi, ſed et monogramma cum ſigillo (a nobis n. 7 delineato) exhibetur.

D. IIII Non. Mart. a. XXXV ind. VII. Act. Triburias pal. MARTEN. t. II p. 27.

D. IIII Non. Mart. a. XXXVII ind. VII. Act. Francofurt, in pal. reg. LVNIG. ſpicil. eccleſ. Fortſez. Continuat. III p. 73. Eodem die hae duae chartae datae uidentur, ſi indictionem intueamur. Sed loci diuerſitas mendum arguit numerorum.

Triburiae conuentum agit; per Alpes Noricas in Italiam proficiſcitur, haud procul a Verona colloquitur cum Ludouico Imp. et Pontif. R. Adit in hoc itinere Monaſterium Laureſham.

D. IV Non. Maias a. XXXVII ind. VII. Act. Lobetenburc. FREHER. de Lupoduno p. 26. HELLWICH. Antiquit. Laureſham. p. 27. MABILLON. t. III Ann. Bened. p. 185 §. 56 ita: non bene conſentit annus XXXVII regni Ludouici cum eodem anno, ſi teneatur calculus a nobis ſuperius aſſertus non ſemel de initio Ludouiciani regni in Orientali Francia, quod ab anno currentis ſaeculi triceſimo tertio aut inſequente repetendum eſſe oſtendimus. Neque deſumi poteſt a morte Ludouici P. eius patris, cui filius annos duntaxat triginta quinque ſuperſtes fuit. Neque denique ab a. DCCCXXXIX, quem Schatenius ſuggerit, ſed ab a. DCCCXXXVII aut inſequente. Haec obſeruatio ad plures chartas poſtremis regni Ludouici annis datas pertinet.

Rex Forchhemium uenit, poſtea in Baioariam.

Francofurtum ſe recipit, inde poſt paullo apud uillam Biburg, conſcenſis nauibus, ad Aquisgrani palatium perrexit.

Menſ. Decemb. cum fratre ſuo Carolo habita collocutione apud S. Lambertum rediit in Franciam, uenitque Moguntiacum XIII Kal. Febr. et inde Francofurtum, ubi natalem Domini celebrat, itemque

A. 875. Feſtum Paſchale.

§. XX-XVIIII. D. IV Kal. Mart. a. XXXVIII ind. VIII. Act. Francofurt. MVRATOR. Antiq. t. II p. 215.
Ratisbonam inuisit. circa Cal. Iunii uenit Triburiam.
Galliam inuadit et uastat. Attiniaci natalem Domini agit.
D. XI Kal. Dec. a. XXXVIII ind. IX. Act. Metis ciuit. MABILL. t. III Annal. B. p. 190 § 68 et append. p. 679 n. 19. CALMET. hist. de Lorr. t. I preuv. p. 312.

A. 876. Ludouicus Moguntiam post epiphanian et Francofurtum redit.
D. XIII Kal. Aug. a. XXXVIII ind. VIIII. Act. ad Ingilinheim. MVRATOR. t. VI antiq. diss. 71. Commentarii nostri de re diplom. Imperatricum p. 57.
V Kal. Sept. Rex Francofurti moritur.

Tabulae perscriptae apponitur, more patrio et auito, religiosum epiphonema: *in Dei nomine feliciter. Amen.*

§. XXXVIIII.

Tabularum fragmenta et recordationes

Huic chartarum indici plura forsan documenta addi possent, nisi ea uel tempus edax rerum absumsisset, uel tabularia obscura tenerent custodia. Annales certe quorumdam memoriam conseruarunt. Ex CHRONICO LAVRISHAMENSI pag. 109 haec discimus : Huius Lotharii frater Ludouuicus, quem diximus in diuisione imperii orientalem Franciam sortitum, iustus, pius, misericors, ac circa ecclesias Dei immensae benignitatis extitit. Vnde et Laureshamensi monasterio plurima beneficia contulit, inter alia uillam Langungon, sitam in eodem pago Renense. Et cum regnasset an. XXXIV, ibidem etiam sepeliri se moriens praecepit. - - - - - - - Sub hoc tempore praefatus rex Ludouicus illustri comiti Werinhero praedia sua in uillis Bibifloz et Wadtinheim sitis in eodem pago Rhenense super fluuium Wisgoz et uillam Zullestein sitam in ripa fluminis Rheni, cum portu et omni integritate sua, regia auctoritate tradidit: quae mox idem Werinherus Laureshamensi monasterio assignauit, et ad dies uitae suae in precariam accepit. Ipse etiam in ecclesia, quae dicitur Varia, sepultus est.

Mon. Laurishamens.

a. Hersfeldens.

LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad a. 845 memorat: Ludouicus uenit ad Herolfesfelt 2 Calendas Nouembris, et priuilegia monachis dedit, suoque sigillo muniuit. Monachi quoque eiusdem

dem Herueldenſis monaſterii reconciliati ſunt cum Otgario archie- §. XX-
piſcopo, de decimis frugum et porcorum ex terra Thuringorum, per XVIIII.
fideles legatos domini Ludouici Auguſti, epiſcopos uidelicet et prae-
ſides. CHRONICON QVEDLINBVRGENSE hoc priuilegium im-
munitatis fuiſſe ait. 3.

SCHATEN. annal. Paderborn. P. I p. 153 tradit: Ad hanc no- Tremo-
bilium (quos antea monaſterium Treckenhorſte et Herſenbrocenſe nienſ.
fundaſſe dixerat Schatenius) pietatem et munificentiam acceſſit colleg. ca-
ipſe Ludouicus Germaniae Rex, et illuſtre collegium Canonicorum nonic.
condidit Tremoniae, templumque a ſe magnifice conſtructum dedi-
cauit Pantaleoni Martyri; id quod D. Anno Colonienſis Archiepi-
ſcopus ob bellorum iniurias poſtea Coloniam tranſtulit. Aedem
praeterea ſacram in ſuburbio Tremoniae erexit D. Benedicto, certus
iſtic monaſterium eiusdem Diui familiae condere, ni iniquiora tem-
pora conſilium praepediiſſent.

Ludouico noſtro regnante coenobium Wieſenſteigenſe funda- 4. Mon. Wi-
tum fuit, teſtantibus tabulis in CRVSII Annal. Sueuic. P. II pag. 58 ſenſtei-
exhibitis, quas hic recitare lubet, quia mores huius ſaeculi illuſtrare genſ. fun-
uidentur: In nomine Dni noſtri Ihu. Chriſti. Sit omnibus notum, datio.
tam preſentibus, quam et futuris, qualiter ego Rudolfus pro aug-
mento precum Sereniſſimi Dni mei regis Ludouici cogitans: et pro
remedio animae meae, uel parentum meorum, una cum uoluntate
et conſenſu Erichi filii mei, et cum manu ipſius ſub preſentia Vene-
rabilis Salomonis Epiſcopi, Trado atque transfundo, Dno Deo
omnipotenti, et ſancto Ciriaco martiri Chriſti, talem locum: qua-
lem hactenus uiſus ſum habere in pago nomine Pleonungethal: hoc
eſt, ipſum locum, qui uulgo dicitur Wiſonteſtaiga, iuxta flumen quod
uocatur filiſa: quod eſt ſitum in grubingauu, marco in comitatu
Warinhari Comitis, omnia ſicut nunc in circuitu diſterminata uiden-
tes: tam in agris, quam in ſiluis, cultis et incultis, in aedificiis, in
pomariis, in paſcuis, in pratis, in aquis, aquarumque decurſibus, in
molendinis, in noualibus, in adiacentiis, in finibus, cum mancipiis.
Ita nominatur Albger, Ratini, Bertuum, Suuabelf, Erichart, Mathe-
rat, Altman, Othekar, Walachgrine, Engelman, Hildibrecht, Egel-
bold, Item Mahterat, Meginbold, Rattolff, Wolfgang, Erimpert,
Wacho, Ellinhurt, Zeiſsmund, Hemmo, Ratolff, Erfold, Alnuuing,
Engelburg, Reginhart, Wichram, Watlind, Vtgrun, Werimprecht,

§. XX-XVIIII. Amalhilt, Ruadhilt, Ellinburg, Luibsind, Thiuburg, Otburg, Erchintrud, Benedicta, Gunderun, Wiguurg, Austrat, Gundrud, Theotlind, Wiberat, Engeldrut, Wolfin, Ratinza, Adelgund.

Gestin Wilburg Reginburg Engelhart Eggibirt Gunsa Wezza	cum filiis suis	Irnochtolff Abbo Richmund Sigibrant Sigmund Sigimar Egghart Rittmund	cum uxore, et filiis suis.

Similiter infra eandem Marcam in pago supradicto, ubi flumen istud Filifa initium capit, supradicto martyri Chri. Trado alterum locum cum agris, et siluis: et quicquid ad eundem locum respicit, cum mancipiis istis. Erpini cum uxore et filiis Erackat cum u. et f. Hutto cum u. et f. Hedfrid cum u. et f. suis. Nec non et tertium locum in ipsa marca trado sancto Ciriaco, in loco qui dicitur Tuiffenthal cum adiacentiis suis, et mancipiis his. Erich cum uxore et filiis suis: Tuto cum uxore et filiis suis. Similiter trado supradicto martiri Chri. Quartum locum in altero pago, qui dicitur flina, hoc est, uillam illam quae dicitur Hohenstat, quicquid infra marcam ipsius uille est, absque loco qui dicitur Weisteti, cum mancipiis his. Vadil cum uxore et filiis, Wisman cum uxore et f. Otakar cum u. et f. Baldarich cum uxore et f. Isarhart cum u. et f. Lucceth cum u. et f. Heilhurt cum f. suis. Wighart cum u. et f. Nanzo cum u. et f. Ruadhilt cum f. Silma cum filiis, Ruadpert cum u. et f. Ata cum f. Meginhart cum u. et filiis, Hasso cum u. et f. Danckholff cum u. et f. Rimunt cum u. et filiis, Eicho cum u. et f. Rudbold cum u. et f. Otherich cum u. et f. Amalin, Otmunt, Wolfdrerh. Item Otmunt. In quinto uero loco, qui dicitur Westerheim, similiter trado hoc cum medietate ipsius ecclesiae, et quicquid impa. marca uisus sum habere cum mancipiis his. Watila cum filiis suis. Wanpert cum u. et f. Giselmund cum u. et f. Wolfgang cum u. et f. Irrath, Hitta, cum filiis. In sexto loco, qui dicitur, Tumescat, quicquid ibi uisus sum habere cum mancipiis his. Onolff, et Becchilt uxore eius, cum f. Similiter trado supra dicto Chri martiri, quicquid in pago Neckergevv uisus sum habere in locis ita nominatis. Nabera, Bissinga, Wilheim, Nidlinga, cum mancipiis his. Folckmar, Raron, Rafolt,

Deo-

Deotheri, Luttsind, Thenka cum filiis, Baldolff, Trabesan, cum u. et f. Deothilt cum f. Item in pago, qui dicitur filicousgauve. Similiter trado, in uillam nuncupata Ysminga, quicquid in ipsa marca uisus sum habere, cum mancipiis his. Gundi cum uxore et filiis. Otleib cum u. et f. Bern, Wigman, Deotolff, filiib. Item in francia, in pago, qui nominatur Lobetrugavve: In loco qui dicitur Windenheim: Vnam Ecclesiam ibi trado, et quicquid ad ipsam pertinet, cum mancipiis his. Otpert cum u. et f. eius, Sigifrid cum u. et f. suis. Vuatholf cum u. et f. suis. Item decimatores omnes de Milhausen. Nec non et de Ditzenbach, et de Vffhusen, et de Mercktlingen. trado autem firmiter transfundo Sancto Ciriaco hec omnia, que superius comprehensa sunt, tam in mancipiis, quam in agris et siluis, cultis et incultis: cum omnibus adiacentiis, iure ad ipsa loca superius scripta respicientibus potestatem manu cum filii mei manu trado firmiter Sancto Ciriaco et ipsis seruis Dei qui ibidem constare noscuntur. hoc est de meo et filii mei iure, In illius sancti et Dei, seruorum ius et dominationem ea cum ratione, ut ipsi serui Dei potestatem illarum rerum habeant: et post obitum meum, filio meo Ericho censum talem singulis annis faciant: Hoc est, qn. ad seruitium pii Regis perrexerit: unum saumarium onustum praestent cum homine, qui illum ducat. Similiter secunda uice faciant, si iter in hostem eodem anno contigerit, et ab ipso filio meo Ericho auxilium et defensionem habeant tempore uitae meae et similiter deinceps in optimo filiorum eius habeant. Quencunque ipsi, in illa prosapia sapientiorem et Deum timentem probauerit Illi tantum eundem censum singulis annis persoluant, Caeteris autem coheredibus nihil. Quod si forsan post hec ego ipse quod absit uel filius meus seu filius ipsius uel ullus heredum seu proheredum uestrorum, uel ulla alia emissa seu opposita persona erit, quae contra hanc chartam uenire ut eam mutare seu frangere conauerit, non obtineant effectum, nec ullam aliam potestatem generatio mea super ipsum locum habeat: nisi sicut superius comprehensum est: sed ipsi serui Dei, inter se dignum Abbatem eligere potestatem habeant, post obitum Dni. Tutammani, quem primum Abbatem cum Dno. Salomone episcopo elegi et loco presenti prefeci. quod si ab ulla persona, ut am dictum est, aliqua contrarietas surrexerit potestatem habeant ipsi erui Dei cum Abbate suo pergere ad episcopum, ad cuius dyocesin pse lo cus pertinet, et cum eius autoritate canonica et adiutorio superent

§. XXXVIIII.

Conditor posteris suis censum reseruat.

Lites ad episcopum et, si opus.

§. XX-XVIIII. ad Regem deferantur. perent prauorum conatum: uel si necesse fuerit cum Episcopo rem coram rege examinent. Et ut hec traditio firma et stabilis permaneat omni tempore cum stipulatione subnixa roboratur. Sic Salomon episcopus sub cuius presentia hec acta sunt, et Lexert presbiter, Vndolff Diaconus, Eberhart Diaconus, Tutaman abbas, Heremias presbr, Adonolt presbr, Irmpert presbr, Meginhart presbr, Gisalhart presbr, Hamadro pbr, Gerhart pbr, Gosbeit presbr, Erhart presbr, Otherich pbr. Lierpert Diaconus, Dauid Diacon, Walpert, Wigbert, Perrilteri, Truegkey, Hervvart, Adelmunt, Wiserich. Et isti testes Laici qui hanc traditionem uiderunt et audiuerunt, Ego Rudolfus, qui hanc traditionem cum manu Erichi filii mei et firmari rogaui Erich Rudolff Iunior Wald Conso hunso Hunolff Vdelger Reginhart Rettpert Pernger Germunt Erimpert Goshelm Rigant Amalpert Isanpert, Sigerrich Raholff Rantvvig Pereltrum Deopert Amalhart, Otem Perithram, Adal uoto Iacob, Salaho Willihart Reginhart Wigerich Pebo. Adalvvald Rudger Wiserich Meginheri Suuidger Suuanager gesilpert, Darathram, Giselpert, Hartman Lampert. Idem ipsi uiderunt uestituram supra dicti monasterii. Acta est hec traditio in ipso loco Wisentestaiga sub die Viti Idus Decemb. Anno ab incarnatione Dni. 861. indictione decima, regnante Dno. Ludouico rege super Orientales regiones Anno 28. regni eius. Et ego Erinenricus rogatus scripsi et subscripsi. 867.

5. Rex ecclesiam in pago Nisinensi fundasse fertur. WECK in der Beschreibung von Dresden p. 290 Ludouicum Germanicum ecclesiam apud Venedos in pago Nisinensi condidisse tradit, quae hodie in parochia Priesnicensi quaerenda.

6. Mon. Werthinense augetur opibus. Werthinense monasterium auctorem seu conditorem habuit sanctum Liudgerum, qui primus fuit Monasteriensis episcopus; uerum adeo insignem donationem Werthinae fecit ad construendum monasterium Folckerus, ut praecipuus forte illius fundator haberi non immerito potuerit. Ita legimus in MARTEN. collect. ampliss. t. I p. 140, ubi etiam donationis charta haud negligenda recitatur: In nomine Domini Dei aeterni et Saluatoris nostri Iesu Christi. Ego Folckerus incertum unicuique huius miserabilis uitae finem et horam pertimescens, uariosque ac omnimodis sinistros instantis temporis euentus considerans, et Saluatoris dicti recordans, quod dicit: Si uis perfectus esse, uade, et uende omnia quae habes, et da pauperibus, et ueni sequere me. Omnem huius uitae delectationem, quantum

humana

humana fragilitas finit, pro Dei omnipotentis amore, pro nihilo ducens, in coenobio Werdinensi ad beati confessoris Christi memoriam monachicam elegi ducere uitam. Quapropter quia unicuique necessarium est, ut quamdiu in hoc saeculo uiuere licet, de temporalibus rebus sibi aeternae beatitudinis praemia adquirere studeat; Ego quasdam proprietatis meae res, quae mihi iure hereditario in pago Hamulande, in comitatu Wigmanni, nec non et in Batuue, in comitatu Ansfridi, cum aedificiis omnibus, et cunctis adiacentibus siluarum, et aquarum, et pascuarum commodis, cultam et incultam terram, cum mancipiis utriusque sexus, coram testibus et nobilium uirorum praesentia secundum legem Ripuariam et Salicam, nec non secundum Euna Fresonum de iure et potestate mea in ius et proprietatem praedicti monasterii, in quo et laicalem habitum et secularem conuersationem Domino miserante dimisi, pro remedio animae meae et parentum meorum perpetuo possidendas tradidi, et secundum praedictas leges uestituram feci: ea uidelicet ratione, ut omnes res supra dictae ab hac die fratribus ibidem Deo seruientibus seruiant, et de his illud praefatum coenobium construatur et inluminetur, et memoria progenitorum meorum siue mea in eorum sacris orationibus perpetualiter habeatur. Si uero ob merita peccatorum qualicumque casu neglectum fuerit uel destructum saepe dictum coenobium, aut praefatae proprietatis meae res sine consensu fratrum alicui in beneficium praestitae fuerint, aut eas praefati monasterii heredes inter se quasi iure hereditario diuidere uoluerint, si haec, inquam, me uiuente euenerint: tunc annuente Domino potestatem habeam cum omnibus rebus ad supra dictum monasterium traditis ad aliud coenobium transmigrandi. Sin autem post obitum meum haec euenerint, tunc propinqui et heredes mei easdem res et mancipia sine ullius contradictione recipiant, et illas praefato tenore ad monasterium Fuldense sancti Bonifacii perpetualiter tradant. Peracta uero traditione, media pars totius hereditatis inferius nominatae in potestate fratrum eiusdem monasterii deinceps iugiter habeatur. Aliam uero partem, hoc est medietatem totius hereditatis, illum qui hanc posteriorem traditionem fecerit, ad tempus uitae suae retinere desidero, et post illius obitum nullus alius de progenie eius sine uoluntate monachorum sancti Bonifacii uel attingere praesumat, sed omni deinceps occasione sublata, omnis subscripta hereditas in praefata potestate ob §. XXVIIII.

§. XXXX. recordationem nostri stabili firmitate permaneat. ------ Igitur traditio facta est coram pluribus et idoneis testibus in pago cui uocabulum est Flethetti, in uilla quae uocatur Hlara sub die septima idus Nouembris, et in pago uocato Batue, in uilla quae uocatur Hligo, sub die IIII idus Nouembris, anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi DCCC. LV. indictione III regnante domno nostro Hludovvico imperatore iuniore augusto XV.

Ego Hildricus subdiaconus huius traditionis cartam rogatus scripsi et subscripsi.

Haec sunt nomina testium qui hanc traditionem secundum legem Ripuariorum fieri uiderunt et audierunt.

Signum Folkeri, qui hanc traditionem coram testibus subterius nominatis manu propria perfecit et roborauit.

Nomina testium qui in Orientali ripa Hreni fluminis constituti esse noscuntur. Sig. Hildric. Sig. Odo. Sig. Hrodger. Sig. Engilrad. Sig. Odaccar. Sig. Thiatric. Sig. Vulfhelm. Sig. Athaluuard. Sig. Vulthrahan. Sig. Thiadrad. Sig. Abbo. Sig. Egilbraht. Sig. Vuiger. Sig. Sahsger.

Consequenter in eodem cartario haec leguntur.

Anno dominicae Incarnat. DCCCLXXV. indictione VIII. IV idus Nouembris, sanctae memoriae Willibertus archiepiscopus Coloniae basilicam S. Liudgeri in Werdina cum Hildigrimo episcopo dedicans, nominatim has uillulas segregauit, a quibus uel decimae ad sanctum Liudgerum debeant dari, uel quae ad ipsam parochiam et ad synodi conuentum debeant pertinere; uidelicet uillam Hamine et Rodberg, Feldbrahti, Vbiti, Vuelanaia, Bredanaia, Ois, Hilinciueg, Elatmaras, Beki, Hrotsteninghuson, et quicquid infra haec nominata loca continetur.

§. XXXX.

Diplomata a regulis aberrantia.

Tabularum quarundam uitiis nulla par est medicina; alia excusatione non indigna uidentur; formula rarior, eaque aliena non illico chartam totam damnat. Quod si igitur nonnullos libellos ad artis nostrae regulas excutiemus: nemo existimet, nos possessiones certissimas conari lacessere, aut documenta uetustate sua conspicua euerte-

euertere. Iura, quae aliunde digne sustineri possunt, dubiarum literarum auctoritate non indigent. §. XXXX.

Prodeat primum charta ex SCHANNATI dioeces. Fuld. p. 239, qua monasterii Fuldensis decimae in Thuringia firmantur. ECCARDVS in animaduers. histor. et crit. in Ioh. Frid. Schannati dioecesin et Hierarchiam Fuldensem p. 23, et in Commentar. rer. Franc. t. II p. 590 iam plures huius chartae errores detexit. Initium stilo Ludouici contrarium: *In nomine Dei et Saluatoris nostri Iesu Christi.* Insueta formula: *Ludewicus* (uel rectius Hludovvicus) *propiciante clementia Dei Rex.* Subscriptio inusitata: *Signum Domni Ludewici Serenissimi regis; filii Ludewici Imperatoris.* Recognouit *Heburhardus Cancellarius ad uicem Hugberti Archicapellani.* Pro Heburhardo reponendus *Hebarhardus*, pro Hugberto *Liutbertus.* Notae temporum: *Data anno domini DCCCLXXIIII indict. VII regni uero Domni Ludewici serenissimi regis in Orientali Francia regnantis XXXVI sub die XV Kal. Iun. Actum in Palacio Ingilunheim*, partim peregrinae, partim corruptae. SCHANNATVS in Vindic. p. 73 tabulas has a regula quidem multum aberrare animaduertit, sed formulas in placitis subinde diuersas esse ab iis, quae passim occurrunt in regum praeceptis putauit; additamentum in subscriptione: *filii Ludewici Imperatoris* non minus tolerandum esse, quam in aliorum, quos appellat, regum chartis; *Hugbertum* et *Luitbertum* uno eodemque tempore Archicancellarios esse potuisse. Replicat ECCARDVS in Commentar. rer. Franc. Orient. t. II p. 590 sq. paullo durius ac uehementius. In primis de Ludouici Pii et Ludouici Germanici Archicancellariis studiose differit, ut, uno eodemque tempore plures Archicancellarios non fuisse, monstraret. Neque alias digerere potest uoces ac formulas: u. c. *audientiae*, *sedis Moguntinae primatem*, *idoneos fautores*, *praesidem aulicum*, *curtem* pro *palatio* aut *comitiis regni* hoc scil. aeuo. Si quid est in arte nostra, libellus hic maculas suas uix eluet. Monasterii Fuldensis primum,

2. Aliam ex SCHANNATI histor. Fuld. p. 56 proferre liceat chartam, quam tamen ideo, quod nonnulla singularia uehat, non reprobamus. Incipit: *In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Hludouicus diuina fauente gratia Rex Lutolfo, Cristano et Hessoni comitibus ceterisque suis fidelibus gratiam.* Haec sana. Tum *Rudolfo Monacho, qui praeest scolaribus in monasterio S. Bonifacii Fuldae colonos, qui agros* 2. alterum,

prae-

§. XXXX. *praefati monasterii colunt et ad regiam curiam censum persoluere debent et omnem iustitiam, quae nobis legitime ab eis debetur et uniuersa debita ad partes nostras pertinentia ad ministerium memorati fratris Rudolfi persoluunt.* Praecepti periodi non connectuntur more solito. Formula immunitatis non sibi constat. Verba: *nec ullus legatus noster - - inquietet*, minus obuia. Explicit: *de annulo nostro hanc conscriptionem iussimus sigillari. Signum Domini Hludowici Regis. Ego Conradus Notarius recognoui.* (Notarius hic obscurus). *Dat. VI Kal. Febr. ind. XII. Actum Fuldae Monasterio.* Notae exiles.

3. tertium, 3. Inter traditiones Fuldenses apud eumdem SCHANNATVM p. 193 Rex donat monasterio Fuldensi *quidquid Sigihardus comes in uilla Heitungesfeldon nuncupata beneficii a nobis habuit cum duobus locis uocabulo Roggunstat et Huchelehheim et sicut nunc ad eadem loca dignoscitur de terra arabili pertinere ubicumque in Heitungesfelda marcha iacent*, cum mancipiis, territoriis et silua. Sed deest chartae uotum pium initiale. Phrasis haud idonea: *Abbas Hatto uir religiosus et spiritualis uitae de Fuldensi monasterio, cui speciali deuotione semper ac libenter annitimur.* De clausula uaria moneri possent: *Signum Domni Ludouici Regis. Reginbertus cancellarius recognoui. Data pridie Idus Februarii. Actum Forecheim feliciter amen.* Hunc Cancellarium non noui. ECCARD. t. II rer. Franc. Or. p. 430.

4. quartum, 4. IB. p. 205 *uir nobilis ac fidelis Euerwardus nomine omnes res proprietatis suae, quas ex meridiana parte Lippae fluminis habere uisus fuit in pago Dorerinse, totum et integrum ad monasterium sancti Bonifacii Fuldae tradidit.* Rex ea, quae uir *religiosus* (modo nobilis dicebatur) Euervvardus donauerat, regali praecepto et *imperiali* decreto communiuit. *Adalbertus Cancellarius recognouit et subscripsit. Dat. IX Kal. Apr. Wormatiae.*

5. quintum. 5. Nec ad stilum curiae Ludouici apte fluit libellus precariae IB. p. 206 exhibitus, quo *homo nobilis*, nomine *Ethil*, uillam proprietatis suae Ovvilah tradidit ad Sanctum Bonifacium martyrem una cum consensu *amicorum suorum* ea uidelicet ratione, ut eamdem uillam diebus uitae suae habeat, et quasdam alias res, quae ei ex parte sancti Bonifacii datae sunt; post obitum eius eaedem res cum omni integritate melioratae una cum uilla ad S. Bonifacii reuertentur potestatem. Accedit regis auctoritas, qui cartam conscribi et sigilli sui impres-

impreſſione inſigniri iuſſit. Data VII Kal. Nou. Actum Francono- furt feliciter. §. XXX.

6. Anonymi ſeries Abbatum monaſterii Weiſſenburgenſis in SCHANNATI Vindem. liter. collect. I p. 6 tradit diploma, quo Ludouicus Rex, petente Grimoldo Abbate, monaſterio Weiſſenburgenſi confirmat poſſeſſionem calidarum aquarum, quae dicuntur Balnei in pago nuncupato Vsgavve, *quos Dagobertus anteceſſor* Ludouici, *cum omnibus appenditiis ad ipſum locum iure et legitime pertinentibus ad monaſterium Weiſſenburg, quod eſt conſtructum in honorem ſancti Petri contradidit praeſidente Rodfredo eiusdem loci Abbate, quae poſtea in Beneficium quorundam Vaſallorum regis uerſa eſt et per multa annorum curricula ita in beneficiis ſtetit. Traditio firma ac ſtabilis permaneat, nec alio uertatur ſine uoluntate praepoſiti eiusdem loci ac conſenſu fratrum.* Elocutio chartae, ut uerum fatear, excuſatius offendere uidetur; ſed clauſula eidem non ſatis reſpondet: *Wiarius* (Witkarius) *Cancellarius ad uicem Caroli Archiepiſcopi recognoui. D. XV Kal. Iun. a. regni domini Hludowici regis XXIII.* (omittitur: Sereniſſimi in Oriental. Francia regnantis). *Actum Franconofurt palatio regio feliciter. Amen. Witkarium* Cancellarium produximus §. XXXVI, 5. At Carolum, Archiepiſcopum Moguntinum, inter Archicancellarios regios non reperimus. Ad haec iſta aetate tabulae Grimoldi nomine recognitae fuerunt; nec Ludouicus in Alſatia iuris quidquam habuit. ECCARD. c. l. p. 449. MABILLON. t. III Ann. Bened. p. 58 de charta noſtra haec commentatur: *His chronicis notis nonnemo temere adiecit annum ab inc. DCCCLXXI qui ſeptimus erat a morte Caroli Archiepiſcopi Moguntini et Archicancellarii, ad cuius uicem Witkarius Cancellarius ſeu notarius hoc diploma recognouit.* 6. Mon. Weiſſen. burgenſ.

7. Neſcio, quid de duabus tabulis Wormatienſibus uno eodemque die datis, atque a SCHANNATO in Cod. probat. hiſt. Wormat. p. 6 ſq. diuulgatis, iudicem. Scrupulos, quibus uexor, ingenue oſtendam docenti meliora cuicumque facile ceſſurus. Rex eccleſiae monetam, modium regis, immunitatem his uerbis indulget: *idcirco omnibus Chriſtianae fidei cultoribus* etc. (aliena a formulis §. V productis) *quia nos diuino compuncti amore, quaſdam res iuris Regalis* (iura Regalia non tam huic, quam inferiori aeuo nota ſunt; nunc ſaepius appellantur iura fiſci) *infra Wormatiam ciuitatem ad eccleſiam S. Petri principis Apoſtolorum, quae ibi honorificenter conſtructa uidetur, cui etiam* 7. eccleſiae Vormatienſis primum,

 Samuel

§. XXXX. *Samuel uenerabilis episcopus praesidet i. e. monetam ad integrum, modium etiam Regis, quod uulgari nomine Stoufkari* (in diplomate regis Arnulfi legitur: *Stuff-Korn*; conuenit forte cum nostro *Stubichen*) *appellatur - - tradimus et insuper omne telonium et uectigal uel quicquid in dominicum fiscum de praedicta ciuitate infra uel extra in uadiis aut fredis sine iustitiis legaliter redigi potest - - - ob petitionem praefati Samuelis dignissimi pontificis* (insuetum elogium) *supradictae ecclesiae et locis illuc aspicientibus hac nostra auctoritate concedimus interdicentes*, (iam sequitur formula exemtionis ualde turbata) *ut nullus iudex publicus, nec quispiam ex iudiciaria potestate in mansionibus ibi dandis aut telonio uel fredo de familiis ecclesiae uspiam poscendo aut hominibus eidem ecclesiae subditis, tam ingenuis, quam etiam seruis, distringendis, aliquod ius habeat, nec ullam iuris exactionem de colonis, liberis seu de seruis repetere praesumat, quin potius aduocato praefatae ecclesiae, sicut regio exactori, totum quod legi debebant, omnino persoluant.* (nec clausula familiaris) *quatinus parentum nostrorum, nostrique nominis memoria in orationibus Deo ibi seruientium per succedentia saecula incessabiliter habeatur et ut haec auctoritas nostrae traditionis et confirmationis perpetuum obtineat uigorem manu propria subtus eam notauimus et annulo nostro eam signari praecepimus.* Deest regis et Cancellarii subscriptio. *D. XIII Kal. Febr. a. XXIIII regni Hludowici serenissimi Regis in Orientali Francia regnantis Indict. IIII. Actum Franconofurt, palatio regio, in Dei nomine feliciter Amen.* SCHANNAT. has notas assignat a. 858 sed inuita indictione, quae a. 856 ponit. Chartae huius fidem non temere conuelli ex eo quoque colligo, quod Arnulfo Imp. c. l. p. 15 haec ipsa concessio tribuitur, dummodo tabulae uitio uacent. Ius telonii confirmat Otto Rex a. 947. ib. p. 18, Otto II p. 23.

8. alterum, 8. Alterum praeceptum, quo inter Samuelem episcopum Wormat. et regios exactores, contentio dirimitur, iam initio regulas deserit: *In nomine Domini Iesu Christi Hludowicus diuina prouidente clementia Rex* (§. I et II). *Ob hanc ergo dissensionem nostris uisibus obtulit praeceptionem Domini aui nostri beatae memoriae Karoli famosissimi Francorum Imperatoris* (talis nec erat, nec dicebatur Carolus; sequentia ex Caroli diplomate, adhuc exstanti p. 1 repetuntur) *in quo scriptum reperitur, quomodo Dagobertus Rex Francorum ad Basilicam S. Petri Apostoli in Wormatia ciuitate constructam tradidit ciuitatem Lobedenburg, in pago Lobedungowe sitam, cum omnibus utensilibus illuc aspicientibus, aedifi-*

aedificiis, mancipiis, uineis, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis, §.XXXX.
omni fyluatico in filuis Otenwalt, cum omni utenfilitate in pago Lobedungowe, telonium, mercatum et quae dici aut nominari poffunt, excepta ftipe regia et comitatu (fiue ftipite h. e. furca, ficuti difcimus ex charta Caroli Calui apud MIR. t. I p. 248 et in t. I Comment. noftror. §. CXXXVIII, 8. Comitatus hic iurisdictionem loci alicuius fignificare uidetur. uid. du FRESNE Gloffar. h. u. ubi ad Dagoberti Regis tabulas prouocat. add. Differt. noftro praefidio habita de uera uocis comeciae fignificatione §. 3.) *illic omnia donauit, et cetera ad eandem bafilicam pertinentia fua praeceptione confirmauit --- manu propria fubter eam notauimus et noftri figilli* (pro anulo hic aegre toleratur) *impreffione infigniri iuffimus. Godebertus* (Hadebertus) *fubdiaconus ad uic. Baldrici Abbatis recognouit.* Notae chronicae plane congruunt cum fuperioribus.

9. tertium. 9. Chartam hanc mendofam imitatur etiam libellus tertius Wormatienfis apud SCHANNAT. p. 8. eodem anno d. XIII Kal. Sept. editus. *Per petitionem*, ait Rex, *eiusdem praefati Samuelis epifcopi fub integra emunitatis tuitione donauimus, atque conceffimus, ut nullus nofter, aut fucceforum noftrorum Comes, aut aliquis publicus iudex in rebus aut locis ad Wimpinam afpicientibus, quae certis nominibus et fignis fubnotantur, nec ad caufas audiendas, nec homines ipfius ecclefiae tam ingenuos, quam et feruientes diftringendos, placitum uel aliquid incommodum audeat facere, fiue aliquam deinceps poteftatem in eisdem locis et rebus, nifi ad partem et utilitatem ecclefiae habeat; fed ipfe pontifex Samuel et fucceffores fui hoc habeant conceffum atque indultum quieto ordine poffidere, atque dominari quod partibus fifci noftri fuit confuetudo retinendi.* Tum emunitatis fines latius defcribuntur. *Manus noftrae fubfcriptione eam decreuimus roborari, noftrique annuli impreffione figillare* (alias affignare) *iuffimus.* Deeft Regis et Cancellarii manus.

10. coenobii Lindauicnf. 10. Quamquam charta Lindauienfis, diuturnae contentionis materia, a parthenonis defenfore WAGENRECKIO Ludouico noftro tributa fuerit: poftea tamen, hoc errore reiecto, Ludouicum P. Imperatorem auctorem utriusque partis patroni ftabiliuere; at cur ciuitas Lindauienfis hoc diploma fpurium exiftimet, iam oftendimus t. I §. LXXXX, 16.

11. Argentoratenfis S. Stephani. 11. Excutiamus tabulas, quas coenobium Argentoratenfe S. Stephani afferuat. Typis exfcriptae fuerunt curante FRANC. GVILLI-

§. XXXX. GVILLIMANNO de epifc. Argent. p. 32 fq. E Guillimanno iftos repetiit CONRING. in Cenfura p. 30 fq. tamquam diplomatum integerrimorum exemplum; fed monogramma deprauatum, quod apud Guillimannum exftat, mutauit, ita tamen, ut literam I hypothefeos approbatae ftudio omitteret. Reddidit eamdem chartam TENZEL in append. I uindiciarum p. 98 fq. Quum haec apographa ab autographo ualde diffentirent; SCHILTERO, indulgente Abbatiffa Eua Salome de Fürdenheim, diploma ipfum accuratius defcribere licuit, quod nunc omnes in annotationibus illius ad KOENIGSHOFII Chron. Alfat. et Argent. p. 478, una cum antiqua uerfione germanica, legere poffunt. Authenticam Schilteri lectionem fecutus eft ECCARDVS in Orig. Habspurg. Auftr. c. 8, p. 107. HERRGOTT. hos apices regios in Cod. probat. Geneal. Habspurg. Vol. II p. 34 ex cod. MS. Aug. bibliothecae Vindobon. reddidit, fed a *Schilterianis* nonnihil difcrepantes. At fit fides penes SCHILTERVM. Audiamus, quid iam MABILLON. t. III. Ann. Bened. p. 58. n. 15. de hac charta exiftimauerit. *Data pridie Id. Septembr. a. Chr. propitio XXIII domini Hlud. Sereniffimi regis in Alfatia ind. IV. actum Strazburc palat. reg. Otgarius ad uicem Grimoldi Archicancell. rec. Ita fcriptum legimus in exemplari, quod nobis pro authentico non habetur. Editum eft integrum a Guillimanno et poft eum a Conringio, fed apud utrumque Ludouici annus XXII pofitus pro uicefimo tertio, qui non compendiofis numericis notis, fed integris literis in exemplari adfcriptus legitur, uitiofo figillo appofito. Non placet Lotharii Imperatoris primi elogium, nec Ludouici regis in Alfatia appofita notatio, ubi in Orientali Francia fcribi debuerat.* ECCARDO t. II rer. Franc. Orient. p. 449 etiam hoc diploma fufpectum uifum eft; cum praefertim hactenus nihil iuris in Alfatia et Argentorati habuerit Rex. Nos in pluribus haefitamus. Pro *Hludouuico* fcribitur modo *Ludewicus*, modo *Hlodeuicus*, modo *Chlodewicus*. *Nobilis atque uenerabilis fanctimonialis Abbatiffa Bafilla - - autorabiles emunitatis firmitates - - - - per conftitutionem Chylderici regis emunitatus et per Pipinum maior domum locupletatus - - - - per munificentiam Clotharii Imperatoris primi.* Omnes hae phrafes infolitae, nec iufta lectio: *reges uidelicet Fraencborum.* Formula nota immunitatis et tuitionis paullo plenius effertur. *Liceat memoratae Abbatiffae fuisque fucceftricibus* (uox intolerabilis) *auctoritate epifcopali et difpenfatione illius, quem de numero fratrum ipfius loci conftituerit echonemum* (oeconomum)

mum) etc. Appendix alias non legitur: *Nec liceat alicui sub prae-* §.XXXX.
textu aduocatoriae occasionis sibi uel in hominibus uel in quibuslibet rebus uel possessionibus eorum aliquod ius uendicare, nisi quem pro aliqua, sicut aliquando fieri euenit, necessitate, ipsa Abbatissa cum congregationis uoto per consilium antistitis aput palatium expostulauerit, qui nec palemundum (praestationem iniustam pro tutela. SCHILTER. glossar. h. u. quam hactenus in chartis regiis non reperi) *uel aliquas exactiones exercere praesumat. Si quis uero temerarius contra hanc nostrae constitutionis auctoritatem uenire praetemptauerit, praedictae ecclesiae quinque libras auri, fiscoque regio decem auri purissimi persoluere cogatur et insuper offensam regiam incurrat.* In monogrammate deficit linea transuersa, qua litera H efficitur. *Otgarius* (hunc reliquae chartae ignorant) *ad uicem Grimoldi Archicancellarii recognouit.* Sigillum SCHILTERVS pingendum non curauit, sed indicauit tantum: *effig. reg. in cera quad.* Nihil itaque decerno.

12. Diploma pro ecclesia Argentoratensi emissum et a LAGVILLE in probat. hist. Alsat. p. 21 productum dubiae fidei uidetur ECCARDO t. II rer. Franc. p. 449, sed rationes non prodit. Nos quoque scrupuli, quorum aliquos §. XIII, 1 indicauimus, uexant; at non tanti sunt momenti, ut totam chartam reiiciendam putemus. 12. eccles. Argentoratens.

13. Idem ECCARD. c. l. p. 595 diploma Corbeiense, quod §. XVIIII, 4 recensuimus, haud genuinum existimat, tum ob argumentum insolitum, tum ob adiectum a. incarnat. dom. DCCCLXXIII; uerum enim uero ut a. 873 imperita manu additus uidetur: ita, si res ipsa alium stilum postulet, non intelligo, cur tabulas trita non loquentes damnari oporteat, reliquis formulis concinentibus. Pontificis Romani adstipulatio inusitata. Dispiciant alii, quibus chartam ipsam contemplari contingit. 13. Mon. Corbeiens.

14. In MARTEN. t. II uet. scriptor. et monim. p. 27 incido in codicillos pro monasterio Stabulensi exaratos, quorum phrases a stilo regis nostri alienas censeo. Ludouicus diuina fauente gratia Rex *omnibus degentibus in regni sui munimine praesentibus et futuris.* Amplum et inusitatum exordium de regno caelorum piis donationibus comparando, *sicut scriptum est: Honora Dominum de tua substantia et de primitiis frugum tuarum; et iterum: Elemosina a morte liberat et non patitur ire in infernum.* Concedit unum mansum *in fisco Crouia cum manuero* (manerio, habitatione, *manoir*) *ad ipsum mansum pertinentem,* 14. Stabulens.

 quem

§. XXXX. *quem de ipso manso excolere solitum erat et cum hominibus desuper manentibus his nominibus* etc. *Heberhardus Cancellarius ad uicem Hugberti* (Luitberti ponendum erat) *Archicapellani rec. Data IIII Non. Mart. a. Chr. prop. XXXV. regni domini Ludouici serenissimi regis in Orientali plaga* (haec uox exterminanda) *Franciae regnantis Indict. VII.* Hanc chartam alia excipit, cuius summam supra recensuimus. Initium et clausula haud spernenda. Prooemium nimis floridum - - - - *ut mereamur illam beatam uocem Domini audire dicentis: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi.* Nec reliqua Ludouici curiam omnino sapiunt; sed nolo huius instrumenti natales lacessere.

15. Charta Theodorico concessa.

15. Ἔγγυον, ἀνέγγυον, κατέγγυον tabulas in Chron. Holland. ANT. MATTHAEI Analect. t. V p. 526 propositas: „In nomine sanctae trinitatis. Ludouicus Dei gratia Rex. (Alamanniae) notum facimus „uniuersis, quod Hemma consors regni nostri regina nostra rogauit „nos, quatenus Theodorico fideli nostro nepoti forestum daremus, „quae adiacet comitatui Hollandiae, nomine Wasda et aquam, „quae ibi intrat et exit cum pratis suis et nemoribus et cuncta, quae „illam forestam pertinere dicuntur, quod ad instantiam nostrae con„sortis ei negare non possumus, sed libenter donamus dilecto nostro „Theodorico praedicto ut libere possideat ipse cum posteris suis ita „ut posset cum ea facere sicut libet sibi, uel possidere uel uendere „uel donare. Et ut haec rata habeantur, duximus bis sigillum ma„iestatis nostrae appendere. Dat. a. DCCCLXVIII tertia Aprilis. Quot uerba, tot errores fere. Exemplum huius diplomatis minus inepte exscriptum reperitur etiam in MIRAEI donat. piar. t. I c. 23, quod ideo faciliori negotio excusari posset; sed dubia passim premunt. Insueta subscriptio: *Gezo Cancellarius ad uicem dom. Vtbelrici archiepiscopi summique Cancellarii recognouit et subscripsit. Datum a. dom. DCCCLXVIII Id. April. regnante dom. Lothowico a. XIV Ind. XIV.* MIRAEVS addit: *istud Ludouici diploma mihi suspectum est, quod ipsi titulus Augusti aut Imperatoris non tribuatur.* At si hunc adiicias titulum, charta multo erit uitiosior (§. 11). MALLINCROTIVM de Archicancell. p. 251 hae tabulae mirum in modum angunt, quarum auctorem perperam fingit Ludouicum iuniorem, a patre in regni consortium receptum. GERHARD. DVMBAR. Analect. t. I in WILH. NAGGE histor. Holland. p. 293 hanc chartam Belgice uersam

ſam attulit. Subſcriptio ita habet: S. Conings Lodevvyks. Gero die Cancelier in ſtede uan Othelryk Aerts-Biſſchop ende ouerſte Cancelier heeft 't ouerleſen en onderteikent. Gegeven in den iare onſes Heeren 868 op den 13 dag uan April. s. XXXX.

16. LETZNER in hiſtor. Lud. pii cap. 32 fol. 72 profert diploma, quo cella Ramesloa eccleſiae Hamburgenſi traditur. Quam uehementer hoc praeceptum a ſtilo curiae Ludouici abludat, primus monſtrat adſpectus. Prolixe narratur hiſtoria e Remberti uita ſancti Ansgarii compoſita. Controuerſia Ansgarii cum Waltgario, Epiſcopo Ferdenſi, ad ſimilitudinem litis illius, quam Guntharius, Archiepiſcopus Colonienſis, concilio Wormatienſi dirimendam obtulerat, inepte et turbatis temporum rationibus fingitur. Ita uero artifex res geſtas commemorat: qualiter beatae memoriae praecellentiſſimus Rex auus noſter Carolus, tempore praedeceſſorum noſtrorum, diuino afflatus ſpiritu gentem Saxonum ſacro cultui ſubdidit, iugumque Chriſti, quod ſuaue ac leue eſt, usque ad terminos Danorum ſiue Slauorum corda ferocia ferro perdomans, docuit: ultimamque regni ipſius partem trans Albeam, inter mortifera paganorum pericula conſtitutam, uidelicet ne ad ritum relaberetur Gentilicium, uel quia lucrandis adhuc gentibus aptiſſima uidebatur, proprio Epiſcopali uigore fundare decreuerat. Sed quia effectum mors prohibuerat, ſuccedente eius filio Ludouico Imperatore Auguſto, pium ſtudium ſacri genitoris ſui efficaciter impleuit. Cuius etiam auctoritate in Nordalbingorum populo ſedes conſtituta eſt Archiepiſcopalis in Caſtello Hammaburg nuncupato. In eadem ſede Archiepiſcopus, accepto a ſede Apoſtolica pallio, primus eſt nominatus Ansgarius. Cui delegata cura ſeminandi uerbi Dei et animas lucrandi Deo, delegauit etiam Genitor noſter eidem Archiepiſcopo quandam Cellam Turholt uocatam, quatenus eidem loco periculis undique circumdato fieret ſupplementum. Cumque ego, quem diuina clementia in ſedem regni eius adſciuerat, in multis regni diſponendis negotiis inſiſterem, hoc quoque praedictum patris mei ſtudium uelut Regni in finibus peractum minus caute attendi. Vnde contigit, ut peccatis populi exigentibus, Deique permittente occulto iudicio, ipſa Metropolis Hammaburg, penitus deuaſtaretur. Cumque praedictus Archiepiſcopus in multis eſſet preſſuris et calamitatibus, et fratres Congregationis eius una cum ſanctis pignoribus per uaria loca circumeundo, 16. eccleſia Hamburg. cellam Rameslo adquirit.

eundo,

§. XXXX. eundo, huc illucque uagarentur, et nusquam ſedem haberent quietam: matrona quaedam nomine Ikia diuino amore tacta, ex ſua haereditate poſſeſſiunculam tradidit, in ſylua Ramcſola nominata, in pago Bardengoa, in Epiſcopatu Waldagari, Verdenſis Eccleſiae Epiſcopi, ubi et Cellam conſtruxit, et reliquias Sanctorum una cum fratribus, qui ſupererant collocauit. Quamobrem adiit celſitudinem noſtram, miſeriarum ſuarum ordinem lacrymabiliter exponens; unicum namque refugium, Monaſterium uidelicet Turholt nuncupatum, quod illi genitor noſter ad ſupplementum et uictum ſibi ſuisque Clericis dederat, ex parte fratris noſtri Caroli Regis ablatum non ſine magno dolore conqueſtus eſt. Vnde & nos paterna ſimul & Regali pietate commoti, quaerere coepimus quomodo ei ſolatium ſubſiſtendi faceremus, quo Legationis ſui mandatum perficere poſſet. Et quia in eadem prouincia Cellam nullam huic Legationi habebamus congruam, ſuggerere ſtuduimus praedicto Waldagario Verdenſis eccleſiae Epiſcopo, ut eius permiſſione ei liceret in ſupradicto loco Ramesloa monaſterium ex ſuis impenſis conſtruere. Vbi et fratres, qui tantae cladi ſuperfuerant, noſtro coeterumque Dei fidelium auxilio ſuſtentarentur: et ipſe locum reſpirandi, & ſi unquam facultas ſuppeteret, propter uicinitatem eiusdem loci, Hammaburgenſem Eccleſiam reſtaurandi haberet, ſub ſuo ſucceſſorumque eius regimine manſurum. Cui quidem rei ipſe admodum contrarius exſtitit. Poſtmodum uero Wormatiae habito generali Conuentu, in noſtra noſtrique fratris Lotharii Regis praeſentia, praeſentibus Archiepiſcopis Ebone Remenſi, Hetti Treuirenſi, et Otgario Moguntinenſi, cum pluribus aliis utriusque Regni Praeſulibus, haec eadem res noſtro iuſſu diligentiſſime uentilata eſt. Quae cum ab omnibus licita et concedenda probaretur, ut praedictus Pontifex Waldagarius hoc ipſum ſua autoritate concederet et confirmaret, cuncti rogauimus. Qui primo quidem fortiter reniti cepit; non eſſe iuſtum multipliciter aſſerens, ut honorem ſuae Sedis in aliquo minueret. Poſtremo tamen et nobis ipſis et cunctis Epiſcopis ibi aggregatis, pro hoc ipſo eum rogantibus, et omnino cauſſa neceſſitatis id licitum fore dicentibus, euictus conceſſit et conſcripſit. Quapropter conſulto fidelium noſtrorum, tam noſtra, quam ſanctae Romanae Sedis authoritate, per hoc noſtrae Regiae dignitatis praeceptum, praecipimus firmiter atque iubemus, ut praedicta Cellula Ramesloa

mesloa nuncupata ſub poteſtate ac regimine Ansgarii Hammabur- §. XXXX.
genſis Eccleſiae Archiepiſcopi eiusque ſucceſſorum absque omni contradictione perpetualiter maneat. Homines quoque, qui eidem Cellulae ſeruire uidentur, ob amorem Dei et S. Sixti Confeſſoris eius, ad noſtram noſtraeque Sobolis perpetuam mercedem, ab omni expeditione uel militia ſeu qualibet occupatione, abſoluimus. Vt idem Venerabilis Archiepiſcopus ad hanc dignam Deo peragendam in prouiſis temporibus Legationem, nullum in hoc patiatur impedimentum. Res quoque Sedis ac praeſcripti Monaſterii, ſub pleniſſima defenſione et munitatis tuitione, uolumus ut conſiſtant ac tueantur: ita ut nullus iudex publicus aut alia quaelibet poteſtate publica praedita perſona, de eorum rebus, freda, tributa, manſionaticos, uel paratas, aut theloneum uel fideiuſſores tollere, aut homines ipſorum, tam litos quam et ingenuos, ſuper terram eorum commorantes, diſtringere, nec ullas publicas functiones aut redibitiones uel illicitas occaſiones, requirere uel exigere praeſumat. Sed liceat Venerabili Archiepiſcopo ſuisque ſucceſſoribus ac omni Clero, ſub eodem regimine conſtituto, quiete in Dei ſeruitio degere, ac nobis Prolique noſtrae atque ſtatui totius Regni noſtri diuinam miſericordiam exorare. Et ut haec authoritas ſui uigoris perpetuam habeat firmitatem, manu noſtra propria ſubter eam firmauimus; et annuli noſtri impreſſione aſſignari iuſſimus. Data 6 Idus Iunii, Anno Dominicae incarnationis DCCCXII Indict. VI. Ludouici Sereniſſimi Regis, in Francofurdt Palatio Regio. In Dei nomine feliciter Amen.

17. Charta monaſt. Lunaelacenſ.

17. Monaſterium Lunaelacenſe a Rege noſtro ditionem Aberſee dono accepit; id, quod diploma quidem in Chronico Lunaelacenſi p. 70 confirmat, ſed ad ſimilitudinem priuatarum chartarum iſtud accedere uidetur.

In Nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis.

Ludouicus diuina fauente gratia Rex. Aequitatis ratione, Regiaeque Maieſtatis moderamine, ad hoc prouocamur, et excitamur: quatenus Vniuerſorum, maxime autem Seruorum Dei utilitatibus promouendis, iuſtisque eorum uotis ac petitionibus effectui mancipandis, ſerenitatis noſtrae benignum fauorem praeſtare debeamus: ut Saluatoris noſtri (qui dat ſalutem Regibus) miſericordiam conſequamur. Huius rei gratia fidelium noſtrorum Erneſti et Adelberti, Nobilium uirorum mediante interuentu, Dilecti noſtri Lamberti, uene-

§. XXXX. rabilis Abbatis, de Coenobio S. Michaelis Archangeli in Mānſee petitioni clementer annuentes, locum in Abernſee cum toto nemore circumiacente eidem Monaſterio ad utilitatem fratrum Deo inibi militantium, cum omni proprietatis iure, in perpetuum legitime posſidendum donauimus. Porro ne impoſterum pro terminis eiusdem Allodii aliqua oriatur contentio, ſitum pariter et metas nemoris ſupradicto Coenobio aſſignati, praeſenti pagina annotari ſecimus. Pateat itaque Vniuerſitati tam futurorum quam Praeſentium, idem praedium, quod uerſus occidentem incipit ab ortu fluminis Zinzenbach nominati, et inde in Obernſee protenditur: ab oriente uero ex ea parte, ubi Tinnilbach in eundem lacum deriuatur, usque ad eum locum, ubi Iſcula in Trunam cadit, absque omni dubietate ad praedictum pertinere Coenobium: ex ea quoque parte terminari omnia in Weiſſenbach, quousque ipſe in Trunam redundat. Adiicimus quoque huiusmodi interdictum, ne ulla perſona extranea in locis praetaxatis piſcandi, aut uenandi, uel quicquam uendicandi habeat poteſtatem exceptis fratribus aut eorum colonis. Ne qua igitur inpoſterum Eccleſiaſtica ſaecularisue perſona contra hanc noſtrae Conſtitutionis paginam uenire praeſumat, ipſam ſigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus, quatenus haec corroboratio noſtra firma et inconuulſa omni aeuo permaneat. Teſtes ſunt huius ſolennis donationis Erneſtus et Adelbertus ſuperius annotati. Chumbertus Comes, Adermoldus Comes, Mogenvvardt Comes, Adelger, Milo, Pulcher, Petto, Limpold: Sieco: Renhoh, Adelmehr, Fahrmund: Tiſo.

Acta ſunt haec in Ranſtorff, anno Dominicae incarnation. Ↄ CCCXXIX. Indictione VII.

In Nomine S. et indiuiduae Trinitatis.

Ludouicus diuina fauente gratia Rex.

(L. S.)

18. Amorbacenſ. 18. IGNATIVS GROPP in Hiſtoria monaſterii Amorbacenſis pag. 192 uerſionem alicuius diplomatis germanicam profert, quod iure ſuo Ludouico noſtro uindicat; quamquam negari nequit chartam ab interprete non optime habitam fuiſſe. Regem enim Romanorum,

norum, quem in titulo legimus, nemo facile rerum gnarus admittet. Anni aerae Christianae perperam additi cum annis regni Ludouici non consentiunt. At signum regis iustum existimamus, et subscriptio Cancellarii sine multo negotio ita emendari potest: *Ragenbertus ad uicem Radleici rec.* Nec ipsum diplomatis argumentum habet, quod non possit excusari. Tabulas ipsas iuuat inspicere. In dem Name der Heyligen und der ungeteylten Drivaltikeyt Amen. Wir Ludevvig von Gotlicher Gnade Römischer Kunig sint geneyget und habin Gnade zu erhörende rechte bede der Dyner Godes, und der dy sich uben yn Gotlicher myne und ubunge, und haben vvyllen zu gebin und mit zu teylen der Gabe, dy uns von Gode ist verlyhen; Darumb soll sin Kunt und Wissen allen unsern Getruvven unseres Riches, dy yzunt sin, oddir hernach kumen, vvy der Erbir Man, Spatto genant, Apt des Closters, daz da heyzzet Amorbach, mit synen Brudern desselben Klosters quam zu unser Mecktekeyt, und flehet und bat demudeclichen, daz vvir durch dy Liebe unser Frauvven, dy Gebererin Godes evvig Magt, yn der Ere daz vorgenante Gotshus ist gevvyhet, und auch durch dez Evvigen Lones vvillen, geben und verlyhen den Brudern, dy Gote daselbes dynen, etliche hilffe Waldes und Fisch Weyde von dem, daz da by dem vorgenanten Kloster nahe gelegen ist. Des haben vvir in gutige und rechte Bede angesehen, und auch da von daz ez uns und unser Fursten fugsam duchte; So geben vvir aus unser Gunst, und mit unseren Gevvalt, und auch mit der strengekeyt unseres Gebodes geben vvir yn den Walt, der da heyzzet Wolckmar, mit den Fische Weyden, die sich aneheben, da sich dy Bach Moda teylet, und ein Werdelin odder eyn Inseln machet, daz man heyzzet, der Münch Wert, davon daz dieselbe Herren, der Apt und Bruder des vorgenanten Closters vvysten uns vor viel Fürsten, dy gegenvvertig vvaren, gude Vrkunde, diz sy hetten von unsern Eltern, und bezugeten, daz dazselbe des Closters eygen vvere, und rechtlich Erbe. Wir geben yn auch dy Fische Weyde biz an dy Statt, da dyselbe Bach yn fluzzet daz Wazzer yn den Meyn, und dy Statt ist genant Vachhusen; Vnd vvir geben yn auch an derselben Stat eyn Werdelin und Flecken mit den zugehorende der Fische Weyde, und auch des Waldes, daz zu demselben Werdelin und Flecken gehöret. Daz ist, daz vvir yn geben von derselben Stad, biz über daz §. XXXX.

 Tal,

§. XXXX. Tal, oddir den Graben, genant Strichental, und daz Bruneis, daz man heyzzet den turren Brunnen. Vnd daz dyse unser Gevvalt und Gebunge alſo by unſer und unſer Nachkumen Ziten mit Godes hilfe muge unverſert und unverbrochen bliben, ſo haben vvir mit unſer eygen Hand daz hy unden geſeſtend, und haben dyſe Sache heyzzen gezeychent mit yndruckung unſers Ingeſigl. Daz iſt daz Zeychen Herrn Ludevviges des allerluterſten Kuniges.

Ragenbert bekante an Rodeleyn Stat. Dyſer Briff iſt gegebin, da man zalte von Chriſtes Geborte Achthundert Iar und darnach yn dem Sechs und zvvenzigiſten Iare, yn dem Sechzzehenden Iar des Riches, des allerluterſten Kunigs und Herren Herrn Ludevviges und geſcach zu Vorcheym in Godes Namen.

19. Rhinaugienſ. 19. Monaſterium Rhinaugienſe conſeruauit diploma Regis noſtri, quod in SAMMARTHAN. Gall. Chriſt. t. V p. 507 inſtrum. exſtat, ſed a regulis curiae ipſius ualde abhorret. Formula initialis: *in nomine Domini et Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Hludewicus diuina ordinante prouidentia rex* magis reſpondet diplomaticae Ludouici Pii. Alienum eſt exordium; inuſitatum elogium: *Rabanus Metropolitanus Moguntienſis.* Singularia ſunt, quae de abbate eligendo, item de aduocatorum iniqua adminiſtratione frequenti ſequiorum ſaeculorum querela traduntur: *quatenus monachum quemdam nomine Gobbertum, quem idem Woluene a fratribus et a ſe electum dixerat in praefato locello abbatem conſtitueremus, quod et ita fecimus, ea uidelicet ratione, quod monachos ſuos regulariter regat, nulli calumniam ſine iuſto iudicio inferat, res monaſterii intus et foris bene ordinet, omnia iuxta ſapientis architecti diſpoſitionem decenter, congrue, et utiliter gubernet. Hic talis atque ſucceſſores a nullo eiiciantur, niſi tali, quod abſit, facinori inuoluantur, quod eccleſiaſtici uiri eos inter ſe non patiantur; tunc primo in concilio generali Conſtantienſi, uel Moguncienſi iuſto conregularium iudicio deponantur. Poſtquam uero aliquis eorum ſic depoſitus fuerit, uel de hac luce, quod magis cupimus, migrauerit, non aliunde abbas conſtituatur, niſi, quod abſit, inter eos nullus idoneus inueniatur. Praeterea principes ſupradicti nobis flebiliter ſunt conqueſti, quod et nos ſatis audiuimus, et ueraciter ſciuimus, ſcilicet plerosque eorum, qui eccleſiarum uocantur aduocati, debita poteſtate in tantum abuti, ut qui deberent eſſe modeſti defenſores, impudenter effecti ſint rapaces et iniurioſi exactores. Quapropter noſtrae placuit prouidentiae in praefati abbatis ſuorumque ſucceſſorum et fratrum, uideli-*

uidelicet monachorum hoc perpetualiter ponere potestate, ut sapientum usi consiliis ex eis, quos inter potentes seculi esse nouerint equitatis et modestiae amatores, eligant suo competenter loco aduocatos et defensores, nec quisquam omnium sibi hanc curam uel potestatem praesumat uendicare, uel quasi haereditariam, aut aliquo iure debitam inuadere, nisi quem abbatis electio et monachorum consulta approbatione uelint admittere. Cuiuscunque autem fidei abbas eiusdem coenobii aduocatiam non timet committere, eidem nos et successores nostri bannum regale debemus contradere, eo uidelicet tenore, ut quandocunque sui commissi praeuaricator in rebus uel hominibus, quod uulgo Balinunt dicitur, existat, uel si aliquem aduocatum, siue exactorem praeter se sine abbatis permissione sibi uspiam constituat, semel, secundo et tertio commonitus, si non emendauerit, statim sine mora et sine praeiudicio aduocatiam cum omnibus commodis perdat. Idem aduocatus in praefato loco nullum ius habeat placitandi, uel aliquam iudiciariam potestatem exercendi, nisi forte ab abbate uocatus aduenerit, et tunc uoluntati, siue petitioni ipsius satisfaciat. Poenam deinde minatur rex tabulasque claudit more minus solito: *Hadabertus subdiaconus ad uicem Grimaldi archicapellani recognoui. Datum anno ab Incarnatione Domini 852. anno regni Domini Hludewici regis primo indictione XV. Actum Moguntiae coram multis principibus in generali concilio feliciter. Amen.* §. XXXX.

20. Priuilegium monasterio Lamspringensi indultum, ab HARENBERG. in hist. Gandersh. p. 139 exhibitum, uitiis manifestis satisque explosis scatet. Quis enim agnosceret Ludouicum, Romanorum regem, illustrissimum principem, et per omnia regi ac regno fidelem Riddagum, Comitem eiusque sapientissimam coniugem Imhildem. Incongruenter de electione Abbatissae, item et de Alfridi Hildensemensis praesulis donatione differitur; tum rex pergit: *praecipiendo mandamus, quatenus ex hoc et per omnes futurorum temporum successiones inuariabilis maneat haec uniuersa constitutio decretorum: et ut nulla deinceps auctoritas aut potestas uel temeritas aliquam praesumat praefato S. Adriani monasterio uiolentiam, seu rapinam, aut calumniam ullo ingenio, seu qualibet occasione inferre nec homines illius distringere, aut fredas siue redhibitiones uel thelonea exigere, aut in expeditionem cogere, sed sub nostra et successorum meorum, et proprii Episcopi et successorum horum, nec non regni nostri Principum fideli defensione omni futuro tempore absque perturbatione Christi famulantium sancta congregatio - - - imperturbata consistat.* Sanctio poenae regi 20. Lamspringens.

 nostro

§.XXXXI. nostro fere indigna: *si quis temere contra ire praesumserit et horum aliquid infringere ausus fuerit, si non digne in beneplacito incolarum loci quantocius per omnia satisfecerit, primo eum ut inimicum Dei districtissimae ultioni diuinae militari gladio sancti Adriani terribiliter feriendum tradimus: Deinde ut publicum hostem Regni omni gratia, honore, ac iustitia priuamus, et iudicialis gladii nostri animaduersione persequendum, et de terra exterminandum, nemine parcente, aut miserente, foras mittendo, publicae damnationi exponendo, proscribimus.* In exitu quoque uacillat charta: *manu propria super eam firmando anuli nostri impressione in nomine Domini signamus. Actum Dominicae Incarnationis Anno octingentesimo septuagesimo tertio, gloriosissimi Ludowici Regis anno trigesimo quarto. Datum Aquisgrani, in Palatio regio, coam Regni Principibus. Idus Iunii, Indictione sexta. Signum Hludowici Serenissimi Regis Romanorum. Euerhardus Cancellarius ad uicem Lamberti Archi-Capellani recognoui. In Dei nomine feliciter. Amen.* De sigillo rudi diximus §. XXXVII.

§. XXXXI.

Ludouici Germanici familia. Ad stemma Carolingicum, ac inprimis ad Ludouici nostri familiam dilucidandam iis, quae iam §. VI diximus, addere nonnulla iuuat. Diem regis emortualem notant annales passim; natalem tacent. E tabulis (§. XXXVIII) constat, quando is ad regni partes administrandas admissus fuerit, quando nuptias celebrauerit. Coniux ipsi obtigit Hemma, codicillis nostris notissima. RHEGINO et alii eam genere nobilem fuisse perhibent, sed, quod magis laudandum, nobilitate mentis multo praestantiorem; uerum cuius illa fuerit prosapiae illustris, auctores, fide dignos, non habeo. Ex hac regina Ludouicus tres suscepit filios, quorum rem diplomaticam separatim tractabimus. **filiae,** Filias libelli genealogici plerumque silentio praetereunt, quamquam tabulae tres commemorant Hildigardam, Bertham et Angelbergam (§. VI; X, 2; XVI, 20, 21) **Hildigarda.** Hildigarda, Tigurini et Schvvarzacensis coenobiorum moderatrix, a. 859 obiit; diem definit codex S. Galli: *X Kal. Ian. Hildigarda uirgo Christi et domni Hludouuici regis filia de hoc saeculo migrauit ad Christum et humata est in ecclesia S. Regulae et Felicis martyrum Christi in castello Turego*, cui Ratpertus (alii Hartmuoto tribuunt) hoc epitaphium posuit:

Hoc iacet in tumulo Christi dignissima uirgo
Hildigarda nitens moribus egregiis.

Haec

Haec fuit eximii Hludouuici filia regis, §.XXXXI.
Mentem ſponte ſuam uouerat illa Deo.
Bis denos octo uitae compleuerat annos,
Migrans ad ſponſum uirgo beata ſuum.

Sed et elogium iisdem numeris ſcriptum ſuper eo ipſo templo, cui donatio facta eſt, quod in haec uerba habebat:

Condidit hoc ſanctum ſtabili fundamine templum
Cum genitore pio Hludouuico principe terrae
Hildigarda potens Chriſti clariſſima uirgo,
Cui Deus aeternae concedat gaudia uitae.

conf. GOLDAST. t. II ſcriptor. rer. Alamann. p. 64. Hildegarda Tigurinum et Schvvarzacenſe monaſterium Berthae ſorori regenda reliquit, quae a fratre Carolo craſſo cudendae monetae facultatem impetrauit. Obiit Berta a. 877. Quod ad Angilbergam attinet, nonnullos eam Ludouici Germanici filiam fuiſſe negare, iam in commentar. de re diplomatica Imperatric. §. LXIII indicauimus. MVRATORIVS t. I antiquit. Ital. p. 562 ſq. ſuas dubitandi rationes ita explicat: „Re diligentius inſpecta, deprehendi tandem inconcuſſa minime eſſe fundamenta, quibus ſuam opinionem CAMPIVS ſupraſtruxit. Infra intuere diploma eiusdem Ludouici I Germanici in diſſertatione LXXI edendum atque anno DCCCLXXVI datum. Ibi tantummodo appellatur *dilecta ac ſpiritalis filia noſtra Engilpirga.* Eiusmodi uerba ſignificant, non natura quidem, ſed ſpiritali adoptione filiam Ludouici eiusdem regis fuiſſe Angelbergam, hoc eſt ab eo de ſacro fonte ſuſceptam. *Filioli* et *filiolae* et *filii baptiſmatis* et *filii ſpiritales* olim dicebantur infantes a patrinis ſuis de baptiſmo ſublati. Nobis nunc *figliocci* dicuntur. Quare quum *ſororem noſtram* a Carolomanno rege et a Carolo craſſo auguſto fratribus Angelbergam Imperatricem inſcribi audimus, dubitare licet, eadem ſignificatione uſurpatam hanc uocem, ita ut ſoror ſpiritalis, non uero uterina, neque naturalis, eorumdem regum fuerit. Atque in eam ſententiam pronius feror, quod iis ſaeculis, rigidius etiam quam noſtris, inire coniugia inter conſanguineos nefas eſſet. Et nondum mos inuectus fuerat, ut Romani Pontifices diſpenſatione adhibita impedimentum canonicum tollerent. IVVENIVS in comment. de ſacrament. diſſ. X de matrimon. auctor eſt, *Paſchalem Papam II ſaeculo XII primum fuiſſe Pontificem, qui diſpenſarit in gradibus conſanguinitatis.* An ſtabilis ſit illius ſenten-

2. Bertha.

3. Angilberga.

MVRATORII dubitatio.

§.XXXXI. ſententia, non eſt huius loci inquirere. Illud nobis in praeſentia ſufficiat, tunc abhorruiſſe eccleſiam a matrimoniis inter coniunctos et affines usque ad certos gradus, neque diſciplinam hac in re laxari tunc conſueuiſſe. Atqui, ſi uera eſſet Campii opinio, nimis arctum ſanguinis uinculum interceſſiſſet inter Ludouicum II Imperatorem atque Angelbergam, quam tamen nemine contradicente aut *diſpenſante*, ei ſacro foedere coniunctam nouimus. Adhaec, uti DuCangius animaduertit, reginae et auguſtae a regibus exteris ſororis appellatione, honoris et amoris cauſſa interdum donabantur, qua ratione noſtris etiam temporibus Galliae reges *fratris* aut *conſobrini* titulum deferunt principibus exteris, ſi quando ad eos ſcribunt. Quae omnia eo nos ducunt, ut Campii ſententiae diffiſi, dubitare poſſimus, num alius a Ludouico Germaniae rege parens Angelbergae contigerit. Quisnam uero ille fuerit, is mihi et aliis prodat, qui maiore otio quam ego ad rem altius inueſtigandam abundet. „ Et paullo ante: BOVCHETVS in libro de uera origine Francorum regum *Angelbergam* (*Engelbergam* et *Ingelbergam* alii appellant) Ludouici II Auguſti coniugem, tamquam *Spoletani Ducis* filiam nobis exhibet. SAMMARTHANI uero fratres in hiſtor. Genealog. reg. Francor. l. 3. ſcribunt, ab hiſtoricis Germanis tradi, patrem illuſtri huic mulieri fuiſſe *Ethiconem Welphum*, filium Ethiconis ducis, ut aiunt, Sueuiae. MVRATORIVS t. V hiſtor. Ital. ad a. 872 ſententiae ſuae inhaerens addit, Angilbergam, teſtibus ANNAL. BERTIN. cum Ludouico Germanico Tridenti colloquium habuiſſe, nullam uero uel filiae
diſſoluitur. uel patris mentionem fieri. Non diffiteor, ſcrupulos hos lectorum animis facilius iniici, quam euelli. At nobis nondum penitus perſuaſum eſt, Angilbergam Ludouici regis filiam non fuiſſe. 1) Angilberga haudquaquam uitam ſilentio tranſiit, ſed, ut acris mulier erat et callida, rebus publice gerendis intererat ſemper. Quis igitur credat, hiſtoriarum auctores Auguſtae huius uiriliter dominantis parentes ne uerbulo quidem attigiſſe, ſi ab his, quos tabulae produnt, habuiſſet diuerſos. 2) Non eſt, cur plana teſtimonia ac liquida diplomatum ſpernamus, ubi in Annalibus incerta ſunt omnia; coniecturas ſane documentis probis opponere non decet. Iam uero in commentar. de re diplom. Imperatric. oſtendimus, Ludouicum Germanicum Engilpergam *dilectam ſuam filiam* uocare. Epitheton *ſpiritalis* manus forte imperita addidit ſtilo Pontificis R. aſſueta. Iohannem enim

VIII P.

VIII P. Angilbergam in epiſtolis ſuis *dilectam* et *ſpiritalem* filiam ap- §. XX-
pellaſſe conſtat. Deinde *filiae ſpiritalis* elogio eo potiſſimum tem- XXII.
pore ornabatur, quo *ſpiritali* contemplationi ſe iam dederat. 3) Lu- §. XX-
douicus *dilectae neptae* ſuae Hirmingardae, Angilbergae filiae, res XXIII.
quasdam proprietatis conceſſit in MVRATOR. c. l. t. II p. 215.
Neptis latioris eſt ſignificationis; non neſcio; nec id monuiſſem,
niſi Carolus craſſus hanc Hirmengardam etiam neptem ſuam dixiſſet
in MVRATOR. c. l. t. I p. 919. Itaque in Caroli charta ſororis filia, in Ludouici filiae filia intelligi uidetur. Etenim 4) Carolus aeque ac frater eius Carolomannus Angelbergam *ſororem* in libellis ſuis pronunciant, quos uide in commentar. de re dipl. Auguſtar. c. l. 5) Connubia conſobrinorum uetita, locumque rarius fuiſſe diſpenſationi, non nego; ſed quis audeat aſſeuerare, in re diuina lege non improbata diſpenſatum fuiſſe numquam. Caeterum in cel. FALCK. codice tradit. Corbeienſ. p. 369 Ludouico noſtro filiam tribui animaduertimus, hactenus ignotam, cui nomen Gerburg. Vxor haec
4. Gerburg.
Erdagi, praepotentis domini et poſſeſſoris magnarum diuitiarum in Haſſia; Erdagus autem proauus Conradi I, regis Germaniae, perhibetur. Iam noſtrum non eſt, rem coniecturis permixtam accuratius euoluere.

CAP. II
DE DIPLOMATIBVS CAROLOMANNI.

§. XXXXII.

Omen fauſtum.

AVſpicii formula: *In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis*, ita ſibi ſemper conſtat, ut ne in chartis quidem a regulis paullulum recedentibus uacillet, nec usquam deſideretur.

§. XXXXIII.

Inſcriptio auctoris tabularum.

Tabularum auctoris noſtri titulus perpetuus: *Karlomannus diuina fauente gratia rex.* Karlomanni nomen literis quidem hodie

§. XXXIIII. minus ufitatum, quam Carolomanni, immo in VGHELL. Ital. facr. t. II p. 145 *Carolusmannus* deprehenditur; fed *Karlomannum* ftilo curiae placuiffe, cum diplomata accuratius defcripta, tum monogrammata regis comprobant. Verba: *diuina fauente gratia* commutantur cum his: *diuina fauente clementia* in VGHELL. c. I. MVRATOR. t. I antiquit. Ital. p. 927 et t. V p. 501; *diuina auxiliante clementia* in HVND. metrop. Salisb. P. III p. 41; *diuina mouente gratia* in VGHELL. t. I p. 798. Verum libellos hos etiam in aliis articulis plerumque regulas deferere comperimus. Rex regna fua non addit, quamquam tempora ab annis regni Bauariae et Italiae computantur. Iohannes VIII P. Carolomannum in epiftolis fuis appellat *gloriofum regem, dilectum et fpiritalem filium*, Imperatoris titulo numquam utitur Rex nofter.

§. XXXXIIII.

Exordia. Exordiorum argumenta itidem a fpe mercedis aeternae repetebantur. RETTENPACHER. annal. Cremifan. p. 32. *Si erga loca diuino cultui mancipata regali more beneficia largimur opportuna, id nobis proculdubio ad ftabilitatem regni noftri et animae falutem proficere minime dubitamus.* IDEM ibid. p. 34. *Si circa cafas et Monafteria Dei beneficia opportuna non defiftimus agere, non folum regium morem decenter implemus, uerum etiam aeternae beatitudinis praemium nos promereri inde liquido credimus.* IDEM ibid. p. 35. *Si aptas, utilesque complacitationes inter Ecclefias Dei, et nobiles quosque confenferimus, non folum inde res Ecclefiarum fubleuari credimus, uerum etiam praemia inde nobis aeterna prouidere liquido confidimus.* MVRATOR. t. VI antiq. Ital. p. 303. *Si - - - - ob amorem aeternae retributionis locis Deo dicatis augmenta de rebus propriis praebere ad fuftentandos eorumdem locorum Dei famulos dignum ac profuturum animae noftrae nobis omnibus credimus eterna carere arbitramur mercedem, fi deftructa atque diffipata per praecepta noftrae auctoritatis ad prioris ordinis gradum reftaurare.* - - - - HVND. t. III p. 42: *Si pro amore Dei ac reuerentia Sanctorum illius locis Deo dicatis, noftrisque laboribus a fundamentis (Chrifto miferante) extructis et terrenarum praebere fatagamus rerum: liquido nobis inde aeterna credimus prouenire praemia.* PEZ. thef. anecd. t. I P. III p. 27: *Si pro Dei nutu uel pro mercede aeternae retributionis fidelibus quibuscunque noftris quasdam res proprietatis noftrae donamus; non folum regium morem decenter*

center implemus, uerum etiam aeternae beatitudinis praemium nos promereri liquido credimus. IDEM ibid. p. 28: *Si enim fructuosas complacitationes circa casas Dei fieri consentimus, non solum temporaliter nobis profuturum esse credimus, uerum etiam ad aeternam uitam feliciter perueniendam nobis profructuosum esse liquido non dubitamus.* MARGARINI bullar. Casin. t. II p. 34: *Si petitionibus Sacerdotum, seu Ancillarum Dei aures praebemus placabiles, non solum id nobis profuturum ad stabilitatem praesentis Regni credimus; uerum etiam aeterna praemia nobis inde prouenire liquido confidimus.* §. XX-XXV. XXX-XVI.

§. XXXXV.

Promulgatio uel statim inscriptioni regis subiungitur, ueluti: *notum sit omnibus fidelibus sanctaeque Dei ecclesiae nostrisque praesentibus et futuris.* PEZ. t. I P. III p. 26: *omnibus sanctae Dei ecclesiae nostrisque fidelibus praesentibus uidelicet ac futuris cognitum fieri uolumus.* MVRAT. t. I p. 501; uel prooemium sequitur formula nota: *quapropter nouerit industria omnium fidelium sanctae Dei ecclesiae nostrorumque praesentium et futurorum.* MVRATOR. t. I p. 929. RETTENPACHER. p. 32, 35. Nonnullae chartae habent: *quapropter siue idcirco notum sit omnibus fidelibus* etc. PEZ. c. l. **Promulgatio.**

§. XXXXVI.

Stilus curiae Carolomanni nec in honorifica compellatione aliorum adeo differt a paterno. *Nobilissimus pater diuae memoriae Ludwicus Rex* deprehenditur in RETTENPACHER. c. l. p. 32. *Beatissimae memoriae antecessorem ac consobrinum suum Ludouicum Imperatorem Augustum* item: *piissimum genitorem suum Ludouicum regem ac patruum Carolum* memorat rex in DACHERII spicileg. T. II p. 937. *Caroli Bisaui magnique Augusti* mentio fit in MARGARINI Bullario Cassinensi T. II p. 34; item *felicissimi imperatoris Hlutharii patrui et Lodouici consobrini* in MVRATOR. T. V p. 945; *piae recordationis Hludouicus imperator consobrinus, auus Hludouicus Serenissimus Augustus, patruus Hlotharius piissimus imperator* occurrit ibid. T. I p. 927; *dulcissima coniux.* RETTENPACHER. p. 34. HVND. P. III p. 42. MARGARIN. t. II bullar. Casin. p. 34. *Angilberga diuae memoriae Hludouici piissimi Imperatoris fratris et consobrini coniux Augusta dilecta soror* ibid. **Digna recordatio Ludouici Patris, aui, consobrini. coniugis. 2. Angilbergae sororis;**

§. XX-XXVII. ibid. T. V, p. 501. *Angilberga soror amantissima* ibid. T. I p. 929. Recordatio regum Langobardorum et Francorum Caroli uidelicet Magni Hlotharii et Ludouici piissimorum regum et imperatorum praedecessorum suspecta. VGHELL. T. II p. 145. *Venerabiles* Episcopi et Abbates interdum appellantur *dilecti fideles; fidelem ac dilectum presbyterum Iob* prodit charta PEZIANA cit. loc. p. 27.

3. episcoporum uenerabilium, dilectorum, fidelium.

§. XXXXVII.

Cura rei sacrae.

Quamquam Rex Carolomannus potestatem suam sacrorum non adeo explicuerit, ut pater uel maiores illius: nihil tamen cum in his religiosis, tum in aliis regni negotiis neglexit, quod regni fines adstrictiores et dominatus breuis et iniqua ualetudo permittere uiderentur. Scrutemur primum ea, quae cum Iohanne VIII P. egit. Hic Pontifex in epistola LXIII in BINII t. VII P. I Concilior. general. ad Carolomannum uehementer dolet mortem Caroli Imperat. At hortatur etiam Carolomannum, ut, quod promisit, ecclesiae Romanae dignitatem prouehat. „De caussa sane, inquit, uestri ad nos aduentus, uestraque sublimissima promissione, Romanae Ecclesiae supra omnes qui fuerunt ante uos, eiusdem exaltatione, cum hoc opere compleueritis aderit ille uestri retributor, qui per controuersiam iuramenti confirmans modulos humanae locutionis, ait, Viuo ego (dicit Dominus) quia glorificantes me, glorificabo. Dum a colloquio, ut dicitis, fratrum uestrorum fueritis reuersi, legatos ex latere nostro ad uos solemniter dirigemus, cumque pagina capitulariter continente ea, quae uos matri uestrae Romanae Ecclesiae, uestroque protectori Beato Petro Apostolo perpetualiter debetis concedere. Quibus peractis demum rursus ordinabiliter et honorifice mittemus, qui uos cum tota decentia, utpote tantum Regem ad limina Apostolorum ductare studeant, unaque conuenientes de statu Reipublicae, totiusque Christiani populi saluatione salubriter tractare, Deo opitulante, ac ordinare ualeamus, inter quae quaeso fili carissime, quotquot infideles nostros, nostraeque uitae insidiantes, quoquomodo, uel significatione poteritis cognoscere; nullum apud uos, uestrosque fideles ualeant aliquatenus locum, uel aditum inuenire, ne immunda eorum praesentia aliqua consortii macula regium culmen contagiet. Pallium uero, uestra petitione inclinati, Theomaro Archiepiscopo, consuetudinaliter dirigen-

Acta regis cum Iohanne VIII P.

Rex dignitatem ecclesiae Romanae augeat, ac defendat.

4. Pontifex Theotmaro Archiep. Salis-

§. XX. XXVII. burg. mittit pallium, ac petit redditus annuos B. Petri e Baioaria.

dirigentes; optamus ut hoc decore interius fulgeat in oculis interni iudicis, quo nitet exterius humanis obtutibus, cuique quaeso committite ea, quae apud Bagoariam Beatus Petrus Apostolus habet, uti nobis annualiter redditus eius Romam transmittat. Data Mense Nouemb. Indictione undecima.„ In Epistola LXIV ad Theotmarum, Archiepiscopum Iuuauensem, de pallio concesso memorat his uerbis: „ Idcirco tuam fraternitatem tanto pallii decore studuimus decorare, ut Christo opitulante, et ante Dei oculos bonis et sanctis actibus polleas, et sanctae Romanae Ecclesiae, a qua potus praeclari poculi sumis, deuotus semper fidelis existas, eius in futurum effectus particeps, cuius locata perpetualiter fundamentis consistit, et apud Carolomannum regem dilectum filium nostrum cotidianus interuentor pro Romana Ecclesia hortamur, existas. Inter haec ea, quae Beatus Petrus Apostolus apud Bagoariorum terram iure proprietatis possidet, tuae industriae, sagacitatique committimus: quatenus a modo et deinceps annuos eorum redditus Romam sine mora transmittas.„ Quum Lambertus, Dux Spoleti, sequeretur partes Carolomanni, pontificem ualde affligere eiusque machinationes interuertere conabatur. Pontifex in Galliam proficisci constituerat; at ne quid offensionis haberet istud iter, inter Galliae ac Germaniae regem concordiam se reparaturum simulabat in epist. LXVIII ad Lambertum, gloriosum comitem: „ Ideo Franciam, ait Pontifex, per iter marinum proficisci, gloriosumque Carolomannum Regem adire, atque optatam illius contemplari praesentiam cupimus, pro salute scilicet, ac defensione terrae sancti Petri, et totius Christianitatis suppliciter deprecantes, quatenus Dei omnipotentis solatio, et regia uirtute nobis (prout opportunum est) solati ante, possimus salubri prosperoque successu regere, atque tueri territorium, et populum Domini precioso cruore redemptum: Ne pro aliquo eorum per nostram desidiam, uel incuriam pereunte, districtam Domino cogamur reddere rationem. Ideo monemus, et his nostri Apostolatus litteris dilectionem uestram pio intuitu exhortamur, ut nobis abeuntibus Franciam pro defensione sanctae Dei Ecclesiae, et Reipublicae stabilitate, nullam contrarietatem uel inimicitiam exerceatis in toto territorio Principis Apostolorum, neque Vrbis Romae, quae est ciuitas Sacerdotalis, et regia, per sacram B. Petri Sedem, aliquas aduersitates, uel insidias praeparetis, neque faciatis, facereque uolentibus

3. Lambertum ducem Spoleti, Carolomanni adiutorum, cohortatur, ne, se in Franciam proficiscente, turbas concitet.

§. XX-XXVII. nullo modo consentiatis. Quia si per uos, aut per uobis subiectos homines eadem urbs Romana perturbationem aliquam, uel dehonestationem habuerit, uel aduersa quaelibet sustinuerit, pro certo scitote, quia canonicis uos correptionibus cum uictrici Sancti Spiritus auctoritate omnimodis redarguemus, et ab Apostolicae sedis communione merito separabimus.„ Querelas repetit in epist. LXXXIX ad Carolomannum additque, Lambertum et Adelbertum iter ad regem claudere: „Exierunt quidam, inquit, ex nobis, sed non fuerunt ex nobis, confitemur, neque ex nobis, qui tanta Romanam Ecclesiam dehonestatione, Vrbemque sacram, nos quoque fatigauerunt, atque oppresserunt, ut simile nec in Christianis Regibus factum reminisci nullo modo possit. Lambertum fateor, atque Adelbertum electos Marchiones, qui hostili manu, occultaque fraude qualiter nos affecere, culminis uestri gloriam latere nulla potuit ratione: quod ad omnium uestrum notitiam in suo scriptum tenetur opusculo. Nobis enim uero ad uos inter caetera mala iter clausere uenire cupientibus, qua necessitate compulsi, nauale animam prae manibus habentes, assumpsimus laboriose periculum, et commodum duximus Franciam ire, uestramque fraternam compagem in pacem et unanimitatis uinculum consolidare: uestrae matris saepe dictae liberationem sanctae Romanae Ecclesiae necessario quaerere. Vos siquidem illuc, omnesque uestrorum regnorum Episcopos ad synodum celebrandam uenire hortamur.„ Epistola XCI ad Angilbergam Imperatricem uiduam etiam loquitur de itinere gallico: „porro uos scire cupimus, quia apud Trecas in Calendis Augusti una cum Rege Ludouico, Imperatoris Caroli filio, et cum uniuersis Galliae Episcopis synodum uniuersalem celebrabimus: dehinc Carolomannum Regem, suosque germanos alloquemur, ut pari omnium consilio consolationem nostrae Ecclesiae reperiamus.„ In epist. LXXXV ad Beringarium gloriosum comitem, regia prosapia ortum acerbe conqueritur Pontifex de Lamberto comite, rogatque, ut Carolomanno regi facinora eius nuncientur, ac reprimantur. „Cum itaque, ait epistola, praedicto Lamberto multa quotidie bona fecissemus, dignumque impendissemus honorem supra quam antecessores nostri parentibus illius fecissent; ipse pro bonis mala retribuens, collecta populi multitudine omne territorium S. Petri inuasit, et quod defendere debet ab hostibus, tyrannice dominatur inuasum: uenitque Romam, et quasi

Apud regem de Lamberto et Adelberto conqueritur,

et inuitat eum ad colloquium.

Lamberti audaciam latius describit,

quasi inimicus portam ciuitatis Romanae uiolenter capiens, satellites suos per dies plurimos retinere fecit, ac sic tantam ciuitatem inuasam retinuit: ita sane, ut nobis apud B. Petrum consistentibus, nullam urbis Romae potestatem a piis Imperatoribus B. Petro principi Apostolorum, eiusque Vicariis traditam haberemus. Sacras autem litanias Episcopos, et Sacerdotes, atque seruos Dei, ex more celebrantes, et ad Ecclesiam S. Petri uenire uolentes, fustibus caedere, ac dispergere fecit, intulitque nobis contraria, quanta nulli praecessorum nostrorum unquam facta fuerunt: existitque paratus nobis iterum maiora inferre, cuius rei causa, nescimus. Quamobrem, quia nostrum ministerium est, pro totius Christianitatis salute Dominum assidue deprecari, ut oues, quas Christus Deus noster nobis in B. Petro commendauit, iugibus uotis et precibus ad aeternae uitae pascua perducere ualeamus; uoluissemus debitam habere quietem: sed illo prauis cogitationibus, et actibus se non retrahente, quin potius nos cum inimicis, et infidelibus nostris, quos bis iam, et ter excommunicatos, et anathematizatos habemus, iuncto, rursum turbare uolente: rogamus nobilitatem uestram, ut pro amore Dei, et S. Petri, ac nostro, haec omnia, et Carolomanno glorioso Regi, et spirituali filio nostro cognita faciatis: quatenus missis apicibus suis eum a tali praesumptione compescat, et quod tempore parentum illius sedes Apostolica non sustinuit, eius non patiatur diebus: et uestris similiter literis eundem admonete, corripiteque Lambertum, ut nullam de caetero contrarietatem nobis ingerere praesumat, eo quod nec Deo, nec alicui Deum timenti, eius temeritatis placeat effectus. Si uero idem Lambertus nos persequi non omiserit, nos iam dicto Regi fideles amici esse quomodo possumus? quia eius se uoluntate iactat talia agere: et ideo nos adiuuare (sicut supra dictum est) procurate: nam nos ea, quae uestrae fuerint placita uoluntati, libentissime perficere studebimus, eo quod uos loco amantissimi filii, quamdiu uixerimus, retinere, nostraeque Ecclesiae causas necessarias per uos perficere optamus.,, In epistola CLXXXVI Carolomannus iterum admonetur, ut ecclesiam Romanam defendat. Supponem comitem, comitantibus Ansperto et Wibodo episcopis, teste epist. CVII, ad Carolomannum regem misit, ut *apud eum omnia sua ordinabiliter ponerent, cauerentque, ne aliqua fraudis astutia deciperentur.* In epist. CLV ad Anspertum Archiep. Mediol. Pontifex sibi potestatem Imperatorem

§. XX-XXVII.

auctoritate regis coercendam.

§. XX-XXVII. rem eligendi tribuit. „Et quia, ait, Carolomannus corporis, ficut audiuimus, incommoditate grauatus, Regnum retinere iam nequit, ut de noui Regis (electione) omnes pariter confideremus, uos praedicto adeffe tempore ualde oportet: et ideo antea nullum absque noftro confenfu Regem debetis percipere. Nam ipfe qui a nobis eft ordinandus in Imperium, a nobis primum, atque potiffimum debet effe uocatus atque electus, quoniam et nos una cum ueftra fraternitate cupimus pertractare, et de hoc, et quo tenore uel ordine communes caufas, et utilitates Ecclefiarum Dei nobis commiffarum ordinemus, et iure canonico ftatuamus: quatenus tantorum malorum opera, quae fuftinemus, procul abiicere, et leue iugum Chrifti, laetis, ut condecet, poffimus ceruicibus ferre, quapropter nullam in ueniendo excufationem habeatis. Sed alacri mente occurrere, et ad iam dictam fynodum uenire procuretis, quam fane, et canonica fanctorum Patrum regula bis in anno fieri iubet, et inftantis temporis neceffitas magna compellit.„ In epift. CLXXXI eidem Archiepifcopo Mediol. praecipit, *ut cum eo, qui de regibus Francorum Italiam fuerit ingreffus, nullum absque ipfius confenfu et unanimitate placitum facere* praefumat. Metuebat enim Pontifex, ne unus ex fatribus Carolomanni in huiusmodi conuentu Rex Italiae eligeretur. Quamuis enim, Carolomanno aegrotante, et Carolum et Ludouicum Romam uocarit; id tamen potius ad turbas mouendas, quam ad imperium ftabiliendum facere poterat. Wibodum, epifcopum, per epift. CLXXIII et CLXXIX ad Carolomannum regem et Carolum fratrem eius mittit, mandatque, fi Carolummannum poffe incunctanter agnofcitis, apud illum; fin autem apud germanum et aequiuocum eius, Carolum uidelicet gloriofum Regem, caufas et utilitates fanctae Sedis Apoftolicae prudenti dumtaxat confilio agere: et, Deo auxiliante, ad perfectum deducere fatagatis; quatenus priftinum eius honorem, atque uigorem ipfius, regia maieftas, more uidelicet parentum fuorum, conferuet incolumem. In epift. ad Anton. epifc. Brixiens. et Berengar. gloriof. comitem, CCXXXVII, Pontifex fe a Carolomanno rege uicarium in regno Italico conftitutum affirmat: quia dilectus ac fpiritualis filius nofter Carolomannus gloriofus Rex fuis regalibus litteris, et Mifforum noftrorum uerbo, noftro praefulatui pio mentis affectu commifit, ut nos curam huius Italici regni haberemus, tam pro diuinitus nobis commiffa paftorali folicitudine omnium Chrifti

4. Pontifex fibi ius imperatorem eligendi arrogat.

Vetat conuentum, ipfo inuito, conuocare.

Cauffae fedis Apoftolicae tractentur apud Carolomannum aut fratrem eius Carolum.

5. Pontifex fe uicarium regni Italici a rege Carolomanno conftitutum ait.

Christi ouium, quam etiam pro praefati Regis uice cura concessa, illa quae contra Deum, et iura legis alicubi cognoscimus praesumptione commissa, omni uolumus conamine compescere, et unam ouem morbidam gladio percutere spirituali, ut ad salutem quoquo modo anima uulnerata perueniat, antequam totus grex unius contagione maculetur. Audientes igitur etc. §. XX-XXVII.

Quod ad episcopos attinet, Carolomannus, sine dubio, morem regium seruauit. Memorabile exemplum suppeditat ipsius Pontificis Iohannis VIII epist. CLXXI, qua Pontifex Regem rogat, ut Gospertum diaconum constituat episcopum Vercellensem; quas preces Papa primarias uult censeri. Ita autem habet epistola: „ dilecto ac spiritali filio Carolomanno glorioso Regi. Multorum relatione didicimus, quod Ecclesia Vercellensis nunc ualde turbata, et quotidianis commota scandalis consistat, dum in duas partes populus pro Episcopi electione diuisus, alii unum, alii uero alterum eligere, habereque contendant, et cupiant; electumque enormiter defendere uterque procuret. Sed quia iuxta nostri ministerii Apostolicum officium et solicitudinem omnium Ecclesiarum Dei, nobis in ipso Apostolorum principe commissam, iuxta canonicam, etiam sanctorum Patrum regulam dicentem: Si diuisio clericorum, uel populi extiterit, et de futuri electione Pontificis contentio fuerit oborta, nullum ex his duobus in throno Episcopali esse aliquatenus consecrandum, sed alterius electionem fieri debere sacerdotis Ecclesiae proprio destitutae rectore, et ob id perturbatae iura pacis ferentes, subuenire debemus. Regiam excellentiam uestram rogamus, ut pro amore Dei, et sancti Petri, ac nostrae paternitatis dilectione, ipsum Vercellensem Episcopatum huic nobilissimo uiro Gosperto uidelicet uenerabili Diacono, uobis bene cognito, communique fideli nostro ac uestro, quem pro Ecclesiasticis utilitatibus in seruitium uestrum direximus, placido de praesentia modo tribuatis. Quoniam uero cognoscimus hunc in omnibus, tam ciuilibus, quam etiam Ecclesiasticis causis strenuum atque utilissimum fore, nobisque non mediocriter fidelissimum. Quapropter ad uestrae praesentis, et futurae gloriae augmentum, hoc uos nobis condere petimus, hanc primam nostri Pontificii iustam petitionem, uestra regalis alacriter perficiat magnitudo, ut nos et uestram libenti possimus perficere uoluntatem. Charissime fili, quoniam sic uerae dilectionis unanimitate, pioque amoris affectu uide-

6. Rex Gospertum diaconum constituit episcopum Vercellensem, rogante Pontifice.

§. XX-XXVII. bimur manere coniuncti, si nos ea, quae cupitis, Apostolica duntaxat perfecerimus auctoritate; et uos item uestro regali iure nostri desiderii preces audire cum iucunditate procul dubio studueritis. Talem namque progenitores uestros inuictissimos Imperatores Augustos circa praedecessores nostros, sanctos uidelicet Romanae sedis Antistites, habuisse dilectionem, recolimus, ut quicquid ab alterutra parte petebatur, omni postposita occasione, mox efficaciter compleretur. Ita uero, et nostra nunc Pontificalis a Deo conseruata Maiestas, et uestra Regia magnitudo, sibimet debent placide fauere uicissim.,, Eadem strictim in epist. CLXXXVII repetuntur. In epist. CCXXIII praecipit Pontifex Vercellensibus, ut hunc Conspertum episcopum recipiant, Iosephi autem inuasoris acta irrita esse iubet: „quoniam dilectus, ac spiritalis filius noster Carolomannus gloriosus Rex istius Italici regni, ipsum Vercellensem Episcopatum, more praecessorum suorum Regum, et Imperatorum concessit huic Consperto uiro nobilissimo, praesentibus Missis nostris, nostramque Apostolicam clementiam suis est literis deprecatus, ut eum uobis Episcopum consecraremus. Nos autem eius precibus inclinati, nolentes uos diu sine proprii ac legitimi esse cura pastoris, hunc ipsum sanctae Vercellensi Ecclesiae uestrae, Apostolica duntaxat auctoritate, Episcopum consecrauimus, dedimusque uobis pro inuasore illo istum pastorem, pro mercenario ignauo prouidum satis Rectorem, qui scilicet nostris uos Apostolicis doctrinis admonitus, quasi populum Domini sibi commissum more ueri pastoris pabulo uitae, perpetuaeque salutis pascere, atque in uirga aequitatis, et mansuetudinis regere uigilanti semper cura, et solicitudine solerter procuret. Quem itaque uos omnes uno uoto, et pio affectu quasi patrem, et Rectorem animarum uestrarum, utpote charissimi filii, ut recipiatis praesenti statuto nostro iubemus; et abiecto ac reprobato supradicto inuasore, hunc, quem ordinauimus, uobis habetote Episcopum.,, In epistola CIII (in HARDVIN. act. concil. T. VI p. 1.) declarat Pontifex, se secundum uoluntatem et petitionem dilecti filii sui Carolomanni gloriosi regis hunc Conspertum antistitem consecrasse.

more praecessorum regum et Imperatorum.

§. XXXXVIII.

§. XX-XXVIII.

§. XXXXVIII.

Ecclesiarum salutem sibi, maiorum more, cordi habuit Rex noster et antiqua iura confirmando et noua antiquis addendo. Immunitatis literarum exemplum, ad ecclesias pertinens, exstat in MVRATOR. t. I Antiqu. Ital. p. 927, ubi pro Nouariensi ecclesia ita statuit Rex: adiens serenitatem culminis nostri Notingus Nouariensis Ecclesiae Episcopus detulit obtutibus nostris quandam auctoritatem, in qua continebatur, qualiter piae recordationis Hludouicus Imperator Consobrinus noster confirmauerat Praecepta Aui nostri Hludouici serenissimi Augusti, nec non et auctoritatem Patrui nostri Hlotharii piissimi Imperatoris genitoris sui, qualiter beatam Sedem, quae est constructa in honore Sanctae Dei Genitricis semperque Virginis Mariae, cui etiam auctore Deo idem Episcopus praeesse dignoscitur, cum rebus et hominibus ad eandem Sedem legaliter pertinentibus uel aspicientibus, sub sua suscepisse tuitione, atque immunitatis defensione. Idcirco iam dictus Episcopus nostram deprecatus est celsitudinem, ut secundum supradictorum Imperatorum auctoritates, parentum nostrorum morem sequentes, nostram adderemus. Cuius petitione ob amorem Dei, et reuerentiam Sanctae Mariae Virginis, et Sancti Gaudentii precibus annuentes, hanc nostrae auctoritatis, immunitatis, et defensionis gratiam pro diuini cultus amore etc. (*ut in supra descripto Ludouici Diplomate*) exorare delectet. Insuper etiam uolumus atque omnimodis praecipimus, ut Ecclesia beati Clementis Matyris Christi, quae iniuste inde ablata fuit, et malo ingenio subtracta, ad supra dictam Sedem pertineat cum omnibus adiacentiis et pertinentiis suis. Volumus ergo, ut quidquid de praefatis Ecclesiis, rebus Ius Fisci exigere poterat, id est annona, uinum, caseum, pulli, oua, castanearum, fructusque messis que lentibus que gignitur plustatica, calcem, uenationes, uel ceterorum talia, in integrum Ecclesiis concedimus, scilicet ut perpetuo tempore ad peragendum etc.

Immunitatem roborat Rex ecclesiae Nouariensis.

Ecclesia Cremonensis etiam tabulas immunitatis nacta est, quas profert MVRATOR. c. l. t. VI pag. 363: uir uenerabilis Benedictus Cremonensis Ecclesiae Episcopus, missa petitione petiit, ut Precepta piissimorum Augustorum parentum nostrorum per nostre Celsitudinis auctoritatem roboraremus atque confirmaremus. Cuius petitioni libenter ob amorem Domini nostri Iesu Christi libenter annuentes,

2. Cremonensis.

§. XX-XXVIII. precipimus atque iubemus, ut omnes res supradicte Ecclesie, que est constructa in honore Sancte Marie Virginis Matris Domini nostri Iesu Christi, et Sancti Stephani Martiris Christi, sicut in piissimorum Augustorum parentum nostrorum tuitione fuerant, ita et in nostra defensione atque immunitate firmiter permaneant. Iubemus ergo, atque supradicte Ecclesie confirmamus, ut omnia loca ibidem pertinentia, que a longo tempore usque nunc ad hunc locum pertinere uidentur, tam Monasteria, quamque Synodochia, seu et Ecclesias Baptismales, et reliquas possessiones, que ad hunc Episcopatum iuste et rationabiliter pertinent, uel que deinceps diuina pietas ad ea loca augeri uoluerit, ut supra nominatus Episcopus, Successoresque sui, perpetualiter ea teneant atque possideant. Insuper adiunximus, sicut in supradictis Preceptis inuenimus, locum, qui dicitur Teoledo, cum Briuisolis, et Cocullo, cum omnibus ad ipsum locum pertinentibus, et Portu Vulpariolo, et transitorio, cum molitura usque ad Caput Addue, cum molitura de Molendinis, et portoris usque in Caput Addue. Omnia enim hec supramemorate Ecclesie per hoc presens Preceptum nostrum confirmamus, ut iure firmissimo perpetuis temporibus possideat.

9. Parmensi ecclesiae concedit abbatiam de Bercedo ac nonnullas res fisci.

Ecclesiae Parmensi Rex non solum antiqua iura ac priuilegia confirmat, sed et nouis ista munificentiae regiae documentis cumulat in VGHELLI Italia sacr. t. II pag. 145: Wibodus sanctae Parmensis Ecclesiae uenerabilis Episcopus, dilectus fidelis noster, nostram per Emardum fidelem nostrum deprecatus est clementiam, ut pauperculae Parmensi suae Ecclesiae pro amore Dei, animaeque nostrae, parentumque nostrorum mercede subuenire dignaremur. Cuius petitionibus pietatis nostrae aures misericorditer accommodantes, et eius erga nostrum obsequium curiosissimam fidelitatem attendentes concedimus, atque donamus ei, et Ecclesiae suae Abbatiam de Bercedo sitam in monte Bardone cum omnibus adiacentiis, et pertinentiis eius in integrum tam in finibus Tusciae, quamque Longobardiae cum omni integritate, et soliditate sua iure perpetuo. Insuper etiam confirmamus, et corroboramus, quod ei, et Ecclesiae suae per aliud nostrum edictum nuper concessum est, id est curtem regiam exstructam infra ciuitatem Parmam cum omni officio suo, seruis et ancillis masculini sexus, et foemini, seu etiam largimur, et perdonamus, atque nuper concessum confirmamus praedicto Wibodo, et praelibatae

tae Ecclesiae suae omne ius publicum, et teloneum, atque districtum eiusdem ciuitatis, et ambitum murorum in circuitu, nec non et pratum regis non longe ab ipsa eadem ciuitate in integrum sicut nostrae publicae, ac regiae pertinet potestati. Corroboramus, quin potius et confirmamus per huius nostri edicti paginam omnes auctoritates quascunque praedicta Parmensis Ecclesia in honorem sanctae Dei Genitricis, semperque Virginis Mariae dicata dignoscitur a tempore omnium Regum Longobardorum, et Francorum, Caroli uidelicet Magni, Lotharii, et Ludouici piissimorum Regum, et Imperatorum nostrorum scilicet praedecessorum, usque in praesens tempus praecipientes, ut nullus saepe nominatam Parmensem Ecclesiam de uniuersis, quae inibi ab antecessoribus nostris pia deuotione collata sunt, et de iis, quae nostra regalis munificentia illi confert, absque legali iudicio exspoliare audeat, et idcirco hoc nostrae donationis, concessionis, seu confirmationis iussimus fieri praeceptum, per quod praedicto Wibodo uenerabili Episcopo fideli nostro, eiusque successoribus ad partem Ecclesiae suae praedictam Abbatiam de Bercedo, cum omni, ut iam diximus, integritate sua, tam quod modo habet, aut in antea Deo propitio per fideles animas adeptura est, et praefatam Curtem, quae regia dicitur, infra denominatam ciuitatem Parmam, et omne ius publicum, et teloneum et districtum ciuitatis, seu et ambitum murorum in circuitu, et pratum, quod regium nominatur, in integrum concedimus, perdonamus, atque largimur, et de nostro iure in eius ius, et dominium transfundimus, ut habeat, teneat, possideat, atque fruatur perenniter tam ipse Wibodus Episcopus fidelis noster, quamque et successores eius ad partem Ecclesiae iam dictae iure proprietario in aeternum omni nostra, nostrorumque haeredum, ac prohaeredum, et posterorum repetitione sopita, atque extincta. §. XXXXVIIII.

§. XXXXVIIII.

Quemadmodum coenobia semper sibi uigilabant, ut, regis auctoritate, non solum parta tuerentur; sed et opes ampliores acquirerent: ita etiam ex regis nostri largitate proficere contendebant. Documentum primum praebet monasterium Chremisense, cui, quam Ludouicus constituerat, donationem confirmat Carolomannus filius in RETTENPACHER. Annal. Cremisan. p. 32: compuncti amore diuino Rex confirmat et auget possessiones coenobiorum; monasterii Cremisanensis;

§. XXX-XVIIII. diuino quaedam loca nostrae haereditatis ad Monasterium, quod uocatur Chremisa, tradimus. Quae quamuis nobilissimus Pater noster diuae memoriae Ludvvicus Rex ad id Monasterium donaret, tamen nullo auctoritatis suae praecepto confirmauerat, idcirco complacuit regalitati nostrae, pro remedio animae praefati beatissimi Genitoris nostri et Genitricis nostrae hanc ipsam donationem per praesentem auctoritatem nostram confirmare, quatenus perpetualiter firma et inconuulsa permaneat. Tradimus ad praefatum Monasterium per hoc praesens praeceptum nostrum territorium quoddam iuxta fluuium, qui dicitur Spraza, quod a capite ab eo loco incipit, ubi unus fons in loco, qui Benninvvanch dicitur, intrat in Sprazam, et sic inter duas Sprazas, usque in eum locum, ubi ipsae duae Sprazae simul unum decursum conficiunt. Hoc igitur totum, sicut iam a duobus Comitibus Arathoto, et Ernusto circumequitatum fuerat, cum omni integritate ad praefatum Monasterium Chremisa, quod est in honore Domini et Saluatoris nostri Iesu Christi constructum, tradimus atque donamus, et de nostro iure in ius et dominationem eiusdem Monasterii transfundimus; ita uidelicet, ut quicquid de praefatis rebus ob utilitatem et profectum praescripti Monasterii Rectores et ministri eius facere uel iudicare uoluerint, libero in omnibus potiantur arbitrio faciendi quidquid elegerint. Aliud uero territorium tradimus ad ipsum praefatum Monasterium sub simili confirmatione in loco, qui dicitur Smidaha, cuius terminus a Danubio, ubi unus fons emanat, ex una parte incipit, et sic uadit usque in eum locum, qui dicitur Wachrein. Hoc ergo totum, sicut diximus, et sicut hoc Wilhelmus Comes quondam ad id Monasterium circuiuit, atque signauit ex nostra potestate in potestatem eiusdem praenominati Monasterii securiter tradimus, quatenus Rectores, sicut iam diximus, eiusdem Ecclesiae, liberam potestatem ad utilitatem eiusdem loci, sanctaeque congregationis in omnibus habeant, inde facere, quidquid elegerint, nullo unquam successore nostro irrumpente, uel inquietante, sed Deo auxiliante perpetuis temporibus firma, inuiolabilisque haec donatio permaneat. IBID. p. 35 complacitationem in usus huius monasterii approbat: quidam uenerabilis Diaconus noster, nomine Chunibertus ad Monasteria principum nostrorum nobiscum complacitauit. Tradidit itaque praefatus Chunibertus ad Monasterium Chremisae, quod est constructum in honore Saluatoris, praeter agros, prata,

2. Pro commodis monast. Cremisan. beneficium mutat in proprietatem.

prata, et syluas hubam unam, quam emerat in loco, qui dicitur Linthard, quatenus ipsa huba cum duobus mancipiis, et decem armentis, cum porcis uiginti, et ouibus totidem post finem uitae suae securiter ad iam memoratum Monasterium transeat, ea siquidem ratione, ut illi praeceptum nostrae auctoritatis usque in finem uitae suae in proprietatem donaremus, quidquid in nostrum beneficium de ipso Monasterio Chremisae in iam dicto loco, qui dicitur Linthard, habere uidetur, id est, hubae duae cum curte et aedificiis, cum mancipiis utriusque sexus, cum agris, syluis, pratis, pascuis, aquis, uiis et inuiis, et cum omnibus, quae in eodem loco ad saepedictum Monasterium iuste et legaliter pertinerent. Nos autem eius petitiones iustas, et utiles ex utraque parte cognoscentes, dedimus illi cunctas praefatas res, cum omnibus, quae ibi in beneficium prius habebat, quatenus ea omnia in proprietatem uitae suae tantum habeat, atque possideat cum omnibus quaesitis et inquisitis earundem rerum pertinentiis: post finem uero uitae suae pleniter, ac securiter cum edicta complacitatione non solum sua traditio, uerum etiam ipsa nostra largitio iis uerbis, sicut praedictum est, ad praefatum Monasterium et locum Sanctum redeat. Haud parui pendenda charta, in DACHERII spicilegii t. II p. 937 prolata, qua Rex Ludouici Imp. consobrini sui donationem in monasterium Casauriense effusam roborat, nouaque largitate amplificat. Dabimus ipsam CHRONICI CASAVRIENSIS narrationem, ex qua Carolomanno in Ludouici Imp. II testamento successionem in regno Italico destinatam fuisse discimus: --- Defuncto itaque piae semperque celebrandae memoriae Ludouico Augusto, testamento post eum consobrinus eius Carlomannus Rex, Ludouici Regis filius, regnum Italicum obtinuit. Quo audito, Romanus Abbas deposito ingenti fletu atque tristitia, quam habebat de morte ipsius Caesaris sui Coenobii constructoris, statim direxit ad eum Domnum Celsum Praepositum cum augustalibus praeceptis, ut omne bonum quod de Piscariense Monasterio antecessor eius ipse beatae recordationis Ludouicus Imperator effecerat, ipse Rex ratum haberet, et omni modo confirmaret, suoque nouo regio praecepto corroboraret. Illo autem abeunte Romanus Abbas interim regimini ac profectibus sui Coenobii ualidius insistebat. Vir potens et locuples supra scriptus Rimo, largitus est pro anima sua domos, agros, uineas, et omnia quae habebat de casale suprascripto Bectorita, Monasterio

§. XXXXVIIII.

3. Monasterii Casauriensis opes tuetur et amplificat. Ex testamento Ludouici II Imp.

§. XXX-XVIIII. sterio Piscariensi. Indeque duos de fratribus, uidelicet Domnum Beatum, et fratrem Leonem ipsius Rimonis filium, solemniter inuestiuit, et in tenimine posuit coram testibus.

Eodem [siquidem] tempore Carlomanno piissimo Imperatore mandante, iubentibus etiam Lamberto et Widone Comitibus, uenit Grimbaldus, Pinnensis Episcopus, una cum Anserio et Adalberto atque Arterio Castaldionibus, et inuestierunt Domnum Romanum primum Piscariensem Abbatem apud sanctum Desiderium, ubi propterea conuenerant per ipsam curtem de uillis, castellis, et omnibus praediis et rebus per totam Italiam acquisitis, et Piscariensi Monasterio collatis, et de libertate, et omnium dignitatum excellentiis, sicut ei a quondam beatae memoriae Ludouico glorioso Imperatore per praeceptalia scripta fuerunt concessa. Facta nimirum est haec inuestitura in manibus Romani primi Abbatis, ad profectum et corroborationem sanctae Casauriensis Ecclesiae, anno ab Incarnatione Domini octingentesimo septuagesimo sexto, Indictione nona, praedicto Carolo Imperante anno primo, mense Iunio, feliciter.

Profectus itaque Domnus Celsus Praepositus ad Imperatorem Papiae commorantem, benigne receptus, et in petitionibus et negotiis Monasterii Piscariensis alacriter est exauditus, accepitque ab eo sacrum praeceptum confirmationis, et tuitionis omnium rerum, et dignitatum, quas Casauriense Coenobium a Domno Ludouico suo Fundatore per praeceptales paginas habebat; addiditque ei gualdum Corni cum caeteris rebus eidem pertinentibus, sicut in eodem sacro praecepto continetur.

Praeceptum Carlomanni Regis de libertate Monasterii Piscariensis, et confirmatione omnium rerum et dignitatum eius, sicut habuit a Ludouico Augusto.

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis, Carlomannus diuina fauente gratia Rex. Omnium uidelicet sanctae Dei Ecclesiae fidelium nostrorumque tam praesentium quam et futurorum cognoscat industria, quia cum gratia auxiliante diuina regnum Italicum obtinuimus primum Deoque duce Papiam uenimus ciuitatem, adiit serenitatem nostram quidam Monachus, nomine Celsus, Praepositus Monasterii quod Casa-aurea uocatur, et quod beatissimae memoriae antecessor ac consobrinus noster Ludouuicus Imperator Augustus a fundamen-

regnum Italiae obtinuit.

damentis in honore ſanctae et Indiuiduae Trinitatis conſtruxit, affe- §. XXX-
rens quoddam praeceptum, in quo continebatur qualiter praefatus XVIIII.
Imperator pro amore ipſius ſanctae et Indiuiduae Trinitatis, nec non et pro remedio animae ſuae, omnes res ſuas, quas iuſto et legali tenore acquiſiuit, tam infra urbem Romam, quam extra ipſam Romuleam urbem, per totam ſcilicet Campaniam, et etiam per omnem Romaniam, nec non et ambos Spoletanos Ducatus, ſeu et per totam Tuſciam, ad praenominatum monaſterium contulit. Ea uidelicet ratione, ut liceat Fratribus ibidem regulariter uiuentibus easdem res tam interius, quam exterius perpetualiter ſine aliqua inquietudine poſſidere. Et ſi Abbas eiusdem Monaſterii obiſſet, ex propria Congregatione Abbatem ſibi eligere licentiam haberent. Et ut id Monaſterium perpetuis temporibus ſub immunitate ac tuitione Imperiali perſiſteret.

Haec nos cognoſcentes, decreuimus per hoc praeſens praeceptum noſtrae manſuetudinis omnia praefata ita ut ſcripta ſunt, confirmare. Volumusque, atque omnimodis praecipimus, ut Abbas eiusdem praedicti Monaſterii ſemper cum omnibus illuc pertinentibus ſub noſtra Regali immunitate ac defenſione maneat. Et omnes praenominatas res, id eſt, ſiue infra urbem Romam, ſiue extra, ſiue per totam Campaniam, ſeu per Tuſciam, et ambos Spoletanos Ducatus, ſicut in priori praecepto habebantur, Monachis ibidem Deo militantibus concedimus. Nec non ut et in eligendis Abbatibus de propria Congregatione perpetualiter poteſtatem habeant. Inſuper ergo placuit noſtrae Serenitati ad id praedictum Monaſterium quemdam gualdum prope ibidem ſitum, nomine Cornie, tradere, cum ſeruis et molendinis de Balneolo ad id gualdum pertinentibus, habitantibusque in uilla, quae dicitur Alanne, cum aquis, paſcuis, pratis ad id gualdum pertinentibus. Ea uidelicet ratione, ut haec omnia ob amorem Domini noſtri Ieſu-Chriſti, et pro remedio animarum noſtrarum, id eſt, Ludouici praefati Imperatoris ac conſobrini, qui nobis regnum iſtud diſpoſuerat: nec non et piiſſimi Genitoris noſtri Ludouici Regis, ac Patrui noſtri Caroli, noſtraeque qui hanc fecimus traditionem, ad id Monaſterium ſine ulla inquietudine, perpetuis temporibus pertineant, quatenus Abbas et Monachi eiusdem loci easdem res habeant atque poſſideant, et iuxta id quod opus eis ſit ad ſeruitium Dei potenter diſponant, uitamque iugiter Regularem ducant, nullo unquam ſucceſſore noſtro hoc irrumpente:

§. XXX- XVIIII. ſed liceat eis quiete uiuere, et pro nobis ac pro noſtris anteceſſoribus ſemper ipſam exorare ſanctam Trinitatem, in cuius honore haec ipſa eorum Eccleſia conſtat eſſe dicata. Et ut haec auctoritas noſtrae confirmationis atque donationis firmiorem in Dei nomine habeat tenorem, annuli noſtri impreſſione iuſſimus ſigillari, et manu propria noſtra ſubtus confirmauimus. Si quis uero, quod minime credimus, ipſa ſua loca, eorumque pertinentia, ſeu ſeruos Dei inibi ſupernae famulantes Maieſtati laedere aut inquietare, ſeu ex collatis minuere uel auferre praeſumſerit, duplum eis reſtituat, inſuper componat pro praeſumptione pondera auri probatiſſimi libras duodecim.

Signum manus Domni Carlomanni Sereniſſimi Regis.

Baldo Cancellarius Regis, ad uicem Theogmari Archicapellani recognoui et ſubſcripſi.

Data decimo ſeptimo Calendas Nouembris, anno Chriſto propitio ſecundo regni Domni Carlomanni Sereniſſimi Regis, Indictione decima. Actum Papia ciuitate Regia in Dei nomine feliciter, Amen.

Poſt mortem piiſſimae recordationis Ludouici Sereniſſimi Auguſti, Domno Romano primo Abbate, in augmentis et profectibus ſacro-ſanctae Caſaurienſis Eccleſiae fortius et ſollicitius inſiſtente, plures iniquae et prauae mentis homines inſurrexerunt, coeperuntque ipſum Regale Monaſterium querimoniis conturbare, Abbatem nimiis uexationibus fatigare; quia non fuit poſtea Rex uel Imperator, qui tanta deuotione uel ſollicitudine ipſum et res eius tueretur et cuſtodiret, ſicut Imperator Ludouicus qui eum a fundamentis conſtruxerat. Nam erant eo tempore tres fratres, uidelicet Amelfredus, Waningo, et Petrus, filii quondam Iuſtonis Franci, qui contendebant aduerſus Romanum Abbatem res et poſſeſſiones Gundi genitricis eorum, quae legibus et dono ipſius Caeſaris Piſcarienſi Monaſterio erant addictae ſeu confirmatae, ſicut in ſuperioribus ſcriptis continetur. Vnde cum apud ciuitatem Teatinam Ildebrando, et Ellone et Singolfo Caſtaldionibus, Supponis Comitis uicariis, generalis curia celebraretur, Romanus Abbas eſt eos prudenter aggreſſus, et de eisdem rebus cum Aduocato ſuo contra ipſos ſapienter agens et cauſidicans, ueris aſſertionibus eos deuicit et confutauit. [Qualiter autem, et quibus rationibus, eos deuicerit, in Notitia Iudicati, mandato Iudicum deſcripta, et teſtibus roborata, plenius reperitur et legitur.]

Poſt-

§. XXXVIIII.

Poſtquam igitur ſupradictus Imperator Carlomannus Imperii gubernacula in duobus annis expleuit, Carolus, qui tertius eſt dictus, ei in Imperiatu ſucceſſit. Monachis S. Columbani Bobienſ. confirmat Rex portionem bonorum, ad ipſorum uſum deſtinatam, quum reliqua in beneficium potenti cuipiam conceſſa fuiſſent, in MVRATOR. t. VI p. 303: quidam uir uenerabilis Ebobienſis Monaſterii Abbas nomine Vmnobaldus adiit clementiam noſtram, auferens ſecum quoddam praeceptum conceſſionis noſtrae manſuetudinis - - - - - Monachis praenominati Monaſterii diuae memoriae Hludouicus Imperator Auguſtus recognouerat et confirmauerat, uociferans ad - - - - - - - pietatis hoc - - - - - - atque omnino compertum fore. Nos uero amore - - - - - Praeceptum iam dicti Imperatoris Auguſti, fratris et Conſubrini noſtri, relegentes inuenimus in eo ſubnotata eorum diuiſionis loca ſingula nominatim, quae ad uſum Monachorum perpetualiter habenda, atque Monaſterio id quod utilitatis eorum foret ordinanda ab eorum Abbate, qui pro tempore fuerit noſtra largitione et eorum electione ſancto eodem loco ſubſtitutus, dignum duximus, haec omnia loca, ut in dicto Praecepto ſcripta uidentur, noſtra Regali auctoritate renouare atque roborare. Vnde hoc praeſens Praeceptum noſtrae reſtaurationis inſcribi iuſſimus. Per quod decernimus, aut modis omnibus praecipimus, ut omnia haec, quae in priori eorum Praecepto, quod a piiſſimo Imperatore Auguſto et Conſobrino noſtro ſcripta ſunt, habeant, ſicut ad eundem locum delegata et tradita noſcuntur. Ita ipſis praenominati Monaſterii Monachis cum omni integritate, tam Manentibus, Seruis, quam aliis familiis, aedificiis ſeu caſis, adiacentiis, mobilibus et immobilibus, tradimus atque confirmamus, quae temporibus iam ſaepe dicti Imperatoris ſub praeceptis ſui confirmatione ubique habuerunt, et quae deinceps ipſi ſua induſtria, uel quorumlibet Chriſtianorum legitima collatione adquirere potuerint, inconuulſa et perpetua ſtabilitate concedimus habere, poſſidere, et ad uotum ipſorum religioſe ac rationabiliter et Deo placite ordinare. Igitur quia pro ſumma Reipublicae neceſſitate, pacisque tranquillitate, eamdem diuiſionem de rebus iam fati Monaſterii factam cognoſcimus, iubemus, atque omnimodis - - - - - ut de illa parte, quae in uſus Monachorum per hoc praeſens praeceptum noſtrae renouationis et confirmationis delegauimus, interim dum Deo opitulante ad priſtinum reuocetur ſtatum, nullus

4. Monaſter. Bobienſis.

§. XXX-XVIIII. Iudex publicus, nullus Missus discurrens aliquam saepe fatis Monachis, eorumque familiis uiolentiam uel inquietudinem iniuste inferre praesumat, quos cum omnibus rebus et familiis sub nostra nos constat recepisse tuitionem et moneburdo, nullas quoque - - - - - - - aut publicas excubias, nullas paratas uel angarias facere siue persoluere cogantur, nullas pontium nouas uel ueteres structiones seu restructiones cogere uel renouare compellantur. MVRATORIVS hanc addit annotationem: iam uides, Francos Imperatores, contemta Monachorum disciplina, eorumque priuilegiis abiectis, Monasteria in Italia quoque pro libito in suos fideles Ecclesiasticos, interdum etiam et in Saeculares, fuisse partitos. Quo uero pinguioribus reditibus Monasteria fruebantur, eo studiosius ad ea inuadenda Regum et Augustorum ope, Episcopi conuolabant. Et profecto imperante Ludouico II, Augusto Lotharii I filio, peruersa eadem consuetudo perseuerauit; sed potissimum cupiditati lora laxata sunt, ubi post eiusdem Augusti mortem funestissimae Principum inhiantium ad Regnum turbae, et Saracenorum, atque Vngrorum frequentissimae incursiones, Italiam paene uniuersam dilacerarunt. Et quando egimus de Bobiensi Monasterio, nulla mihi dubitatio est, quin eius fortuna in peius deinde ruerit, praediorum portione non modica in Saecularem quempiam uirum sub nomine Beneficii translata. Est mihi Diploma Carlomanni Italiae Regis, ex tabulario eiusdem nobilissimi Monasterii descriptum, (atque utinam accuratius) ex quo constabit, diuisionem bonorum factam fuisse inter Monachos, eorumque Abbatem legitimum ex una parte, et Commendatarium, ut ita dicam, Abbatem illegitimum, atque, ut suspicor, militarem uirum, ex altera; idque iam contigisse sub Ludouico II Augusto. Inquit autem Rex, ut huiusmodi uiolentiam aliqua ex parte excuset: *Quia pro summa Reipublicae necessitate, pacisque tranquillitate eamdem diuisionem de rebus iam fati Monasterii factam cognoscimus.* Tum huic rapinae finem futurum sperare iubet, subdens: *interim, dum Deo opitulante ad pristinum reuocetur statum.* - - Ita uero in consuetudinem abiit diuisio haec bonorum Bobiensis coenobii, quorum portio a regibus in beneficium concedebatur cuipiam ecclesiastico, aut uni e saecularibus magnatibus (qui propterea Abba-comites apud nonnullos appellari consueuerunt) ut subsequentium regum nemo sibi religioni duxerit uestigia in hoc antecedentium constantissime sequi.

MVRATORII annotatio de bonis coenobiorum diuisis

et in saeculares uiros translatis.

§. L.

§. L.

§. L.

Suppetunt alia documenta, quibus Rex monasteriis se liberalem impertitus est. Angilbergae sorori, Imperatrici uiduae ad utilitatem monasterii monialium Placentiae ab ipsa fundati, concedit cellam cum ecclesia in loco nuncupato caput Trebiae in MVRATOR. antiq. Ital. t. V p. 501: cognitum fieri uolumus, Angilbergam diuę memorie Hludovvici piissimi Imperatoris fratris nostri et consobrini nostri Coniugem Augustam, dilectam sororem nostram, quoddam nouiter Coenobium Ancillarum Dei ad laudem et gloriam Dominicę Resurrectionis infra muros Vrbis Placentinae in solo proprio pia deuotione fundasse. Ad cuius operis supplementum nos quoque ad honorem Dei, et eiusdem Fratris et Consobrini nostri amorem et nostrae mercedis augmentum, Cellulam quamdam haud procul ab eadem Vrbe Placentina sitam loco, qui Caput Trebie uocatur, in qua et Ecclesia Apostolorum Principis honori dicata consistit, et ut fertur, Monasticis quondam habitationibus adtributa, cum omni integritate sua ad famularum Christi usus praefato Monasterio clementi liberalitate conferimus, donamus atque largimur, et per hanc nostre auctoritatis paginam in ius et potestatem praenominati loci sollemniter transfundimus, confirmamus, roboramus, stabilimus cum uniuersis intrinsecis et extrinsecis, appendiciis, casis, et rebus mobilibus et immobilibus, ac promiscui sexus familiis ad ipsam Cellulam respicientibus, ut habeant illam famule Christi inibi militantes, et hoc nunc et deinceps, et possideant iure quieto ac pacifico absque ullius in posterum repetitione uel subtractione etc. IB. t. I p. 929 eidem monasterio bona quaedam tradit: Angilberga soror nostra amantissima, humiliter nostram petiit clementiam, quatenus terram iuris publici de Comitatu Placentino habentem iuges tredecim secus uiam publicam, quae ab urbe Placentia ad Placentinum portum ducit quaeque cohaeret ex parte Orientali conferto pomorum Monasterii sanctae resurrectionis, quod eadem Angilberga Augusta nostra a fundamentis construxit, atque molendinum unum iuxta Baselicam Sanctae Brigidae cum solo et decursu aquae a uia fluentis usque in fossam Augustam, simulque cum terra iuxta eundem molendinum sita et de praedicto Cometatu attinentem, habente scilicet per mensuram tabulas quadringenta, cui ab Oriente terra eiusdem Comitatis adiacet,

Monasterio S. Resurrectionis Placent. concedit Rex cellulam quamdam.

2. terram iuris publici in comitatu Placentino.

§. L. ab Aquilone murus praescriptae ciuitatis adhaeret, ab Occidente uero et Meridie uiae publicae cohaerent, causa aeternae mercedis eidem Coenobio beatae resurrectionis propter sui commoditatem concederemus. Cuius deprecationi aurem clementiae nostrae inclinantes, praescriptam terram usque ad iuges tredecim, nec non etiam praenominatum molendinum simul cum terra sibi cohaerente, sicut per mensuram et fines atque cohaerentias habente tabulas quadringenta, uidelicet usque ad terram eiusdem comitatus, et murum ipsius ciuitatis, atque uias publicas decernitur, una cum ripa et alueo riui a uia decurrentis usque in iam dictam Fossam Augustam, saepe dictum Monasterium iure proprietario habendam concedimus ac perpetuo aeternae remunerationis gratia confirmamus. Monasterio Chremisensi, cuius, ut ostendimus, fortunas firmauit, noua adiicit piae largitatis documenta. Rex in RETTENPACHER. c. l. p. 34: nos pro diuini cultus amore, et reuerentia Sanctorum illius, cogitauimus quasdam res proprietatis nostrae tradere ad Monasterium, quod dicitur Chremisa, quod esse cernitur constructum in honore Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, in pago, qui dicitur Trungovve. Et hoc est, quod illuc tradimus: id est hubas quinque iacentes in pago nuncupato Tunahgovve, in uilla, quae uocatur Alburch, et Barschalcum unum cum Huba sua in loco, qui dicitur Epilinga, cum terris cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumue decursibus, et omnibus adiacentiis, et pertinentiis suis. Haec autem omnia ex integro ad praefatum Monasterium per praesentem auctoritatem nostram tradidimus, atque de iure nostro, in ius et dominationem eius ea transfundimus, ut ab hodierna die et deinceps ob redemptionem animae nostrae et animarum genitoris et genitricis nostrae, nec non et animae dulcissimae coniugis meae, illuc perpetualiter pertineant, et Rectores et Praepositi Monasterii illius inde faciant, atque disponant ad utilitatem eius, secundum quod eis placeat, nullo unquam successore nostro hanc traditionem nostram irrumpente, uel inquietante, sed Deo auxiliante perpetuis temporibus firma et inuiolabilis permaneat. Subuenit praeterea ecclesiae Ottingensi regis munificentia apud HVND. P. III p. 42: pro redemptione animae nostrae ac coniugis parentumque nostrorum, quasdam res proprietatis nostrae in partibus Carentaniae, Sclauiniaeque regionis sitas. Ad sanctum Maximilianum confessorem Christi, nec non et ad sanctam Felicitatem, septem filiorum marty-

3. Monasterio Cremifanensi res tradit proprietatis suae in pago Tunahgovve.

4. monasterio Ottingensi res proprietatis in partibus Carentaniae etc.

martyrum et matrem, tradidimus, quorum corpora, in nouam nostrae aedificationis basilicam ad Otingas collocare in timore et amore Dei omnimodis curauimns; cui uenerabilis abbas Werinolphus praeesse dinoscitur, quatenus in luminaribus eiusdem ecclesiae et in alimoniis pauperum, seruorumque Dei ibidem degentium perpetualiter proficiant in augmentum. Dedimus namque ad praefatas Sanctorum Dei reliquias, locumque nominatum, curtem illam ad Trebinam cum domibus et uniuersis aedificiis, cum mancipiis infra curtem morantibus utriusque sexus nouendecim, cum mansis LXX, cum agris cultis, incultis, pratis, pascuis, syluis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus, immobilibus, et cum omnibus pertinentiis et adiacentiis. Termini uero eiusdem nostrae donationis ita se concludunt. Tendunt in partes occidentales sursum per fluuium Traun usque in eum locum, qui uulgo dicitur ad Buochun: in aquilone inter duos lacus, (qui ibi sunt) se continent. Et in orientem iuxta illum lacum simulque cum lacu usque in eum locum ubi rubea petra e regione eiusdem loci prominet. Et in meridiem usque in riuulum, qui dicitur Durrenpach, et sic usque ad pontem Villach, insuper et montem Sikkovvna. Ad eundem locum praescriptum dedimus, quatenus haec omnia cum omnibus integritatibus suis, ad praefatos sanctos Dei, per hoc praesens praeceptum munificentiae nostrae, sine ulla diminuratione seu molestatione pertineat. Liceatque praenominato abbati suisque successoribus, easdem res ordinare, disponere per omnia, iuxta id quod ipsis fratribusque sub eis degentibus complaceat. §. L.

Apud PEZ. c. l. p. 27 Rex presbytero cuidam Iob res proprietatis suae hac lege donat, ut post obitum illius ad monasterium S. Emerami redeant: quidam fidelis ac dilectus presbyter noster, Iob nomine, culmen Serenitatis nostrae adiit, deprecans; ut ei quasdam res proprietatis in pago, qui dicitur Tonogeuue, in comitatu Engildeonis, in proprietatem donaremus. Nos uero libentissime petitionibus illius satisfacientes propter nimiam seruitutem illius, in nos exhibitam, per hoc praesens praeceptum nostrum in praedicto pago, et in uilla, quae uocatur Samutesbach, donauimus ei duas hobas in proprietatem cum octo mancipiis, cum terris cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumque decursibus. Omnia haec praedicto Iobo, dilecto presbytero nostro in proprietatem dedimus, atque de nostro iure in ius et dominationem eius transfundimus, ea uidelicet ratione, ut ab hodierna die, et deinceps hanc ipsam proprietatem

§. Monast. S. Emerami, res proprietatis in pago Tonogeuue, Iobo ad uitam datas.

omnibus

§. LI. omnibus diebus uitae suae habeat, teneat atque possideat. Post obitum autem illius iubemus; ut res praedictae redeant in potestatem S. Emmerammi martyris Christi. Deo et sancto Bonifacio uillam proprietatis suae Gerstungen cum omnibus suis appendiciis et familia tradidisse dicitur Karolomannus in SCHANNAT. tradit. Fuld. p. 291.

6. Monast. Fuldensi uillam Gerstungen.

§. LI.

Permutationem Rex approbat inter Hittonem, Abbatem Lunaelacens. susceptam et aduocatum eiusdem monasterii

Piarum caussarum opes distrahere non sinunt leges; quare ne permutatio quidem iniussu regis fieri poterat, ut omnis damni suspicio auerteretur. Sic Rex noster complacitationem quamdam inter Hittonem, Abbatem Lunaelacens. et monachos eiusdem monasterii ratam esse iussit in PEZ. c. l. t. I P. III p. 28. CHRON. LVNAELAC. p. 86: quidam uenerabilis ac dilectus Abbas noster, nomine Hitto petiit culmen serenitatis nostrae, ut sibi liceret quandam complacitationem agere cum Monachis in Coenobio, quod Maninsio dicitur, consistentibus: quod etiam constructum esse uidetur in honore B. Michaëlis Archangeli Domini nostri Iesu Christi. Nos autem petitionibus libenter illius aurem accommodantes, permisimus ita fieri, sicut rogauit. Et ideo praefatus Abbas cum manu Aduocati sui tradidit ad supradictum Monasterium proprietatem suam, qualem uisus est habere in loco, qui dicitur Sulzibach cum mancipiis V, cum domibus et caeteris aedificiis, cum terris, agris, pratis, uiis et inuiis, pascuis, siluis, aquis, aquarumue decursibus et cum omnibus integritatibus suis. Econtra uero tradidit Aduocatus S. Michaëlis Ato, memorato Abbati cum consensu et licentia omnium fratrum in eodem coenobio consistentium, omnia beneficia, quae Perhtrammus Presbyter cum sua proprietate complacitauit, usque ad finem uitae suae haberet, id est, ad Kekingon et ad Erlafu, et Chauinga, et Osteringa cum omnibus locis illuc pertinentibus, et cum omnibus integritatibus suis, id est: cum mancipiis utriusque sexus, cum domibus et caeteris aedificiis, cum terris, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumque decursibus. Omnia uero haec praedictus Aduocatus Hittoni Abbati tradidit ea ratione, ut post obitum memorati Presbyteri usque ad finem uitae suae in proprietatem haberet atque possideret, et post discessum eius omnia cum integritate ad praefatum Coenobium conuerterentur meliora. Sed pro firmita-

firmitatis gratia idem Abbas popofcit ferenitatem noftram, ut prae- §. LI.
ceptum noftrum fuperadderemus, ut illius complacitatio firma et inconcusfa perfiftere potuiffet. Nos uero uoluntarie petitionem illius fufcipientes per hoc praefens praeceptum noftrum fancimus, atque iubemus, ut quod ille ad iam dictum Monafterium tradidit, ut hoc deinceps illuc perpetualiter afpiciat, et quod ipfe Abbas ab eodem Coenobio fufcipit, hoc omnibus diebus uitae fuae habeat, teneat, atque poffideat in proprietatem cum omni integritate fua, ea uidelicet ratione, ut poft obitum illius redeant cum omnibus adiacentiis fuis meliorata ad praefatum Monafterium, nullo umquam fucceffore noftro hanc traditionem inrumpente: fed Deo auxiliante perpetuis temporibus falua et inconcuffa permaneat. Addamus aliam complacitationem inter Ambrichonem, epifcopum Ratisbon. et Hittonem abbatem Lunaelac. a rege corroboratam in PEZ. c. l. p. 26: quidam uir uenerabilis Embricho Reginae Vrbis epifcopus, nepos-que illius Hytto, Abbas Monafterii ad Lunae Lacum noftram adierunt excellentiam unacum aduocatis atque primatibus S. Emmerammi, martyris Chrifti, poftulantes, ut ipfis per noftrae licentiae confenfum quandam aptam, utilemque complacitationem facere liceret. Tradidit itaque idem praefatus Abbas Hitto per confenfum noftrum atque Epifcopi praefatae fedis, totiusque familiae ipfius Ecclefiae ad Sanctum Dei martyrem Emmerammum proprietates fuas, quales habuit ad Pergen iuxta Hufhufan et Adalbrichinchouan iuxta Rocchingan in manum praedicti antiftitis aduocatique illius Gundperti cum curtibus, aedificiis, mancipiis utriusque fexus, pecudibus, domibus, agris cultis et incultis, filuis, aquis, aquarumque decurfibus, pratis, pafcuis, quaefitis et inquirendis, mobilibus et inmobilibus, et quae in pofterum in ipfis locis adaugeri potuerint, omnia illuc transfundebat atque donabat, ea namque ratione, quatenus beneficia, quae prius habuit de praefatae fedis Epifcopo iam iamque dicto, id eft: Lentinchouan, Rodratinchoua, Aregifinchoua, Hardheim, Efcinbach, Ergoltesbach, Coginbach, Benninchoua, Pitenchoua cum uniuerfis pertinentiis atque adiacentiis eorundem locorum firmiter in proprietatem teneat, atque poffideat, unacum fupra nominatis atque traditis proprietatibus usque in finem uitae fuae fine ulla diminoratione uel mutatione. Poft obitum uero fuum integriter cuncta maneant in poteftate S. Emmerammi, et prouiforis eiusdem Ecclefiae.

2. inter Ambrichonem, epifcopum Ratisbon. et Hittonem, abbatem Lunaelac.

§. LII. 3. inter eundem episcopum et Adalfridum. Cuius rei gratia hoc praesens praeceptum nostrae auctoritatis scribere iussimus, per quod decernimus, atque omnino iubemus, ut haec ipsa complacitatio per cuncta tempora inuiolabilis permaneat. Nec eam taceamus complacitationem, quam apud PEZ. c. I. p. 247 permittente Rege deprehendimus peractam: comperiat plurimorum sagacitas fidelium, qualiter quidam Regis uassus, uir quoque uenerabilis nomine Adalfridus tradidit ad S. Emmerammum portiones haereditatis suae exinde conplacitando beneficium quoddam. Tradidit igitur paulo superius commemoratus nobilis ad praefatum sanctum Dei martyrem proprietates suas, quales habuit ad Gimundin et ad Adinhard. Cum areis namque ac domibus, territoriis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, et mancipiis VIII. id est, Ditolf, Hiltipirc, Rihhilt, et filii eius duo, Liutto, Gerhoh, Perehtman. Omnia integriter illuc transfudit in manum reuerentissimi Praesulis Ambrichoeis, aduocatique eius Gundberti. Ea uidelicet ratione; quatinus beneficium ad Vtilinga firmiter in proprio obtineat usque ad finem suum. Post obitum uero suum ex integro relaxetur in pristinam potestatem. Hoc autem actum est cum consensu praedicti prouisoris sanctae Dei Ecclesiae, strenuissimo Rege Karlomanno permittente iam anno secundo regnante in Bauuariorum regione, in Longobardorumque primo. Et isti sunt, qui hoc per aures tracti testificantur etc.

§. LII.

Mundiburdii ac immunitatis tabulae indulgentur monasterio Ticinensi S. Mariae Theodotae. Religiosa collegia tutelae regis se commendare ualde studebant; quum uarias cum illa coniunctas nossent immunitates. Praeceptum immunitatis Ticinensi Parthenoni S. Mariae Theodotae concessum promit MVRATOR. t. V p. 945: quidam uenerabilis uir Heimo Episcopus Bellonensis Ecclesiae adiit celsitudinem nostram, postulans, ut quoddam Immunitatis praeceptum sorori suae Rihsuindae Abbatissae Monasterii Sanctae Mariae Dei Genitricis, quod dicitur Theodotae, situm in Vrbe Ticinensi, pro diuersis utilitatibus eiusdem Monasterii fieri iuberemus. Nos uero eius petitiones rationabiles fieri conspicientes, hoc Immunitatis Praeceptum praefatae sorori suae conscribere iussimus. Per quod omnino determinantes iubemus, ut eadem Abbatissa praenominata, soror uidelicet iam dicti Episcopi, et dilecti fidelis nostri, degens sub Regula Sancti Benedicti,

dicti, id Monasterium cum omnibus adiacentiis, iure ac legaliter adquisitis, usque in finem uitae suae teneat atque possideat. In- §. LII.
super ergo omnes res qualcumque Monasterium idem longo tempore possedit, aut postea iuste ac legaliter tam emptione, donatione, quam fidelium oblatione adquisiuit, ac deinceps iuste et legaliter adquirere potuerit, tranquillo iure per hoc nostrae auctoritatis Praeceptum teneat. Et ut liceat eidem Cenobio secundum Regulam Sancti Benedicti de propria Congregatione Abbatissam eligere: sintque cunctas res eiusdem Monasterii tam homines quam cetera pertinentia sub Regali seu Imperiali Immunitate defensae. Et si necessitas fuerit, de rebus et familiis ipsius per inquisitionem Regalem rei ueritas approbatur. Haec uero omnia, quae praelibauimus, et quaecumque antecessores nostri felicissimi Imperatores Hlutharius uidelicet Patruus noster, et Hludouicus Consobrinus noster, per praecepta Immunitatis, atque illorum confirmationis eidem sancto loco contulerunt, pleniter atque securiter, salua omni iustitia eiusdem Monasterii, per praesentem auctoritatem nostram ob amorem Dei, Deique genitricis Mariae, nec non et uenerabilem petitionem di- 2.
lecti fidelis nostri Heimonis, concedimus atque confirmamus. Ad- S. Christi-
dimus huic chartae praeceptum regis nostri tutelare monasterio sanct. nae,
Christinae concessum in BALVZ. t. II Capitul. pag. 1504: quod nos tam diuino tacti instinctu quam sempiternae retributionis compulsi intuitu ad repropitiandum nobis nostrisque parentibus coelestem Regem et dominatorem omnium, beatae uirginis et martyris Christinae coenobium in Italico regno constructum haud procul a curte regia, quae Ollona dicitur, ubi uenerabilis Abba Trasoaldus praeesse uidetur, cum omnibus qui sub cura et ditione ipsius sunt famulis Christi, cunctisque rebus ac familiis ad eundem locum respicientibus, sub nostrum mundeburdum et perennem tuitionem suscepimus. Confirmamus quoque solemniter et per hanc nostrae auctoritatis paginam corroboramus quicquid eidem uenerabili monasterio in rebus mobilibus et immobilibus a tempore constitutionis suae usque in praesens ex dono priscorum Regum Reginarumque tam antecessorum quam propinquorum nostrorum seu aliorum quorumlibet fidelium largitione, collatione, uel qualicunque oblatione diuina pietas contulit aut largiri dignabitur in posterum, ut habeant illud atque possideant famuli Christi iure quieto ac pacifico sub nostrae im-

§. LII. munitatis protectione illaesi iugiter permanentes, et pro nostri statu regni altissimum rogantes, omni nostra heredumque nostrorum ac successorum molestatione, inquietudine, uel subtractione remota. Volumus denique ut quotienscunque uel undecunque opus habuerint, de rebus et famulis eiusdem monasterii tamquam de dominicatis nostris per publicos exactores inquisitio fiat. Illud quoque omnimodis interdicimus, ut in domibus et in cellulis eiusdem coenobii ex hoc nunc et in posterum nullus mansionaticum, teloneaticum, ripaticum, aut aliquas publicas functiones exquirere audeat; nullamque in commenditis eorum liberis ac seruis, massariis, libellariis, aldionibus contra legem uiolentiam inferat, aut eos potestatiue distringere aut pignorare praesumat. Quod qui fecerit, subiectam immunitionis nostrae poenam componere cogatur. Quia uero supra taxatum monasterium cum sit aliis substantia in fame, et tamen hospitum et peregrinorum susceptioni paratissimum, ob hoc ad maiorem nostrae mercedis emolumentum conferimus atque donamus ad Dei seruorum inibi degentium supplementum partem terrae de gualdo nostro quod Susmate dicitur, et pertinet de curte regia Salluciola, et est per mensuram legitimam ad iuges centum quinquaginta de terra permisona, habens fines ab ortu solis ipsum gualdum Susmate, et massarius praedictae curtis Salutiolla a meridie et occidente uallem Guidam et Lenatum percurrentem ab Alapallone locum et gualdum Susmate. Ipsam terram per infras - - - - praefato sanctuario mancipamus atque largimur in perpetuum possidendam, omni publica repetitione sopita.

3. Brixiensi S. Saluatoris. In MARGARINI bullario Casinensi t. II p. 34 monasterium S. Saluatoris Brixiae ab incommodis solitis liberatur: Ermengarda Abbatissa ex Monasterio Domini Saluatoris in Vrbe Brixia, quod dicitur nouum, per manus Venerabilis Episcopi Antonii eiusdem Ciuitatis, detulit obtutibus nostris praecepta immunitatis eiusdem praefati Monasterii, non solum Caroli Bisaui nostri, Magnique Augusti, sed et omnium antecessorum nostrorum Venerabilium Imperatorum, usque ad nos; postulans, ut ipsa praecepta piissimorum Augustorum per nostram Regalem confirmaremus auctoritatem: Nos uero ob amorem Domini, et Saluatoris nostri iussimus hoc praeceptum nostrae immunitatis fieri, per quod decernimus, atque omnino iubemus, ut nullus Iudex publicus, uel quislibet de Iudiciaria potestate, tam Curtes, quam res supradicti Monasterii, quae nunc tempore, legitimo ordine posside-

possidere uidetur, uel ea, quae diuina pietas adhuc ibi augere uoluerit, ad causas audiendas uel freda exigenda, seu mansiones, aut paratas faciendas, uel fideiussores tollendos, neque ullas redhibitiones publicas requirendas, nullo umquam tempore ingredere, uel exercere ullatenus praesumat; sed sub immunitatis nomen, cum omnibus fredis concessis, liceat Rectricibus ipsius Monasterii quiete uiuere, et sedere, et pro remedio animarum nostrorum Parentum, ac pro nobis, Coniuge, et prole misericordiam Dei iugiter exorare. Insuper concessimus ad id Monasterium per hoc nostrum praeceptum, pro nostra aeterna mercede, Curticellas, quas ipsa petiit praedicta Abbatissa, id est Canellas, Bogonago, Trepentio, et Piscaria de Sermione, et Curticellas, quas Aduocatus debet habere, id est campum Gumulfi, Perrego, Prato Capnoli. Haec enim omnia, cum omnibus integritatibus earundem rerum, et cum omnibus pertinentiis, et adiacentiis suis mobilibus, et immobilibus, quaesitis, et inquisitis ad id Monasterium tradimus, atque transfundimus, quatenus sine ulla molestatione, uel minoratione alicuius, sub nostrae immunitatis nomen, illuc perpetualiter ad sustentationem Ancillarum ibidem Deo militantium pertineant, et in aucmentum proficiant. §. LIII.

§. LIII.

Res a Carolomanno uiuente patre gestas iam exposuimus §. XXII sq. Dum post obitum Ludouici Germanici Ludouicus filius cum Carolo Caluo arma confereret, Carolomannus nec ad fratres, nec ad patruum suum Carolum Imperatorem, sicut ei mandauerat, uenit, occupatus in belligeratione contra Winidos. Ita ANNALES BERTIN. ad a. 876. ANNALES FVLDENSES addunt: Carlmannus et Hludovvicus atque Carolus Ludouici regis filii in pago Reciensi conuenientes, paternum inter se regnum diuiserunt, et sibi inuicem fidelitatem seruaturos esse sacramento firmarunt, cuius sacramenti textus theutonica lingua conscriptus in nonnullis locis habetur. ANNALES METENSES haec ita explicant: post haec conuenerunt tres supradicti fratres in loco, qui dicitur Saulifelt, ibi diuiserunt paternum regnum: Carolomannus sortitus est Baioariam, Pannoniam, et Carnuntum, quod corrupte Carantanum dicitur, nec non et regna Slauorum, Beheimensium et Marahensium: Ludouicus

Regni administratio politica.

Ludouici Germanici filii regnum paternum inter se diuidunt.

§. LIII. Orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam et partem regni Lotharii: porro Carolus Alemanniam et aliquas ciuitates ex regno Lotharii. De loco Saulifelt sententiae diuersae. Alii eum in Thuringia quaerunt, alii in regno Lothariensi. A uero propius abesse uidentur, qui pagum Reciensem maioris pagi Nordgouiae partem, et Sualefeldam ad Almonam in dioecesi Eistettensi sitam existimant. Conf. FALKENSTEIN. in analect. Thuringo-Nordgauiens. P. VIII n. 4 *von der a.* 976, *von des Königs Ludouici I oder Germanici drey nachgelassenen Söhnen, Carolomanno, Ludouico und Carolo auf dem Nordgau vorgenommenen Reichs- und Länder-Theilung.*

2. Carolomannus regno Italiae potitur. Carolomannus deinde de regno Italiae acquirendo cogitauit. Felices eius progressus ANNAL. FVLD. ad a. 877 commemorant: Carolus Galliae tyrannus, aestiuo tempore cum exercitu Italiam petiit, et Ticini residens magnopere nisus est, qualiter Carlmanno illuc aduentanti aditum denegaret in illam prouinciam. Carlmannus uero cum manu ualida Noricorum diuersorumque Sclauorum Italiam ingreditur, contra Carolum dimicare uolens. Quod cum Carolus comperisset, ilico (iuxta consuetudinem suam) fugam iniit. Omnibus enim diebus uitae suae ubicunque necesse erat aduersariis resistere; aut palam terga uertere, aut clam militibus suis effugere solebat, et in eodem itinere dysenteriae morbo correptus, cum magna periit tristitia. - - - Carlmannus optimates Italiae ad se uenientes suscepit, et disposita, prout uoluit, regione, reuersus est in Baioariam. ANNALES BERTIN. in huius quoque rei narratione nimium indulgent Carolo in detrimentum ueritatis: „nunciatum est non incerta relatione, Carolomannum Hludovvici fratris sui filium cum maxima multitudine bellatorum super eos uenire. Quapropter relinquentes Papiam, uenerunt ad Tardunam. Et consecrata Richildis a Papa Ioanne in Imperatricem, mox retrorsum fugam arripuit cum thesauro uersus Moriennam. Imperator autem aliquandiu una cum Ioanne Papa in eisdem locis immorans, expectauit Primores Regni sui, Hugonem Abbatem, Bosonem, Bernardum Aruernicum Comitem, itemque Bernardum Gotiae Markionem, quos secum ire iusserat. Qui una cum aliis Regni Primoribus (exceptis paucis, et Episcopis) aduersus eum conspirantes coniurauerant. Et comperiens eos non uenturos, ut audierunt ipse, et Papa Ioannes appropinquare Carolomannum, Imperator post Richildem fugam arripuit, et Papa Ioannes uersus Romam

concite

concite festinauit. Per quem Carolus Imperator imaginem Saluatoris in cruce fixi ex auro multi ponderis fabrefactam, et gemmis preciosis ornatam, Sancto direxit Petro Apostolo. Carolomannus uero mendaci nuncio audiens quod Imperator, et Papa Iohannes super eum cum multitudine maxima bellatorum uenirent, et ipse fugam arripuit per uiam, quam uenerat. - - - Carolomannus pene usque ad mortem infirmatus, et lectica delatus ad propria, per annum ita iacuit, ut a multis fuerit desperatus.„ Turbatus Italiae status regisque nostri fortuna describitur etiam in formulis uet Alsaticis. Nam c. XXVI Brixiensis ecclesiae pastor (qui forte Antonius erat, ex Iohannis VIII P. epistolis notus) dilectissimo et religiosissimo consacerdoti et firmissimo amico N. episcopo ita scribit: Obsecro fidelitatem uestram, ut ueraciter mihi et diligenter demandare dignemini, quomodo se summa rerum habeat, quam pacati inter se Domini nostri Reges sint, id est filii Hludouici, qualemcunque pacem ad consobrinum suum filium K. conseruent: *quia nos habitatores Italiae, et potius inquilini seu quod potissimum ueritas ipsa testatur, praeda nunc horum, nunc illorum, aegre nimis expectamus, donec inter se concorditer adinueniant, cuinam prouinciam illam concedere uelint; ut illi, prout oportet, singulariter subiiciamur.* Episcopus ille anonymus cap. XXV respondet: De perturbatione uero Italiae tum propter uestram et Ecclesiarum Christi inquietudinem et uastationem, tum etiam propter nostra detrimenta nimium contristamur: quia pauperrima et arida prouincia nostra quid amplius habitura est matre diuitiarum suarum direpta. Sed Dei misericordia confidimus hanc tempestatem in breui serenandam; nam sicut demandastis mihi, ut de Regni pace et statu uobis certi aliquid significarem, et qualem pacem ad inuicem inseruarent, tres fratres filii nostri Domini Hludouici, et utrum nepotem et consobrinum, immo compatruelem suum filium K. in societatem suam asciuissent? notum facio dilectioni uestrae, quia tres illi fratres, ita se mutua charitate complectuntur, ut summam Trinitatem, mediam inter illos diuersari credamus. A Deo omnia, quae ad illos seu priuato, seu publice pertinere uidentur, humanas res uota supergrediuntur: et unusquisque eorum si posset, et potest fieri, plus alios quam se ipsum diligit, et diligeret. *Et Domnus quidem K. cum fratre Hl. Hludouici iunioris, id est Galliam Lugdunensem et Treuirim cum omni Mosellana regione, nec non Agrippinensem Prouinciam, et Burgundioniam* *inter*

§. LIII.

Formulae uet. Alsat. de turbis loquuntur Italiae,

§. LIII. quae Carlmanno regenda committitur. *inter se diuidendas acceperunt. Italiam uero et Thusciam, et omnem Campaniam Domno K. regendas commiserunt, qui etiam modo sanitate indulta, et indepta, quandocius uos per gratiam Dei uisitabit, et omnem aduersarium et praedonem de uestra prouincia fugabit.* A. 878 Carlmannus partem regni Hlutharii, quam priori anno a fratribus sibi retinendam acceperat, Hludouuico reddidit. - - - Lantbertus Widonis filius, et Adalbertus Bonifacii filius Romam cum manu ualida ingressi sunt, et Iohannê Romano Pontifice sub custodia retento, optimates Romanorum fidelitatem Carlmanno sacramento firmare coegerunt. Quibus inde discedentibus idem Pontifex domum sancti Petri ingressus, omnes thesauros quos ibi reperit, ad Lateranis transtulit, et altare sancti Petri cilicio cooperuit, et cuncta ostia eiusdem Ecclesiae clausit. nullumque ibi officium ad Dei cultum pertinens per plures dies celebratum est, et (quod dictu nefas est) omnibus undique illuc causa orationis conuenientibus negabatur introitus, erantque ibi omnia confusa. Memoratus autem Pontifex conscensis nauibus per mare Tyrrenum regnum Caroli intrauit, ibique per totum pene moratus est annum. Tandem assumpto Bosone Comite, qui propria uxore ueneno extincta, filiam Hludouuici Imperatoris de Italia per uim rapuerat, cum magna ambitione in Italiam rediit, et cum eo machinari studuit, quo modo regnum Italicum de potestate Carlmanni auferre, et ei tuendum committere potuisset. PETRVS bibliothecarius in hist. Franc. ad a. 878 mens. Januar. inquit: Lanthbertus, Widhonis filius, et Adalberthus, Bonifacii filius, ualida manu Romam uenerunt, Pontificem uinculis redegerunt. Primores populi Romani coegerunt, ut Carlomannus pro Caesare haberetur. ANNAL. FVLD. ad a. 879: Hludouuicus Rex natale Domini celebrauit in Forahheim, inde in Baioariam profectus est inuisere Carlmannum, qui graui detinebatur infirmitate. Nam paralysi morbo correptus usum loquendi amisit. Ibique optimates eiusdem regionis ad se uenientes suscepit, ea uidel. ratione, ut post obitum Carlmanni nullum alium super se regem susciperent, uel regnare consentirent. - - - - Carlmannus autem tandem Hludouuicum ad se accersiuit, et quoniam loqui non poterat, ei seipsum et uxorem et filium uniuersumque regnum scripto commendauit. Cui Rex Episcopatus et Abbatias et Comitatus ad seruitium delegauit; et disposita, prout uoluit, regione, rediit in Franciam.

3. Partem regni Lotharii reddit Carlom. Fratri Ludouico.

4. Lamberto et Adelberto auxiliantibus, Romani Carolomanno sacramentum fidelitatis exhibere coguntur. Pontifex Bosoni comiti regnum Italiae tribuere tentat.

5. Carolomannus moribundus regnum et suos Ludouico fratri commendat.

§. LIIII.

§.LIIII. LV.

§. LIIII.

Quisquis Carolomanni diplomata accuratius intueri haud grauatur: is uaria, quae ad ſtatum cum publicum, tum priuatum illuſtrandum ualeant, deprehendet. Multa iam in re diplomatica Ludouici Germanici delibauimus. Nunc digitum tantummodo ad aliqua loca intendere liceat. Saepiſſime reges emolumenta fiſci concedunt ecclesiis. Charta Carolomanni in MVRATOR. c. l. t. I p. 927 commoda iſta ſpeciatim enumerat: *annonam, uinum, caſeum, pullos, oua, caſtanearum fructus que meſſis que lentibus gignitur pluſtatica* (obſcura) *calcem, uenationes.* Huiusmodi bona fiſci interdum dicuntur *ius publicum.* In VGHELL. t. II p. 145 rex largitur Wibodo, epiſcopo Parmenſi, *omne ius publicum et teloneum, atque diſtrictum eiusdem ciuitatis et ambitum murorum in circuitu, nec non et pratum regis non longe ab ipſa eadem ciuitate in integrum ſicut noſtrae publicae ac regiae pertinet poteſtati. Terram iuris publici* in comitatu Placentino accipit monaſterium S. Reſurrectionis, in MVRATOR. c. l. t. I p. 929. Mundeburdium regium in coenobio Bobienſi id efficiebat, ut *monachi nullas publicas excubias, nullas paratas uel angarias facere ſiue perſoluere cogantur, nullas pontium nouas uel ueteres ſtructiones ſeu reſtructiones cogere uel renouare compellantur.* A terris ac reditibus fiſci, quae quidem ad imperium, non autem ad dominium regis, pertinent, diſcernuntur bona hereditaria ac res proprietatis regis, de quibus rex, ut liber rerum ſuarum arbiter, ſtatuit. Sic et *loca hereditatis ſuae* monaſterio Chremiſenſi tradidit. RETTENPACHER p. 32. *Territorii* in loca Deo dicata translati termini diligenter ſignabantur, accitis comitibus, qui illud uel *circumequitarent*, uel *circumirent*. RETTENPACHER. c. l. Seruos dono datos fuiſſe, notiſſimum. *Barſchalcum* unum cum huba ſua acquirit monaſterium Chremiſenſe apud RETTENPACHER. p. 34. *Schalc* ſeruum ſignificat; *bar* uero liberum. Hinc conficitur, *barſchalcos* melioris conditionis reliquis ſeruis fuiſſe. Quum ſerui ac liberi ſimul eſſe nequeant, medium genus hominum libertorum ſcil. conſtituere uidentur. uid. SCHILTERI gloſſar. h. u.

Iura fiſci.

2. ius publicum.

3. Res proprietatis.

4. Barſchalci.

§. LV.

Minarum atque poenarum formidinem non omittunt tabulae Carolomanni. HVND. t. III p. 42: *Si quis uero (quod abſit) hoc praeceptum*

Poenarum formido.

§. LVI. *ceptum donationis nostrae infringere disposuerit: primum iram Dei sanctorumque eius incurrat, et in die iudicii tremendi, pro hac ipsa temeritate redditurus rationem ante Dominum fiat.* DACHER. t. II spicileg. p. 938: *Si quis uero, quod minime credimus, ipsa sua loca, eorumque pertinentia, seu seruos Dei inibi supernae famulantes Maiestati laedere aut inquietare, seu ex collatis minuere uel auferre praesumserit, duplum eis restituat, insuper componat pro praesumptione pondera auri probatissimi libras duodecim.* MVRATOR. t. V antiquit. Ital. p. 502: *Si quis autem, quod non credimus, ex heredibus uel successoribus nostris hanc nostram in diuino famulatu donationem atque munificentiam infringere aut uiolare temptauerit, centum libras auri probatissimi componere compellatur, medietatem Palatio nostro, et medietatem supra taxato uenerabili loco, et quod repetit, irritum sit.* IBID. t. V p. 946. MVRATOR. c. l. t. I p. 930: *Quod si quis contemptor, aut uiolator extiterit huius Praecepti, et res easdem iniuste inuadere presumpserit, aut Seruos uel Ancillas iniuste constrinxerit, seu et Liberos homines res illas possidentes, trecentos Mancusos auri rectissimi ponderis exsoluat, medietatem Palatio nostro etc.* *Mancusas* siue mancusos a *marcis* haud differre, docere conatur DV FRESNE in glossario hac uoce. Charta VGHELLIANA t. I p. 799 utitur etiam uocabulo *marcae*, quod tabulis nostris reliquis obscurum. In diplomate BALVZIANO capitular. append. p. 1505 et in VGHELLIANO t. II p. 146 mulcta dimidia *Camerae* regis inferri iubetur, quae in aliis tabulis *palatio* regio uindicatur.

§. LVI.

Preces. Pro beneficiis in collegia religiosa collatis Rex, ritu antiquo, preces piorum postulat atque exspectat. In DACHERII t. II Spicileg. p. 398: *Sed liceat eis quiete uiuere, et pro nobis ac pro nostris antecessoribus semper ipsam exorare sanctam Trinitatem, in cuius honore haec ipsa eorum Ecclesia constat esse dicata.* MVRATOR. t. V antiq. Ital. p. 502: *altissimum Dominum iugiter exorantes tam pro nostre anime salute, quam et pro diue memorie genitoris, fratris, ac consobrini nostri piissimorum Principum eterna requie.* IBID. t. VI p. 305: *quae nos uniuersa idcirco concessimus et perdonauimus pro nostra et Coniugis nostrae, nec non piissimorum Antecessorum nostrorum salute, totiusque regni nostri augmento et stabilimento, deuotius et delectabilius omnia exclusa necessitati causa*

uel

uel occasione ualeant supplicare. IBID. t. V p. 946: *Liceatque eidem sanctae Congregationi perpetualiter quiete et securiter sine ulla molestia et inquietudine pro nobis ac coniuge nostra, diuinam exorare clementiam.* MARGARINI bullar. Casin. t. II p. 34: *Sed sub immunitatis nomen, cum omnibus fredis concessis, liceat Rectricibus ipsius Monasterii quiete uiuere, et sedere, et pro remedio animarum nostrorum parentum, ac pro nobis, Coniuge, et prole misericordiam Dei iugiter exorare.* §. LVII. LVIII.

§. LVII.

In calce tabularum mentio fit, ut moris est, subscriptionis et annuli. Vocabulum *sigillare* nunc frequentius adhibetur: *Et ut haec auctoritas nostrae confirmationis (donationis, largitatis, complacitationis) firmiorem in Dei nomine habeat tenorem (uigorem), manu propria nostra subter eam confirmauimus et annulo nostro sigillari (assigillari) iussimus.* In MVRATOR. t. I antiquit. Ital. p. 932 legimus: *Et ut uerius credatur, diligentiusque ab omnibus obseruetur, manu propria subter confirmauimus et annuli nostri impressione insigniri praecepimus.* In BALVZ. append. t. II cap. p. 1504: *Et ut haec nostra promulgatio siue largitio perenni stabiliatur robore, manus nostrae monogrammate subter illam adnotamus et ex annulo nostro insigniri iussimus.* In MVRATOR. c. l. t. V p. 501: *Vt autem hoc nostrae auctoritatis atque largitatis praeceptum pleniori robore cumuletur, manus proprie adnotatione insignitum annulo nostro sigillari praecepimus.* VGHELLIANA charta t. V Ital. Sacr. p. 699 ut in reliquis, ita etiam in hac formula nonnihil habet insueti: *sigillo nostro sigillari iussimus.* Subscriptionis et annuli mentio.

§. LVIII.

Subscriptio regis his uerbis plerumque concepta reperitur: *Signum domini Karlomanni Serenissimi regis.* In DACHERII spicil. t. II p. 938 exstat: *signum manus Domni Carlomanni Serenissimi regis.* Vox *Domini* interdum omittitur aut certe desideratur. *Serenissimi* elogium aliquando commutatur cum uocabulis *inuictissimi* et *piissimi.* Subscriptionis regiae formula.

Quod ad ipsum signum siue monogramma attinet, MVRATOR. t. I antiquit. Ital. p. 928 memorat, PANVINIVM in libro de Roman. principibus duplex Carlomanni monogramma attulisse. Haud rarum, diuersa unius eiusdemque regis reperiri monogrammata; sed 2. Monogramma duplex.

§. LVIII. unum uerum, reliqua falsa. At in chartis Carolomanni, quod utique singulare, duas saltem monogrammatum figuras inter se dissimiles admittere necesse habemus, nisi codicillos sinceros in discrimen perperam uelimus adducere. Alterum scilicet et frequentius schema, fundamenti instar habet literam M, literis reliquis uel affixis uel appositis. uid. n. 4. Exhibetur istud in MVRATOR. t. I antiq. Ital. p. 929 et t. V p. 945. HVND. Metrop. Salisb. t. III p. 42. Ab hac forma non recedunt exempla in MVRATOR. c. l. t. I p. 931 et t. V p. 501 allata, nisi quod prius sustentaculum literae M oblique positum conspiciatur ac litera N alio charactere signetur. uid. n. 5. Alterum uero monogrammatum Karlomanni genus literis K et N iuxta se positis ac linea transuersa connexis constat; reliquae literae adduntur, ut effigies n. 6 ostendit, quam in MVRATOR. c. l. p. 927 pictam deprehendimus. Sed, ut uerum fateamur, *Karlomannus* inde uix potest colligi, ac litera I superflua uidetur. Chartae VGHELLIANAE (t. I Ital. sac. p. 145), non extra omnem teli critici iactum positae, monogramma adiicitur ad priorem speciem minus accurate delineatum. uid. n. 7. In Archiuo ecclesiae Romanae S. Paulli asseruatur codex bibliorum ab Ingoberto Carolo Regi oblatus. Praefigitur codici imago regis in solio sedentis. Sinistra globum imperii monogrammate signatum tenet. Reliqua exhibet figura in MABILLONII Itinere Italico cernenda, unde eam ECCARD. Commentar. rer. Franc. t. II p. 623 indidit. Adscripti sunt uersus:

3. de monogrammate uetustae alicuius picturae.

Rex Coeli dominus solita pietate redundans,
Hunc Carolum Regem terrae dilexit herilem.
Tanti ergo officii ut compos ualuisset haberi,
Tetrasti impleuit uirtutum quatuor almo,
Imminet hic capiti de uertice cuncta refundens.
Denique se primum, tunc omnia rite gubernat,
Prudenter, iuste, moderate, fortiter, atque
Hinc inde angelico septus tutamine sacro,
Hostibus ut cunctis exultet pace repulsis.
Ad dextram armigeri praetendunt arma ministri,
Ecclesiam Christi inuictus defensor in aeuum,
Armipotens magnis quis ornet saepe triumphis.
Nobilis ad laeuam coniux de more uenustat,
Qua insignis proles in regnum rite paretur.

Sequitur

Sequitur deinde Prologus libri, a MARGARINO integer relatus, in quo inter caetera haec leguntur: §. LVIII.

Haec namque inuenies praesenti pagina libro,
Quem tibi quemque tuis Rex Carolus ore serenus
Offert, Christe, tuisque cliens et corde fidelis.
Eius ad imperium deuoti pectoris artus
Ingobertus eram referens et scriba fidelis,
Graphidas Ausonios aequans superansque tenore
Mentis, ut auri comum decus illi crescat in aeuum:
Quem fecit priscos Christus transire Monarchas,
Et sibi cognouit, duce Christo, sceptra tenere.

CORNELIVS MARGARIN. in inscriptionibus antiquis basilicae S. Pauli, NICOL. ALEMANNVS in libro de parietinis Lateranensibus, et PAPEBROCHIVS in hac pictura Carolum M. sibi uidere uidentur. MABILLONIVS nihil hic certi pro Carolo M. neque pro Caluo elici posse putat. ECCARDVS cit. loc. ostendere conatur, certi quid pro Carolomanno Rege concludi posse. „Nomen eius „in Monogrammate clare satis extat. Carolomannus prole carebat, „eam tamen ex Regina, Ernesti Ducis filia, sperabat. Hinc conue„nit in eam uersus uotiuus: *Qua insignis proles in regnum rite paretur.* „Hoc uero uoto neque Carolo M., neque Caluo opus erat, qui pro„lem habebant. Conuenit etiam Carolomanno, quod *hostes pace* „*repulerit;* ii enim, qui aduersi erant, Carolo Imp. mortuo, in pace „ad ipsum Papiam uenerant. *Cognouit* Carolomannus *duce Christo* „*sceptra tenere*, qui in Diplomate Casauriensi dicit, *Deo duce* se regnum „Italicum obtinuisse et Papiam uenisse. Nec turbare nos debet, „quod Carolomannus in uersibus *Carolus* appellatur, *Carolomannus* „enim diminutiuum est nominis *Caroli;* et EVTROPIVS Presbyter, „uetus scriptor, eundem Carolomannum *Carolum* uocat. Assumen„dum Ingoberto hoc nomen fuit, quia illud *Carolomanni* uersum com„mode non ingrederetur.„ Monogramma, quod uid. n. 8, Eccardo haec uerba exprimere uidetur: CAROLOMANNVS REX BAioariae. BA illud quidem inferius in monogrammate extans ceteris obscurius est.

§. LVIIII.

Archicancellarius unicus Theotmarus.

Karolomanni noſtri tabulas recognouit Archicancellarius unicus ac perpetuus *Theotmarus*, Archicapellanus et Archiepiſcopus Iuuauenſis, quem deprecante rege pallium a pontifice impetraſſe, diximus §. XXXXVII, 2. De controuerſia inter hunc antiſtitem et Methodium, Marauenſis ac Pannonienſis eccleſiae metropolitanum, agitata, uid. HANSIZ. Germ. ſacr. t. II p. 139 ſq. add. epiſtola Theotmari Iuuauenſis, eccleſiae archiepiſcopi, aliorumque epiſcoporum ad Iohannem Pontif. de Slauis ad fidem Chriſtianam conuerſis et eorum archiep. et epiſcopis, in HARDVINI act. Concil. t. VI P. I p. 126. Theotmaro praeſto fuit Cancellarius *Waldo*, poſtea epiſcopus Friſingenſis. a. I regni Karlom. *Waldo Cancellarius ad uicem Diotmari rec.* RETTENPACHER. p. 32. a. II *Baldo Cancellarius regis ad uic. Theogmari archicapell. rec.* DACHERII t. II p. 938. *Baldo Cancell. ad uic. Theotmari Archiep. ſummique capellani rec.* MVRAT. t. V antiq. p. 501. t. VI p. 303 *Baldo Cancell. ad uic. Theotmari Archicancellarii rec.* IB. t. I p. 927. *Baldo Cancell. ad uic. Theotmari Archicap. rec. et ſubſcr.* IB. t. V p. 945. *Baldo Cancellarius ad uicem Thigtmari Archicapellani rec.* IB. t. VI p. 363. *Baldo Cancellar. ad uic. Theotmari Cancellar. rec.* RETTENPACHER. p. 34. Inuſitatum, *Cancellarium* ad uicem alterius *Cancellarii* recognoſcere. Scribendum forte ad uicem Theotmari Archicancell. A. III regni Karlomanni *Madaluinus Notarius* ad uicem *Theotmari* recognoſcere coepit. *Baldonem* abhinc non reperies, ſi chartam excipias BALVZIANAM d. VIII Kal. Maii a. III datam. *Madaluinus* etiam *Mandaluinus* ſcribitur, item *Mandouin.* in VGHELL. t. V p. 699. MALLINKROT. de Archicancellariis Imp. p. 253 *Baldonem* quoque Archicancellarium Carolomanni fuiſſe putat. Succurrit enim diploma in HVND. t. III p. 41, quod a. I regni *Madalwinus Not. ad uicem Baldonis Cancellarii* recognouit. Accedit charta in VGHELL. t. I p. 798, ubi *Baldo Cancellarius authentico contineri recognouit.* Sed utrumque documentum ſuſpectae fidei uidetur.

2. Baldo cancellarius; dubium, an fuerit archicancellarius?

§. LX.

Sigillorum penuria.

Sphragiſtica Carolomanni uacat. Non dubitamus, quin nonnulla eorum diplomatum, quae paſſim produximus, ſuis etiam nunc munita

munita sint sigillis; sed iis, qui chartas diuulgarunt, sigillorum imagines delineare non placuit. Optamus, ut haec lacuna rei diplomaticae regum Germaniae, ut par est, expleatur. MVRATOR. in charta t. V antiquit. Ital. p. 501 recitata, sigillum cereum conseruatum testatur, sed illud nec describit, nec pingit. In quibusdam tabulis locum sigilli cerei deperditi indicasse, sat erat. §. LXI.

§. LXI.

Temporis rationes in Carolomanni libellis ad duas dirigantur epochas, quarum altera a Ludouici Germanici morte decurrit, altera ab initiis regni Italici; ita, ut epocha regni Bauarici unico anno anteuertat regnum Italicum. Temporis punctum, quo Carolomannus in Italia potestatem regiam adeptus est, accurate definire studuit MVRATOR. t. I antiquit. p. 931: Vt certius teneamus, inquit, annos regni a Carlomanno initi, accipe, quae in tabulis urbis Lucensis animaduerti. Ibi Charta legitur scripta *Regnante Domno nostro Karlomanno piissimo Rege, Anno Regni eius, postquam Deo propitio in Italiam ingressus est, Primo, pridie Idus Nouembris, Indictione duodecima;* in qua Gerardus Episcopus quaedam praedia permutat, et Adalbertus Dux ad ea aestimanda quosdam uiros mittit. Is est Annus DCCCLXXVIII. Altera Charta exarata fuit *Regnante* etc. *Anno Regni* etc. *Secundo. VI Kalendas Martias, Indictione Duodecima*, et alteram permutationem complectitur cum hisce uerbis: *Super hac commutatione secundum legem direxit Gherardus Episcopus Misso suo, id est Saxso Archipresbitero etc. et Adalberto Comite direxit Misso suo* etc. Is est Annus DCCCLXXIX. Rursus est Charta scripta *Anno Secundo, III Nonas Septembris, Indictione Terciadecima*, cuius en prima uerba: *Manifestus sum ego Ildebrando in Dei nomine Comes filius bonae memoriae Eribrandi* etc. Designatur heic Annus DCCCLXXIX. Hisce adiunge Diploma eiusdem Carlomanni, editum in Chronico Casauriensi part. II Tomi II Rer. Italicar. et promulgatum *Decimo septimo Kalendas Nouembris, Anno Secundo Regni Carlomanni Indictione Decima. Actum Papia.* Id est Anno DCCCLXXVII. Collige nunc rationes. Si recte se habet *Indictio decima* in Casauriensi Diplomate, neque ibi restituenda est *Indictio Decima tertia.* Carolomannus Octobri Mense Anni DCCCLXXVII uersabatur in Italia, atque in ipsa Vrbe

Notae chronicae et epochae

obseruatio MVRATORII

§. LXI. Vrbe Ticinensi, eoque Mense ineunte Rex Italiae renuntiatus nondum uidetur. Quod si in eodem Diplomate Casauriensi signatur tantum *Annus Secundus Regni*, subintelligendum erit Baioariae, non autem Italiae. Itaque is Italiae Rex appellatus fuerit inclinante Octobri Mense eodem Anno DCCCLXXVII, quam dignitatem seu titulum per totum Octobrem Anni DCCCLXXIX retinuit. Quippe uidi Chartam in Archiuo Canonicorum Mutinensium scriptam *Regnante Domno nostro Carlomanno hic in Italia Tertio, die XXVII de Mense Octuber, per Indictione tercia decima.* Haec ad Chronologiam regum Italiae recte statuendam indicasse mihi licuerit. add. EIVSDEM *Geschichte von Italien* P. V ad a. 877. SIGONIVS l. V de re-

et SIGONII „gno Italiae p. 135 tradit, Carolomannum regnum Italiae per triennium tenuisse, eiusque rei in maximo Germanorum Francorumque „annalium silentio, uetera multa, quae in Lombardia legantur, di„plomata fidem facere, quibus ipse Bauariae atque Italiae Rex, ut „se inscripserit, per hos tres annos, ecclesiis populisque beneficia „confirmarit ante - - condonata. Omnia tamen diplomata in Ba„uaria data esse.„ Vltima SIGONII obseruatio hodie fallit, quandoquidem ex tabularum serie, mox contexenda, chartas quasdam etiam in Italia datas fuisse, patet.

A. I. VII Kal. Octobr. in a. I regnante Carolomanno rege. GOLDAST. rer. Alamann. script. t. II p. 26.

Mens. Nouembr. fratres reges in pago Reciensi in loco Sualifelt regna diuidunt.

D. VI Kal. Mart. a. Christ. propitio I regni domini Carolomanni serenissimi regis Boiorum ind. IX. Actum Matachoue curte regia. a. Chr. DCCCLXXVI. At hic annus Christi non consentit cum reliquis numeris, qui a. DCCCLXXVII et ind. X requirunt. HVND. t. III p. 41.

D. IV Kal. Iul. a. I regni d. Karlom. ser. reg. ind. IX. Actum Ratensdorff curte regia. RETTENPACHER. Annal. Cremisan. p. 32.

A. II. D. XVII Kal. Nouembr. a. II regni domni Carlomanni serenissimi regis, ind. X. Actum Papia ciuitate regia. DACHER. t. II spicileg. p. 938.

Regnante

Regnante Carolomanno rege anno regni in Italia secundo, XV Kal. Nouembr. ind. XIII. Actum ciuitate Leoniana urbis Romae, beati Petri Apostoli. FIORENTINI *uita de Matilde* L. III p. 24. §. LXI.

D. XIIII Kal. Nouembr. a. I regni domni Karlomanni sereniss. reg. in Ital. Actum in curte sancti Ambrosii, que uocitatur Cassianum iuxta Attuam fluuium, ind. XI. MVRATOR. t. V antiq. Ital. p. 501.

D. XIII Kal. Nouembr. a. I regni domni Karlomanni sereniss. reg. in Ytalia ind. XI. Actum in corte noua, uilla regia. MVRATOR. c. l. t. VI p. 303.

D. IV Kal. Nouembr. a. I regni dom. Karlom. ser. reg. Ital. ind. XI. Actum Piscariae. MVRATOR. c. l. t. I p. 927.

D. XII Kal. Decembr. a. I regni dom. Karl. ser. reg. Ital. Actum ciuitate Verona. ind. XI. MVRATOR. c. l. t. V p. 945.

D. X Kal. Decembr. a. I regni Carolomanni ser. reg. in Ital. ind XI. Actum in urbe Veronensi. VGHELL. Ital. sacr. t. I p. 798.

D. III Non. Decembr. a. II regni dom. Karlomanni inuictissimi reg. in Wavvaria et I in Italia ind. X. Actum ad Oetingas curte regia. RETTENPACHER. c. l. p. 34.

D. II Id. Mart. a. II dom. Karlomanni ser. reg. Bauariorum et Italie ind. XI. Actum ad Otingas pal. reg. MVRATOR. c. l. t. VI p. 363. Actum strenuissimo rege Karolomanno permittente a. II regnante in Bauuariorum regione, in Langobardorum primo. PEZ. t. I P. III p. 247.

A. III. D. V Id. Septembr. a. III regni dom. Carolom. piissimi reg. in Boiaria et I in Italia. ind. XI. Act. Rantersdorf curte regia DCCCLXXVIII. HVND. t. III p. 42.

D. III Non. Decembr. a. III dom. Karlom. ser. reg. in Bauaria et II in Ital. ind. XII. Act. ad Rantersdorf curte regia. PEZ. thes. anecd. t. I P. III p. 27.

D. IV Id. Februar. a. III regni Karlomanni ser. reg. in Wavvaria, in Italia II. ind. XI. Actum ad Oeting. curte regia. RETTENPACHER. p. 35.

D. V Id. April. a. III dom. Karlom. piiss. reg. in Bauaria et II in Ital. ind. XII. Actum ad Otingas cum regina (curte regia). PEZ. c. l. p. 28. CHRON. LVNAELAC. p. 86.

§. LXII. D. VIII Kal. Mai. a. IIII d. Karlom. inuictiss. reg. in Bauaria, III (II) in Ital. ind. XII. Act. ad Cunigust curte regia. BALVZ. Capitul. append. p. 1504.

D. XIII Id. Iul. a. regni d. Karolom. ser. reg. in Bauar. III in Ital. II Ind. XII. Act. ad Otinga curte regia. MARGARINI bullarium Casin. t. II p. 34.

D. VIII Id. Iul. a. III regni d. Karlom. ser. reg. in Bauaria et in Ital. II ind. XII. Act. ad Otinga curte regia. MVRATOR. c. l. t. I p. 929.

D. XII Kal. Octobr. a. III regni Karlom. ser. reg. in Bauaria et in Italia II, ind. XII. Actum ad Hoherahbach curte regia. PEZ. c. l. p. 26. CHRON. LVNAELAC. p. 85.

D. II Non. Octobr. a. III regni Karlom. inuictiss. reg. in Bavvaria et in Italia II ind. XII. Act. in Bavvaria ad Hohbaerahah curte regie. MVRATOR. c. l. t. I p. 929.

D. II Non. Octobr. a. III regni Karolim. ser. reg. in Baiouaria et in Ital. V ind. XII. Act. in claustro S. Zenonis. VGHELL. t. V p. 699. Numeri corrupti.

A. IIII. D. V Id. Maii (a. dom. inc. 872) dom. uero Carlom. regis in Baioaria IV et in Italia III ind. V. Dat. ad Huotingam curtem regiam. VGHELL. t. II p. 145. Annus Christi oppido fallax; discordat etiam indictio.

Actum est a. dom. nostri I. Chr. DCCCLXXVIIII ind. XII regnantibus clarissimi regis Hludouuici filiis Carlomanno, Hludouuico, Carolo a. IV. PEZ. c. l. p. 217.

Quare Rex noster XI Kal. April. ut nonnullis uidetur, nondum obierat. Decessit autem de uita X Kal. Octobr. teste diplomate quodam Arnulfi Reg.

§. LXII.

Diplomata suspectae fidei monasterii Otingensis

Sicco pede non possumus locum praeterire, quem chartas fidei dubiae recipere uolumus, quamuis cautius hic agendum sit, quia diplomatibus Karlomanni non abundamus. Quid igitur consilii ad tabulas HVNDIANAS t. III p. 41 seruandas? Aliena formula: *diuina auxiliante clementia* (§. XXXXIII); offendit *Baldo* Cancellarius, cuius uicem sustinet *Mandalwinus* notarius (§. LVIIII, 2). Non obuius

alias

alias Karolomannus rex *Boiorum*. Si notas chronicas sequimur, § LXII.
charta, uiuente Ludouico patre, data fuit. Ac forsitan dubia sic dispelluntur. Rex enim epocham ab aliqua diuisione regni paullo ante obitum patris pacta ducere potuit. At inspiciamus etiam diplomatis interna: diuina inspiratione compuncti, complacuit nobis tradere pro augmento mercedis aeternae, quandam abbatiam quae dicitur Mataseo ad monasterium nouiter a nobis a fundamentis constructum, in loco qui dicitur Otinga, quod etiam in honore sanctae Dei genitricis semper Virginis Mariae, et sancti Philippi Apostoli Domini nostri Iesu Christi, aliorumque sanctorum plurimorum (quorum reliquias Deo propitio adgregare potuimus) ornatum esse cernitur, ea uidelicet ratione, praefatam abbatiam, ut supra nominatum monasterium tradidimus, ut ab hodierna die cum omnibus ad hanc ipsam abbatiam pertinentibus, tam traditione regum, uel etiam liberorum hominum, ad iam dictum monasterium a nobis constructum perpetualiter pertineant, sine ullius successoris nostri contradictione. Insuper etiam notum sit tam praesentibus quam futuris, quomodo illam Capellam ad Otingas et ad illam curtem ad Buoche, ad praefatum monasterium ad Otingas tradidimus, cum omnibus attinentiis, terris, cultis, incultis, agris, mancipiis, pratis, pascuis, syluis, aquis aquarumue decursibus, quaesitis et inquaesitis. Omnia enim haec quae supra memorauimus, tam ipsam abbatiam ad Mataseo, quam ipsa duo loca, id est, illam Capellam ad Otingas, et curtem ad Buoche, ex integro tradidimus ad iam saepe dictum monasterium perpetuis temporibus possidendum, ita ut nullus deinceps, nec de parentibus, nec de filiis (si eos nobis Deus dederit) neque de nepotibus siue de successoribus nostris, hanc traditionem nostram uiolare uel inquietare audeat. Si quis uero (quod absit) hoc praeceptum donationis nostrae infringere disposuerit, primum iram Dei sanctorumque eius incurrat, et in die iudicii tremendi, pro hac ipsa temeritate redditurus rationem ante Dominum fiat. Sed liceat seruis Dei ibidem Deo famulantibus cunctas res praefatas ad laudem Dei eorumque sustentationes perpetuis possidere temporibus, quatenus quiete uiuant, pro nobis atque cuncta sancta Dei Ecclesia Deum attentius exorent.

2. ecclesiae Lucanae.

In VGHELLI Italia Sacra tom. I p. 798 Gerhardus, episcopus Lucanae ecclesiae, a rege nostro chartam obtinuit, quam uariae dubitandi rationes premunt. Formula tituli Carolomannus diuina mo-

§. LXII. uente gratia Rex ualde peregrina (§. XXXXIII.) Nec alias legimus cancellarii ſubſcriptionem huius generis: *Baldo Cancellarius authentico contineri recognoui*. Interim argumentum diplomatis a uero forſan non adeo abludens hic reddemus: uir uenerabilis Gherardus Epiſcopus Lucanae Eccleſiae, quae conſtructa in honorem S. Martini Confeſſoris cernitur, et in qua S. Regulus requieſcit in corpore, apud noſtram celſitudinem indicauit, quaſdam Eccleſias inde iam diu iniuſte ablatas fuiſſe, id eſt Eccleſiam S. Vincentii, ubi B. Fridianus Confeſſor Chriſti requieſcit in corpore, et Eccleſiam S. Syluestri a ſeruiendo, uenerabilem Epiſcopum dilectum fidelem noſtrum petiit, ut easdem iam dictas Eccleſias ad praefatam ſedem Lucanenſem ob amorem Dei per praeceptum noſtrae authoritatis tradidimus per praeſentis noſtrae authoritatis praeceptum ab amorem Dei, et reuerentiam eiusdem S. ſedis praedictae, nec non et pro remedio animae patris, et matris noſtrae, atque pro noſtra aeterna mercede ad eandem Gherardi Epiſcopi ſedem, ipſas praedictas Eccleſias cum omnibus ſuis appendiciis, id eſt, ueſtibus, aedificiis, mancipiis, agris, paſcuis, pratis, ſyluis, campis, aquis, aquarumque decurſibus, egreſſibus et regreſſibus, mobilibus et immobilibus, atque cum uniuerſis quae ad easdem Eccleſias iure, et legaliter pertinere debeant, quatenus iure perpetuo ſine ulla contradictione, ſeu diminoratione ſub regimine, ac poteſtate Epiſcoporum iam dictae ſedis amodo, et deinceps permaneant, nullo nunquam ſucceſſore noſtro hoc frangente, ſed Deo auxiliante, haec noſtra traditio perpetuis temporibus firma, et inuiolabilis permaneat, quatenus Epiſcopus eiusdem ſedis - - - - - congregatione iugiter pro nobis ac coniuge noſtra, ac pro animabus fratris noſtri, matriſque noſtrae, nec non et pro ſtabilitate Regni a Deo nobis collati, diuinam miſericordiam exorare delectet. Et ſi quis, quod fieri non credimus, contra hoc noſtrae authoritatis praeceptum uenire, et inſurgere auſus fuerit, Marchas 40 auri puriſſimi ſoluere cogetur, medietatem eidem Eccleſiae, et medietatem Palatio noſtro. Vt hoc traditionis noſtrae praeceptum certius credatur, manu propria ſubter firmauimus, et anuli noſtri impoſitione ſigillari iuſſimus.

3. monaſterii S. Zenonis. Vitia ſua facile produnt tabulae, quas IDEM c. l. tom. V pag. 699 exhibuit: In nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis Karolomannus diuina fauente gratia Rex. Si de rebus tranſitoriis Deo, et ſanctis, uel Deo dicatis hominibus noſtra conſolamina praebeamus, inde

inde nobis manſura gaudia prouenire liquido credimus, et iuxta Doctoris uocem in hoc ſaeculo centuplum accipiemus, et quod melius in futuro eſt, uitam poſſidebimus aeternam. Quapropter nouerit induſtria omnium fidelium noſtrorum praeſentium ac futurorum, qualiter noſtrorum caeterorumque fidelium aſſenſum praebentes pro anima Pipini aui, et Karoli Martelli patris mei, ac noſtra, ac omnium fidelium defunctorum dedimus Monaſterio S. Zenonis curtem noſtram nomine Diſentianum iuxta ripam laci poſitam cum omnibus aedificiis ſuis, et pertinentiis, terminisque ſuis, et cum mancipiis duobus, id eſt ſeruis Germanis, cum Caluulo et Orthoberto cum uxoribus eorum, ac filiis, et cum terris cultis, et incultis, campis, agris, monticellis duobus, ſiluis, paſcuis, pratis, aquis, aquarum decurſibus, molendinis, et cum omnibus adiacentiis ſuis mobilibus, et immobilibus, quaeſitis, et inquiſitis, usque Maguziano, et ripas, piſcationes, et uenationes, paſcuas usque ad arcem Mineruae Scouolo, ac per totas ripas lacus, ſeu cum omnibus caſis, et rebus, quae Adelbertus habet in Iſola, ac in Scuuolo cum filiis, et filiabus, uineis, campis, et oliuetis, et omnia ad eumdem pertinentia a meridie per ripas lacus, piſcationes, ac uenationes usque Sermionem, et Piſcariam, et per totam ſiluam de Lugana, uenationes porcorum, ceruorum, capreolorum omni tempore ſine omni hominum contradictione. Haec enim omnia, ſupra taxata in memoratis, et caſtrum cum curte, et plebe iuxta ripam lacus poſitam, et Deſentianum nomine cum omnibus ſuperius nominatis donare praeuidimus de noſtro iure, in ius, ac proprietatem monaſterio S. Zenonis ſito foris ciuitatem Veronam iuxta ripam Atheſis, et in ius, et proprietatem tradimus, atque transfundimus. Quatenus perpetuis temporibus ea omnia ſuperius nominata teneat, atque poſſideat, liberamque in omnibus habeat poteſtatem Abbas Deodatus, qui nunc eſt, ac ſui ſequentes perpetualiter tenendi, donandi, uel quidquid libuerit faciendi, nullo ſucceſſore noſtro unquam interrumpente, uel mutante: ſed maneat haec noſtrae authoritatis largitio perpetuis temporibus, firma, ac inconuulſa tam ipſi praefato Abbati, quam etiam impoſterum cunctis ſequacibus ſuis. Ac ut haec authoritas noſtrae largitionis ab uniuerſis fidelibus per cuncta futura tempora firmior habeatur, ac uerius credatur, ac diligentius conſeruetur manu propria noſtra confirmauimus, ac ſigillo noſtro ſigillari iuſſimus. Signum Karolimanni

§. LXII. manni inuictissimi Regis. Mandauin. Not. ad uicem Theot. Maiss. rog. Dat. II Non. Octob. anno 3 regni Karolimanni serenissimi regis in Baiouaria, et in Italia 5. ind. 12. Actum in claustro S. Zenonis in Dei nomine feliciter. Amen.

VGHELLI annotatio. VGHELL. animaduertit quidem tabulas has mendis inquinatas esse, sed leue remedium in annotatione sua attulit. „Quod autem, „inquit, in documento scribatur anno Karolimanni V in Italia, cum „mihi non constat ex historiis illum fuisse Italiae Regem, possem „quidem diuinare regium titulum Italiae donatum a Rom. Pontifici-„bus Carolo Martello patri, eidemque successisse idem Karolusman-„nus ante exactos Longobardos Reges. Italiae regnum in Longo-„bardos usque ad Desiderium perdurauit, qui a Carolo Magno ca-„ptus anno 774, uel ut aliis placet 776, et in Galliam deductus finem „Longobardorum regno dedit. At cum Martellus Karolimanni pa-„ter Ecclesiam Romanam, ac Gregorium III Pontificem a Longo-„bardis uiribus, quibus Luitprandus praeerat, uindicauerit an. 739 „ut Genebrardus refert lib. 3 Chronolog. ex quo, ut ipse testatur, „multae benedictiones in eius posteritatem redundarunt; potuit, „inquam, esse quod tunc Karolomanno eius filio regium nomen in „Italia imposuerit, Gregorio annuente. Monumentum constat ex „Indictione XII, datum anno 743, qui cum dicatur quintus regni Ka-„rolimanni in Italia, sequitur eius primum fuisse 739, quo tempore „pater eius Martellus Gregorium ab armis Longobardicis uindicauit. „Sed haec omnia gratis, et sine fundamento diuinare licuit, et mo-„numentum alioquin dignissimum, ab aliquo ob maximam inscitiam „olim uitiatum, fabulandi occasionem dedisse, cum pro certo ab „omnibus habeatur primum ex Francorum Regibus, qui Italiae re-„gni titulum sortitus sit, Carolum Magnum post deuictum Deside-„rium fuisse. Ceterum Karolusmannus cum Pipino fratre regnum „partitus, Austrasiam, eamque Galliae partem trans Rhenum sortitus, „armis potens primum saepe saepius Odilionem Baioariae, et Ho-„moaldum Aquitaniensem principes, inita defectione, cohibuit, „Alemannosque, ac Saxones tumultuantes depressit. Religione „deinde tactus humanis spretis, sanctissimi Bonifacii Germanorum „Apostoli consiliis, adhortationibusque adductus Soractem montem „adiens, Casinum postea se contulit, ubi monachico indutus cucul-„lo, miraculorum gratia insignis euolauit ad coelum.„ Sed non opus

opus est his tricis. Charta sine dubio si non ficta, tamen interpolata fuit. Initium enim et exitus ad Carolomannum nostrum quadrat. Subscriptio Cancellarii ita restituenda: *Mandaluinus notarius ad uicem Theotmari rec.* Quae de Pipino et Carolo Martello diplomati immiscentur, prorsus aliena putamus. His iam exaratis, MVRATORIVM t. I p. 568 mecum consentire intelligo: Monendus tamen lector, inquit, diploma illud aut commentum esse ueterum saeculorum, aut saltem interpolatum putide ab aliquo sciolo, siue corruptum fuisse, quod perpendenti notas chronologicas ac praecipue illa uerba *pro anima Pipini aui et Karoli Martelli patris mei*, e uestigio pateat. Inepte agit, quicumque Karlomannum Pippini regis fratrem Italiae imperasse opinatur. § LXIII. MVRATORII obseruatio.

§. LXIII.

De Carolomanni laudibus statuque familiae haec memoriae prodiderunt ANNALES METENSES et RHEGINO: *Fuit iste praecellentissimus Rex literis eruditus, Christianae religioni deditus, iustus, pacificus et omni morum honestate decoratus, pulchritudo eius corporis insignis, uires in homine quoque admirabiles fuere, nec inferior animi magnitudo. Permulta quippe bella cum patre, plurima sine patre in regnis Slauorum gessit, semperque uictoriae triumphum reportauit, terminos imperii sui ampliando ferro dilatauit, suis mitis, hostibus terribilis apparuit, alloquio blandus, humilitate ornatus, in ordinandis regni negotiis singulari solertia praeditus, sic, ut prorsus ei nihil deesse in regiae maiestatis competentia uideretur. Huic ex legitimo matrimonio non est nata soboles, propter infoecunditatem coniugis, sed ex quadam nobili femina filium elegantissimae speciei suscepit, quem Arnolphum nominari iussit ob recordationem reuerendissimi Arnolphi, Metensis ecclesiae episcopi, de cuius sancto germine sua aliorumque Germanorum Francorum prosapia pullulauerat.* Vxoris legitimae saepius mentionem facit, (§. XXXXVI) sed nomen tacet; nescio, unde nonnullis constet, eam Hildegardem dictam fuisse. Id extra dubitationem positum est, Ernestum, ducem, Carolomanni socerum fuisse (§. XXII, 20) i. e. patrem legitimae regis coniugis, non concubinae, ut non nemo existimauit in GVNDLINGII meditationibus de Carolomanni legitima uxore et concubina. Nomen concubinae erat Litovvinda, testibus tabulis Arnulphi regis in MEICHEL- Carolomanni character, coniux legitima et concubina.

§. LXIIII–LXVI. CHELBECK. hist. Frising. t. I p. 146. Quum femina nobilis dicatur; GVNDLINGIVS ipse eamdem ex illustri domo prodiisse putat; nobiles enim isto tempore non appellatos fuisse, quos hodie nobilium inferiorum classi adscribimus. Ast nondum nobis persuasum est, nobilis uocabulum excelsarum tantum stirpium proprium fuisse (§. XXVI, 9). Nobilis forsan haud inepte uocabatur Litovvinda, tametsi ducis aut comitis filia non fuerit. add. SCHWARZII diss. de sententiis quibusdam dubiis et controuersis ex historia Arnolfi Imp. §. I. Ceterum cum ANN. FVLD. ad a. 879 Carlmannum morti uicinum Ludouico fratri se ipsum et *uxorem* et filium commendasse perhibeant, legitima coniux aut ipsi superstes fuisse, aut concubina ad matrimonii honorem peruenisse uidetur.

CAP. III
DE
DIPLOMATIBVS LVDOVICI IVNIORIS.

§. LXIIII.

Primordia auspicata. IN tabulis cunctis, quae quidem ad nostras manus peruenerunt, Rex formulam uoti initialis retinuit: *In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis.*

§. LXV.

Nominis et honoris regii inscriptio. Retinuit etiam paternam inscriptionem: *Hludouicus diuina fauente gratia Rex.* Pro *gratia* legitur *clementia* in MARTEN. collect. uet. monim. t. II p. 30. Rerum gestarum commentarii Ludouicum nostrum *iuniorem* appellant, ut a patre Ludouico *seniore* discernatur (§. II, 7); sed post patris obitum dicitur iste *Rex Germaniae*, quamquam stilus curiae agnoscit tantummodo regem *Franciae orientalis.*

§. LXVI.

Prooemia. Prooemia e locis communibus iam saepius laudatis hauriuntur. *Si locis Deo dicatis quiddam nostrae regiae potestatis impenderimus ad profectum*

fectum seruitiorum Dei hoc nobis ad aeternae retributionis premia capessenda profuturum indubitanter credimus. SCHANNAT. tradit. Fuld. p. 210. MARTEN. t. I p. 211. *Si petitionibus fidelium praesulum sanctae Dei ecclesiae iusta et rationabilia petentium acquiescimus, hoc sine dubio ad aeternae remunerationis praemia capessenda profurum esse liquido credimus.* SCHATEN. Annal. Paderborn. p. 182. NESSEL. in supplem. BRVSCH. de monaster. p. 23. *Si liberalitatis nostrae munere locis Deo dicatis quiddam conferimus et necessitates ecclesiasticas nostro subleuamus iuuamine atque regali tuemur munitione, id nobis et ad mortalem uitam temporaliter transigendam et ad aeternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus.* HARENBERG. hist. Gandersheim. p. 583, 584. Haec pietas suggessit; alia suadet regiae maiestatis splendor. *Constat nos diuina dispensante gratia ceteris supereminere mortalibus, inde oportet, ut cuius praecellimus munere, eius studeamus modis omnibus parere uoluntati.* SCHANNAT. in hist. Fuld. cod. prob. p. 136. §. LXVII. LXVIII.

§. LXVII.

Nec, dum Rex praecepta sua manifesta esse iubet, a statis deflectit formulis. *Notum esse uolumus omnibus sanctae Dei ecclesiae fidelibus nostrisque praesentibus scil. et futuris.* TOLNER. cod. diplom. hist. palat. p. 10. *Quapropter notum sit omnibus sanctae* etc. NESSEL. c. l. *Quapropter nouerit omnium fidelium nostrorum tam praesentium, quam et futurorum industria, utilitas* etc. HARENBERG. c. l. SCHATEN. p. 182. SCHANNAT. tradit. Fuld. p. 210. cod. probat. hist. Fuld. p. 136. MARTEN. t. I p. 211. **Promulgatio.**

§. LXVIII.

De stili regis huius diplomatici conformatione nihil fere, quod non ex superioribus constet, monendum. *Domni et genitoris* sui *Hludowici gloriosi regis, clarissimi principis*, meminit Rex in SCHANNAT. cod. prob. hist. Fuld. p. 136. *piissimi genitoris* MARTEN. c. l. p. 211. TOLNER. c. l. p. 10, item HELWICH. antiquit. Lauresham. p. 30. *piissimorum antecessorum augustorum* HARENBERG. c. l. p. 584. *Dilecta coniux Lutgarda* et *carissima proles*, atque iterum *charissima coniux Liutgardis* occurrit in HARENBERG. c. l. et HELWICH. c. l. **Honorifice compellatur Pater. coniux.**

§. LXVIIII.

§. LXVIIII.

Rex rebus ecclesiasticis prouidet.

Etsi diplomaticis regis nostri documentis non abundamus: ipsi tamen rem sacram aeque ac politicam maximae curae fuisse intelligimus, ubi praesertim rerum gestarum commentarii inspiciuntur. Quae cum Iohanne VIII Pontifice Rex tractauit, ea non magni momenti uidentur. In epist. II Pontifex monet Ludouicum, ut donec inter Carolum Imp. et ipsum caussam cognouerit, pacem seruet: „quia una pars, inquit, sine altera facile audiri non debet; interim deliberatiue non scribimus: quin potius gloriam tuam monemus, et auctoritate Apostolica obtestamur, ut pacem cum omnibus, et praecipue cum eodem Imperatore conseruans, tibi subiectos compescas, et ab omnibus scandalis, uel factionis conspirationibus usque ad nostram discussionem (sicut per te speramus) remoueas. Quia nos, qui sacerdotum Domini matura uolumus se iudicia, nec illi, nec tibi contra iustitiam fauere studemus. Huius rei gratia (mediante sancti Spiritus gratia) per nostrae mediocritatis studium, quicquid illud est, uolumus diffiniri; et quod adhuc suspendendum duximus, iam digna deliberatione, iuuante Domino, dispensationis nostrae iudicio terminabimus.„ In Epist. LXXXVIII iterum eum adhortatur, ut cum consobrinis, Caroli Calui Imp. filiis pacem colat, suosque episcopos ad synodum accedere iubeat: quia in uestra pace fatemur, ait, totius Christiani populi salus consistit, qua demum necessitate, quaue fatigati angustia, relicta sede propria Apostolici culminis, compulsi sumus Franciam petere, uosque paterno affectu deposcere, quatenus una nobiscum positi de communi saluatione S. R. E. et Reipublicae statu tractaremus, in paucissimis nunc patefacimus: quia in alio opusculo, qualiter nefarie sit peractum, ad omnium Christianorum notitiam reseruatur conscriptum; quod luce clarius aduertis. Lambertus Spoletanus perfidus Dux Widonis quondam stirpis, proditionis filius in quantam superbiam pro cupiditate, ut fama uera se habet, Romani Imperii eruperit, in nostris tribulationibus, atque angustiis procul dubio cognoscetis, ad liquidum: Romam siquidem clandestina fraude deuotum uenire se simulans, a nobis uelut filius pacis benigne susceptus, quid uirulenti consilii corde gestiens in crastinum sequentis diei diluculum demonstrauit: nam deputatis custodibus, uerum etiam satellitibus ad portam Vrbis, quae ad Beati Petri Apostolo-

Pontifex R. regem ad pacem adhortatur ac se iudicem exhibet.

2. Inuitat regem ad Concilium in Gallia habendum.

grauissime uexatur P. a Lamberto.

ſtolorum Principis euntibus pandit iter, nullum noſtrorum fidelium ad nos egredi patiens, cibos deferentes coercens, aſſerit Carolomannum Regem ſibi talia horrenda facere praecepiſſe. Quod idcirco non poſſumus credere; quoniam ex ueſtra progenie nullus ceruicem ſuperbe contra hanc extulit ſedem: ſed propter Deum ſuppliciter colla ſubſit. Nos, fili cariſſime, pro Domini Eccleſiae, et eius ouibus animam ponere cupientes, ecce marinos fluctus undasque ſalis ad uos ueniendo perdifficile iter aſſumpſimus, uobiscumque ſimul poſiti, Domino miſerante, uniuerſalem ſynodum celebrare diſponimus totius ſanctae Eccleſiae, uobis obſecundantibus prouectum, et exaltationem loco percongruo ſatagemus peragere. Quod quaeſo, Regni ueſtri omnibus Archiepiſcopis, Coepiſcopisque noſtris innoteſcere dignemini, eosdemque nobis adeſſe, continua maturitate accelerare monete. In epiſt. CVI Luitbertus, Archiepiſcopus Moguntinus, commouere regem iubetur, ut ad ſynodum apud Trecas congregandam ueniat, aut legatum mittat. In epiſt. CXVIII Pontifex iterum in regis congreſſum uenire optat.

§. LXX.

3. iterum, Liutberto interueniente, colloquium urget. Ludouicus regnum Italiae non appetit, defenſor tamen eccleſiae Rom. habetur.

Pontifex undique afflictus fidem Carolidarum omnium implorabat, quos eccleſiae Romanae aduocatos natos ſciebat; ſed Gallica progenies ipſi carior erat Germanica. A rege noſtro Pontifici minus erat periculi, quia regnum Italiae non appetebat, quamuis id ad eum, ceu ſeniorem familiae poſt obitum Carolomanni pertinere uideretur.

4. Pactum Furonenſe de rebus eccleſ. ſancit.

Sine dubio maiorum ſuorum capitularia ſibi approbauit rex Ludouicus; hinc de rebus eccleſiaſticis noua ſancire ſuperuacaneum putabat. In pacto Furonenſi c. VII conſtitutum, *ut res eccleſiarum in cuiuscumque regno caput fuerit, tam de epiſcopatibus, quam de abbatiis ſine ulla contradictione rectores ipſarum eccleſiarum illas poſſideant. Et ſi aliquid ibi mali factum a quoquam eſt, in cuiuscumque regno illae res conſiſtunt, regulariter exinde iuſtitiam reddere faciat.* c. II paganorum ſiue pſeudochriſtianorum audaciam reprimit.

§. LXX.

Rex donat res proprietatis ſuae

Ad obtinenda beatae aeternitatis praemia Rex noſter locis Deo dicatis fundos impertiuit ac uaria emolumenta. Specimen prodit Gandersheimenſe coenobium in HARENBERG. hiſt. Gand. p. 584:

§. LXX. nos pro remedio animarum piissimorum antecessorum augustorum et ob nostrae mercedis aucmentum, nec non pro dilecta coniuge nostra Lutgarda et carissima prole nostra, quasdam res proprietatis nostrae, ad monasterium, quod dicitur Gandesheim, concessimus, quod est constructum in honore sancti Stephani protomartiris et in nostro constat patrocinio, hoc est, in uilla, quae dicitur Tennisteti, et in uilla, quae dicitur Heiriki in pago, qui uocatur Suththuringa, in Comitatu Ottonis, cum domibus, aedificiis, campis, agris, pratis, pascuis, siluis, cultis et incultis, aquis aquarumue decursibus, uiis et inuiis, accessibus et adiacentiis, finibus, exitibus et regressibus et quicquid ad praefatas uillas iure ac legitime pertinere uidetur, ita ut quicquid ab hodierna die deinceps Abbatissa et sanctimoniales feminae praefati monasterii inde facere uoluerint, liberam in omnibus perpetualiter habeant potestatem faciendi.

monasterio Gandersheimensi,

2. monast. Metensi in Bauaria.

Huiusmodi liberalitatis documento laetatur etiam Monasterium Metemense in BRVSCHII Supplement. Chronolog. Monaster. pag. 23: nos ob nostrae mercedis augmentum, et pro remedio animae matris nostrae et antecessorum nostrorum concessimus quasdam res proprietatis nostrae in Comitatu Gunberti, cuidam Monasterio constructo in honorem S. Michaelis Archangeli, ad petitionem Wipponis Abbatis, qui eidem monasterio praeesse dignoscitur, omne scilicet forestum et praedium inter ipsum monasterium et Danubium, hoc est, in pago de Steine usque in Khrapfenzain, inde in Pranne, inde in Zvverchloe usque in Zeidlorn et sic usque in Danubium. Itaque quidquid infra scriptos terminos habere uisi fuimus, totum in proprietatem dominationis iam dicto Abbati et fratribus praedicti loci perpetualiter possidendum condonauimus, etc. Iam Ludouicus Germanicus res quasdam proprietatis suae capellae Francofurtensi destinauerat; Ludouicus noster pia uota patris praecepto confirmauit, quod extat in MARTENE c. l. T. I p. 211: piissimus genitor noster ob amorem Domini, et pro suae mercedis augmento tradidit, traditasque firmauit quasdam res proprietatis suae, ad capellam suam ad Franconofurt, quae est constructa in honore Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, hoc est nostram capellam ad Cufstein, et illud monasterium ad Vrsella, et illam ecclesiam in uilla quae uocatur Steci, et illam ecclesiam ad Plagstat, et illam uillam quae dicitur Pargilla cum ecclesia et decima ad eam pertinente, sicut eam Ruotkerus in beneficium habuit, et illam ecclesiam ad Sprendilin-

3. capellae Francofurtensi ex uoto patris.

dilin-

dilingum, cum illo manſo qui ad eam pertinet, et illam eccleſiam ad §. LXX. Biſcoſesheim cum omni decimatione, cum mancipiis et terris ad eam pertinentibus, et quod Ruotkerus habuit in uilla Seskibach, et illam eccleſiam ad Sueinheim cum omni decimatione, cum mancipiis et terris ad eam pertinentibus, et tres manſos ad Gelſtrebah, et illam capellam ad Nerenſtein cum omnibus ad eam pertinentibus, ſicut eam Aaron ibi in beneficium habuit. Et illam uillam quae dicitur Kadelcams cum omnibus appenditiis, et illam capellam in Bunna, et ſicut Heririch in beneficium habuit in Oſteren Acha. Et quod Ruotlind ad ipſam capellam tradidit ſcripto confirmauit. Has itaque praeſcriptas cum omni integritate, id eſt cum omnibus ad eas pertinentibus in domibus, aedificiis, mancipiis, campis, agris, pratis, paſcuis, uineis, ſiluis, cultis et incultis, aquis, aquarumque decurſibus, mobilibus et immobilibus, ad iam dictam capellam pius genitor noſter tradidit atque transfudit, ut deinceps perpetualiter ad Dei ſeruitium peragendum ibi permaneant absque ullius contradicentis obſtaculo. Et conſtituit ut in eodem loco ad ſeruiendum Domino conſiſtant clerici XII exceptis presbyteris, qui in locis illuc pertinentibus Domino famulantur. Et hi omnes de praeſcriptis rebus habeant ſtipendia neceſſaria, et ab illo abbate, cui ipſa capella commiſſa fuerit, nulla umquam hoſtilis expeditio exigatur. Inſuper etiam praecepit, ut abba Williherius, cui ipſa capella commiſſa eſt, diebus uitae ſuae eam ſecuriter habeat cum omnibus ad eam pertinentibus, nec ullus inde ei quidquam aufferre praeſumat, ſicuti regiae partis tunc in beneficium habere uiſus fuit cum omnibus praeſcriptis, et iure ac legitime ad ea pertinentibus in decimationibus ſeu aliis appenditiis. Nos igitur paternae traditioni conſentientes, iuſſimus fieri hoc noſtrae conſentionis conſcriptum, per quod uolumus ac praecipimus, ut ſicut pius genitor noſter praeſcripta omnia conſtituit atque firmauit, ita deinceps firmata et ſtabilita permaneant, absque ullius contradicentis aut inquietantis obſtaculo. Monaſterio Laureshamenſi res proprietatis ſuae conceſſit in HELWICH. antiquit. Laureshamenſ. p. 30: nos ob amorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, et pro anima pii genitoris noſtri, et pro mercedis noſtrae augmento, quasdam res proprietatis noſtrae concedimus ad monaſterium dictum Laresham, quod eſt conſtructum in honore S. Nazarii uenerabilis martyris Chriſti, cui nunc uenerabilis Abba Waltherus praeeſt; hoc eſt, in pago

4. monaſterio Laureshamenſi.

§. LXX. nuncupato Lobodengouue locum quendam, qui nominatur Aberinesburg, ſicuti ipſum chariſſimae coniugi noſtrae Liutgardi hucusque praeſtitum habebamus, et quicquid ad ipſum locum iure ac legitime pertinere uidetur, cum domibus, aedificiis, mancipiis, uineis, campis, agris, pratis, paſcuis, ſiluis, cultis et incultis, aquis, aquarumue decurſibus, uiis et inuiis, acceſſibus et adiacentiis, finibus, exitibus, et regreſſibus. Haec ergo omnia iam dicto Abbati ad praefatum monaſterium, et fratribus ibidem Domino famulantibus in proprietatem et dominationem perpetuam condonauimus, et iuſſimus eis fieri hoc noſtrae auctoritatis praeceptum, per quod uolumus, firmiterque praecipimus, ut de his omnibus nunc et deinceps omni tempore liberam habeant poteſtatem faciendi, quicquid eis placuerit.

5. Monaſt. Indenſi. Ad petitionem Rodradi abbatis tradit Rex monaſterio Indenſi uillam Cruſciniacum in MARTEN. t. I collect. ſcript. p. 202. Diploma hoc ECCARDO t. II commentar. rer. Franc. p. 627 ſuſpectum uidetur, quia *Geberhardus Cancellarius ad uicem Luitberti archicapellani* iſtud recognouit; ſed ſcribendum putat: *Heberardus*, neque hunc *Heberardum* uices archicancellarii adhuc geſſiſſe. At enimuero priorem obiectionem leuiorem, alteram incerta niti ſententia exiſtimamus. Id certius eſt, hanc chartam cum tabulis Ludouici Germanici, quas §. XVI, 4 recitauimus, in ipſo argumento ad uerbum concordare. Si uilla *Cruſciniacum* non alia eſt a *Craſſiniaco*, Ludouici, pater et filius, unius eiusdemque donationis auctores ſunt. Sed euoluamus codicillos: „ob amorem Dei omnipotentis et reuerentiam ſanctorum eius ſeu ammonitionem fidelis noſtri Rodradi abbatis, largimur res proprietatis noſtrae monaſterio Indenſi conſtructum in honore S. Saluatoris, unde et praedictus Rodradus rector eſſe uidetur, uillam iuris noſtri nuncupantem Cruſciniacum cum omnibus mancipiis et rebus ibidem aſpicientibus, unde et hanc noſtram auctoritatem fieri iuſſimus, per quam firmamus atque transfundimus ſupra taxatas res praedictae cellulae S. Saluatoris cum omnibus appenditiis hoc eſt cum mancipiis utriusque ſexus, cum terris, ſiluis, pratis, aquis, aquarumue decurſibus, quatenus in ſtipendiis fratrum ibidem Deo famulantium ceterisque neceſſitatibus, quae hactenus fiſcus noſter exegit a modo augeatur atque a rectoribus ipſius matris eccleſiae praeordinetur ſeu exigatur, nullo noſtro iudicio contradicente.„

§. LXXI.

§. LXXI.

§. LXX Tutelae regiae et immunitatis chartae concessae monasterio Gandersheimensi,

Non minus studiose, ut sua immunitatis iura tutaretur Ludouicus noster, contendebant religiosa collegia, quam aetate superiore. Huiusmodi immunitatis priuilegium obtinuere sanctimoniales Gandersheimenses, quod protulit HARENBERG. in hist. Gandersheim. p. 583: Brun et Otto nostri fideles Comites in procerum nostrorum presentia tradiderunt nobis quoddam monasterium, quod dicitur Gandesheim, quod Luitolf genitor eorum in primis aedificare cepit, et reliquias sanctorum Christi confessorum Innocentii atque Anastasii ob honorem Christi illuc uenire fecit, quod est constructum in honore sancti Stephani protomartiris Christi, et omnia quae ad idem monasterium iure ac legitime peruenire uidentur, et cui Gerbirg soror eorundem Comitum sanctimonialibus feminis praeesse uidetur, eo uidelicet rationis tenore, ut praefatum monasterium regio subleuaretur munimine, et sanctimoniales feminae ibidem Deo famulantes in nostro consisterent patrocinio, et quamdiu in illorum progenie aliqua sanctimonialis femina, quam uitae religio et sanctarum scripturarum instructio, et omnium bonorum morum commendet compositio, absque ullius persone contradictione sanctimonialibus femins esset praelata. Et si aliter, quod absit, eueniret, quod talis in illa progenie inuenta non esset, quae praefatis scilicet uirtutibus non ornata uideretur, ceterae sanctimoniales feminae dignam Dei seruitio, quamcunque uellent, eligere inter illas potestatem haberent. Vnde per hoc nostrae auctoritatis praeceptum decernimus atque iubemus, ut praefati monasterii feminae desideratam a nobis, nullo inquietante, electionem obtineant, atque imperialem in cunctis rebus, decimis atque possessionibus, quas nunc quolibet iure acquisitionis possident, uel in futurum Deo opitulante habere debent, per cuncta saeculorum curricula firmam et inuiolabilem teneant immunitatem. Et nullus princeps uel alius quilibet exactor iudiciariam potestatem uel freda exigenda seu mansiones uel paratas faciendas in eodem monasterio, nisi ex consensu et petitione eiusdem monasterii Abbatissae, habere praesumat, et homines illius Abbatissae, siue liberi sint, siue serui, nulla iudiciaria coerceantur potestate, sed in praesentia eiusdem Abbatissae aduocati et eorum rectitudinem adquirant et ceterorum perficiant. Monasterium Werthinense patrocinio suo rex complexus est in

firmata libertate Abbatissam eligendi,

et aduocati iurisdictione.

2. monasterio Werthinensi.

§. LXXI. est in SCHATENII c. l. p. 182: Hildegrimus, Halberstadiensis Ecclesiae Episcopus, quoddam monasterium Werthina nuncupatum competitione fratrum ibidem Deo seruientium nostro commendauit patrocinio et nostrae defensionis tuitioni, rogans, id ipsum exposcentibus fratribus, ut iam dictum monasterium sub sua constet potestate a tempore uitae suae, et post discessum ipsius monasterii praedicti fratres deinceps potestatem habeant inter se eligendi Abbatem, qui eos regulariter procurare sciat. Nos etiam petitionibus iam fati Episcopi et praedictorum fratrum assensum praebuimus, et iussimus fieri hoc nostrae auctoritatis praeceptum, per quod decernimus atque iubemus, ut praefata petitio firma stabilisque permaneat. Hominibus itaque praedictorum fratrum nulla iudiciaria potestas uel iudex publicus praesit, non ab iis freda siue paratae accipiendae exigantur, praefati monasterii fratres hominesque ipsorum ab omni uectigalium exquisitione securi permaneant, eorum aduocato, quem Abbas constituerit, si quid est ratiocinandum, uel corrigendum fiat, et immunitatis tuitione semper permaneant et ubique.

3. Mon. Fuldens. Chartam immunitatis ampliorem exarari iussit Rex pro monasterio Fuldensi in SCHANNATI Cod. probat. histor. Fuldens. p. 136: Vir uenerabilis Sigahardus Abba ex Monasterio quod dicitur Fulda, qu - - - - - - - - - - - tructum in honore Sancti Bonifacii Martyris Christi, ubi idem gloriosus Martyr corpore quiescit, adiens Excellentiam Culminis nostri, optulit nobis quandam auctoritatem immunitatis Domni et Genitoris nostri Hludovvici gloriosi Regis, in qua continebatur, qualiter idem clarissimus Princeps praefatum Monasterium cum monachis ibidem Deo militantibus, et cum rebus uel hominibus ad se iuste pertinentibus uel aspicientibus sub sua constituisset defensione, et immunitatis tuitione; obsecrauit namque praescriptus Abba, ut similiter ipsum Monasterium cum monachis ibidem Deo famulantibus et cum rebus et hominibus sibi legaliter pertinentibus sub nostra constitueremus defensione, et paternae auctoritati nostram iungeremus auctoritatem, cuius petitionem quia iustam, immo rationabilem iudicauimus, libenter accommodauimus, et beneficio quod postulauit assensum praebuimus, et ideo hanc auctoritatem propter diuinum amorem, et uenerationem ipsius sancti loci, tranquillitatemque fratrum ibidem consistentium circa ipsum Monasterium fieri decreuimus, per quam in futurum sancimus atque iubemus,

mus, ut nullus Iudex publicus uel quilibet ex iudiciaria poteſtate in §.LXXI.
Eccleſias, uillas, loca, uel agros poſſeſſiones, quas moderno tempore iuſte et rationabiliter infra Regnum diuinitus nobis conceſſum praefatum poſſidet Monaſterium, uel quae deinceps - - - - - - - - - - ſius loci uoluerit diuina pietas augeri ad cauſas iudiciario more audiendas, et freda undecumque exigenda aut manſiones et paratas faciendas aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius Monaſterii tam ingenuos quam et ſeruos ſuper terra ipſius conmanentes diſtrin - - - - - - - - - - - ccaſiones requirendas, noſtris futurisque temporibus ingredi audeat, uel ea quae ſupra memorata ſunt, exigere praeſumat, ſed liceat praefato Abbati, ſuisque ſucceſſoribus res praedicti Monaſterii cum omnibus ſibi ſubiectis ſub immunitatis noſtrae defenſione poſſidere, et noſtro fideliter parere imperio - Fiſci exigere poterat, pro aeterna remuneratione praefato Monaſterio et Monachis conceſſimus, et ſi quando diuina uolutione iam fatus Abba, ſeu ſucceſſores eius de hac luce migrauerint, quamdiu ipſi Monachi inter ſe - - - - - - - - - - - - regere ualeant, per hanc noſtram auctoritatem conſenſum et licentiam habeant eligendi Abbates.

Eidem Monaſterio Rex confirmauit traditionem iam a Ludouico Pio auo factam, quae inter SCHANNATI Traditiones Fuldenſ. pag. 210 reperitur: Nos ob amorem Domini, nec non et pro noſtrae mercedis augmento, ad Monaſterium quod dicitur Fulda ſitum in ſilua Bochonia, et eſt conſtructum in honore Sancti Bonifacii Martyris Chriſti, cui uenerabilis Abba Sigahardus praeeſſe uidetur, quasdam res proprietatis noſtrae conceſſimus, hoc eſt in pago noncupato Muſelahgevvi in comitatu Adalhardi uillam quandam quae dicitur Berge, quod et ipſum auus noſter Hludouuicus ad iam dictum Monaſterium tradidit, ſed quod non rationabiliter confirmatum ab ipſo eſt, quorundam interpellatione interceptum eſt: Nos autem ob amorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, pios Anteceſſorum noſtrorum affectus erga ſancta Dei loca imitantes, iteratam traditionem praedictarum rerum fieri uoluimus ad praefatum Monaſterium, uillam ſcilicet praenominatam in proprietatem et dominationem Sigahardi Abbatis et Succeſſorum eius, nec non et fratrum in iam dicto loco Domino ſeruientium condonauimus, cum omnibus appendiciis, cum domibus, aedificiis, mancipiis, campis, agris, pratis, paſcuis, ſiluis,

4. eidem mon. Fuld. confirmat traditionem auitam.

 cultis

§. LXXII. cultis et incultis, aquis aquarumque decurſibus, uiis et inuiis, acceſſibus et adiacentiis, finibus, exitibus et regreſſibus, ut de his nunc et deinceps omni tempore liberam in omnibus habeant poteſtatem faciendi quicquid eis libuerit. etc.

§. LXXII.

Politica.

Quod ad res politicas huius regis attinet, ea reuocemus in memoriam, quae §. XXII enarrauimus. Quamquam Ludouicus Germanicus filios ſuos in regni conſortium non recepit: ipſis tamen uaria negotia expedienda commiſit, ac interdum diplomata ſimul eorumdem ſignis roborari iuſſit (§. XXXV); patre demortuo, Ludouico noſtro regnum contra impetum et inſidias Caroli patrui tuendum erat, antequam paterna hereditas cum fratribus diuideretur. Si fides ANNALIBVS FVLDENSIBVS habenda eſt, haec erat diſcordiae initium et exitus: Carolus, Hludouuici morte comperta, regnum illius cupiditate ductus inuaſit, et ſuae ditioni ſubiugare ſtuduit, exiſtimans ſe (ut fama uulgabat) non ſolum partem regni Hlutharii, quam Hludouuicus tenuit, et filiis ſuis utendam dereliquit, per tyrannidem poſſe obtinere, uerum etiam cunctas ciuitates regni Hludouuici in Occidentali littore Rheni fluminis poſitas ſuo regno addere, id eſt, Mogontiam, Wormatiam, et Nemetum, filiosque fratris per potentiam opprimere, ita ut nullus ei reſiſtere uel contradicere auderet. Primum igitur Aquenſe palatium petiit, et inde cum omni exercitu ſuo profectus in Colonia Agrippinenſi concedit. Miſſis etiam prius legatis ad optimates Hludouuici, ut proprium dominum desererent, et ad ſe uenirent, uenientibus quidem plurima beneficia ac dona promittens, aliter uero facientibus, rerum ſaecularium priuationem, uel exterminium minitans. Cui Hludouuicus, qui patri in illis locis haeres ſucceſſerat, cum paucis occurrit, et in Aquilonali ripa Rheni fluminis caſtra ſua poſuit, ſuorum operiens aduentum. Miſitque interea nuncios ad Carolum. - - - - Sed cum ille his et aliis ſimilibus rationabiliter conuentus, nullo modo aſſenſum praebere uoluiſſet, ſtimulante auaritia, Hludouuicus quadam nocte ſe ſubtraxit de caſtris, et Rheno flumine tranſito, in caſtello Anternaco cum ſuis conſedit, diſperſusque eſt per diuerſa loca omnis pene exercitus illius ad colligenda equorum pabula. Ille uero iterum nuncios

Carolus caluus inhiat regno Hludouici fratris.

corrumpere tentat optimates Ludouici iunioris.

pacem obbatam ac-

cios ad Karolum destinauit, pro pace inter eos componenda. At §. LXXII.
Carolus pacem simulans, et fraudem in corde meditans, se paci con- cepturum
sensurum et legatos ad Hludouuicum missurum pro communi utilita- se simulat.
te, subdola falsitate promisit. In eadem enim nocte cum omni Insidias
exercitu suo properauit, ut Hludouuicum ceteris extinctis compre- struit Lu-
henderet, ac sedes luminum illius euacuaret, postea regnum illius, douico,
quasi nullo resistente, possessurus. Willibertus autem Coloniae Agrippinae ciuitatis Episcopus, Karoli fraudulenta consilia intelligens, caeteris trepidantibus eum constanter adiit, obnixe postulans, ne ita ferociter ac barbare faceret erga nepotem, ea quae pacis
sunt sectantem. Sed cum eum a praua uoluntate reuocare non quas ipsi
potuisset, quemdam presbyterum suum nomine Hartvvigum per detegi ius-
compendiorem uiam destinauit, et Hludouuico praeparatas insidias, sit Willi-
et ipsius Karoli insinuauit aduentum. Qui statim lorica indutus, et bertus, Archiep.
totam fiduciam suam in Domino ponens, cum paucis qui secum erant Colon.
(dispersos enim congregare non poterat) Carolo uiriliter occurrit, iussitque omnes ex sua parte candidis uti uestibus, pro signo cognoscendae societatis. Saxones autem, quoniam prima fronte contra hostes positi erant, primum iniere certamen, sed multitudine aduer-
sariorum territi, parumper terga uerterunt. Franci autem Orien- Ludouicus
tales ex utraque parte fortiter repugnantes, ac signiferis Caroli occi- pulsat ho-
sis, caeteros fugere compulerunt. Quos Hludouuicus persecutus, stem,
strages non paucas dabat. Plurimos etiam ex optimatibus Karoli uiuos comprehendit, quos propter suam humanitatem seruari iussit
incolumes. Carolus uero turpiter fugiens, relictis thesauris, quos Carolus
secum habebat, cum paucis pene nudus euasit. Hi autem, qui cum fugit.
Hludouuico erant, reuersi ad caesorum spolia detrahenda, quantas ibidem praedas in auro et argento, et uestibus, et armis, et loricis, et equis uariaque suppellectile tulissent, nullus ualet edicere. - - -
Haec in VIII Id. Octobr. contra nouellum Sennacherib gesta sunt etc. Hludouuicus post fugam Karoli ad palatium Aquisgrani perrexit, et dispositis, prout uoluit, his, quae ad se pertinere uidebantur, cum
triumpho ad Franconofurt rediit. Sequenti mense regna paterna 2.
diuidebantur Salfeldae, ut diximus §. LIII, 1. ANNALES BER- ANNAL.
TIN. ad h. a. Ludouicum inuitum, sed non sine diuinis auspiciis prae- BERTIN.
lium obiisse, referunt: Hludovvicus autem nepos illius cum Saxoni- narratio.
bus, et Toringis ex altera parte Rheni fluminis contra eum uenit, et

 Missis

§. LXXII.

Ludouicus, pace reiecta, supplicationem publicam fieri iubet, et ad iudicium diuinum, per probationes uulgaris, confugit.

Missis ad patruum suum Imperatorem directis benignitatem eius expetiit, quam non impetrauit. Tunc ipse, ac Comites eius ieiuniis, et Litaniis misericordiam Domini petierunt, inridentibus eos illis, qui erant cum Imperatore. Hludovvicus, Hludovvici Regis filius, decem homines aqua calida, et decem ferro calido, et decem aqua frigida ad iudicium misit coram eis, qui cum illo erant: petentibus omnibus ut Deus in illo iudicio declararet, si plus per rectum ille habere deberet portionem de Regno, quam pater suus illi dimisit ex ea parte, quam cum fratre suo Carolo per consensum illius, et per sacramentum accepit. Qui omnes inlaesi reperti sunt. Tunc ipse Hludovvicus cum suis ad Andernacum castrum Rhenum transiuit. Quod cum Imperatori nunciatum fuisset, Richildem Imperatricem praegnantem cum Hilduvvino Abbate, et Francone Episcopo, ad Haristallium misit. Ipse autem secus Rhenum hostiliter contra nepotem suum perrexit: praemittens ad eum Missos, ut quosdam de Consiliariis suis obuiam illius Consiliariis mitteret, et tractarent de pace inter eos habenda. Quod Hludovvicus humiliter et obedienter suscipiens, securus mansit, quod bello aggredi non deberet, donec ipsa cautio finiretur. Imperator Nonas Octobris dispositis scaris suis nocte surrexit, et leuatis uexillis per strictas, et arduas uias, quin potius inuias, super nepotem suum, ac super eos, qui cum illo erant, subito irruere moliens, secus Andrnacum peruenit: fatigatis hominibus, et equis de graui, et stricto itinere, et pluuia, quae super eos nocte tota effluxit. Et ecce subito nunciatum est Hludovvico, et suis, Imperatorem cum ualida manu hostiliter super eum uenire. Ipse autem cum eis, quos secum habuit e regione stetit, et irruentibus Imperatoris cuneis super eos, et illis fortiter resistentibus, hostis (i. e. exercitus) Imperatoris terga uertit, et fugando super Imperatorem uenit. Sed et Imperator cum paucis uix fuga lapsus euasit. Multi autem, qui effugere poterant impediti sunt, quoniam omnes Sagmae Imperatoris, et aliorum, qui cum eo erant, sed et mercatores, ac scuta uendentes, Imperatorem, et hostem sequebantur: et in angusto itinere fugientibus uiam clauserunt. Fuerunt autem in ipsa congressione occisi Ragenarius, et Hieronymus Comites, et multi alii. Capti autem in eodem campo, et silua uicina fuerunt, Ottulfus Episcopus, Gauzlenus Abbas, Aledramnus, et Adalardus, Bernardus, et Euertuuinus Comites, et plures alii. Omnes autem Sagmas, et ea, quae merca-

de pace simulate agitur.

Carolus caesus fugit.

mercatores portabant, hostis Hludovvici accepit. Et impletum est dictum propheticum, ubi ait: Qui praedaris, nonne et ipse praedaberis? Omnia, quae praedatores, qui erant cum Imperatore habuerunt, sed et ipsi praeda fuerunt: adeo ut qui adminiculo equorum effugere poterant, animas suas haberent pro spolio. Caeteri autem ita sunt a uillanis despoliati, ut foeno, et stramini inuoluti uerecunda celarent, et nudi profugerent, quos insequentes occidere noluerunt. - - - Hludovvicus Hludovvici quondam Regis filius de Andrnaco per Sinciacum Aquis rediit, ibique tribus diebus stetit. Indeque obuiam fratri suo Carolo apud Confluentes uenit. Vbi simul locuti, Carolus uersus Mettis, indeque in Alemanniam infirmus rediit: et Hludovvicus ultra Rhenum perrexit. A. 877 Hludouuicus Rex mense Ianuario generali conuentu habito apud Franconofurt, quos de regno Caroli tenuit captiuos remisit in Galliam. Sclaui (qui uocantur Linones et Siusli) eorumque uicini defectionem molientes, solitum dare censum renuunt. Quos Hludouuicus Rex missis quibusdam fidelibus suis circa mediam quadragesimam sine bello compressit, acceptisque obsidibus nonnullis et muneribus non paucis, eos sub pristinum redegit seruitium. - - - Hludouuicus Rex partem regni Hlutharii cum fratribus Karlmanno et Carlo aequa lance diuidit. Hludouuicus Caroli Regis filius timore perterritus propter iniurias a patre suo Regi illatas, legatos ad eum dirigit, pacem postulat, et se de omnibus, quae contra eum genitor suus gesserat, excusare nititur. Cuius legatos Rex audiuit et absoluit. Post haec Aquense palatium petiit, ibique natalem Domini celebrauit. ANNAL. FVLD. Iidem ANNALES ad a. 878 tradunt, Carlmannum partem regni Hlutharii, quam priori anno a fratribus sibi retinendam acceperat, Hludouuico reddidisse; hunc autem eandem partem, quam a Carlmanno acceperat, cum Carolo fratre diuisisse. Mense Octobri Aquas perrexit Ludouicus, et cum aequiuoco suo Caroli regis filio haud procul inde colloquium habuit. Pax Furonis conclusa. Scilicet rex Galliae a Ludouico pacem petierat, cui noster amice respondit; quo spectare uidetur epistola inter formulas antiquas Alsaticas n. XIIII: Dilectissimo fratri et unanimo amico Gloriosissimo Galliarum, Aquitaniae et Hispaniae Regi Hludouico cognominis uestri Hl. Rex Francorum, gratia uobis et pax atque uictoria de coelo uobis subministrentur. Obsecro, frater charissime, sanguis et ossa

§. LXXII.

3. a. 877 Ludou. R. Franco-furti comitia habet.

Linones et Siuslos comprimit.

Partem Lotharingiae cum fratribus diuidit.

Ludouicus R. Galliae pacem petit.

4. Ludouico portionem suam regni Lotharii reddit frater Carlmannus.

Colloquium utriusque Ludouici, Gallici et Francici; et amicitiae foedus

§. LXXII. et ossa mea, pars animae meae, nomen meum, ut postpositis uel potius explosis et annulatis, simultatibus et inimicitiis, quas inter Patrem uestrum et nostrum cupidi et peruersissimi homines seminare gaudebant, Christiano et cognato amore nos inuicem diligere et alter alteri domi militiaeque fidi et pacati esse curemus, ne quisquam tertius nos duos, nisi unum, se inuenire tripudiet; et ita fit, ut nec nostri de nostra dissentione et minoratione glorias et dignitates aucupentur, nec aduersarii et extranei de Regni nostri defectu, et casu glorientur. Vt autem foedus inter nos conditum permaneat firmum, mittimus uobis pro arrabone cauallum uiribus et uelocitate, non statura et carnibus probabilem, et sellam, qualem nos insidere solemus, ut nos fortitudine et utilitate, non luxu et inanitate delectari noueritis. Mittimus etiam cortinam praestantissimam, qua in palatio uestro tempore consilii pro signo dilectionis nostrae suspensa omnia maledicorum seminaria contabescant, dum et meam apud uos deuotionem hoc munere, et uestram erga nos affectionem ipsa uiderint, et extimuerint ostentatione. Et ut de uitae uestrae diuturnitate, nos sollicitos esse noueritis, dirigimus uobis aromata, et unguenta et pigmenta medicabilia, quorum odore, delibatione, et sapore delectati, diu uiuere, et nos diligere firmiter et iure debeatis.

Ludouicus R. Franc. orient. munera mittit Ludouico R. Gall.

§. a. 879 Ludouico R. Gall. mortuo, Ludouicus R. Franc. Virdunum usque cum exercitu proficiscitur, instigatus a Gozleno, abbate,

Anno 879 Ludouuicus Caroli regis filius III Id. April. apud Compendium obiit palatium, ibique sepultus est. Quod cum Rex comperisset, cum magno exercitu in Galliam perrexit, uenitque usque Viridunum. Exercitus autem qui eum sequebatur, quoniam a ciuibus illis sibi uictus necessaria iusto pretio emere non potuisset, uersus est ad praedam, et pene uniuersam depopulatus est ciuitatem. Rex uero missis quibusdam fidelibus suis ultra Mosam fluuium ad optimates regionis illius, reuersus est in Franciam. Ita ANN. FVLD. At ANNAL. BERTIN. copiosius: Gozlenus denique Abbas memor iniuriarum, ac insidiarum suarum, quas a suis aemulis tempore praecedenti sustinuerat, sisus de familiaritate, quam cum Ludouico Germaniae Rege, et cum uxore illius, atque cum Primoribus illius terrae, quando captus in bello apud Andrnacum, et trans Rhenum ductus fuerat, obtinuit, coepit cogitare qualiter talionem suis contrariis redderet, et Chuonradum Parisiaci Comitem spe falsa de praecellenti potestate deludens, et quaedam ingenia qualiter id exequi posset enarrans, sibi coniunxit. Et antequam illi, qui cum Regis filio erant ad condictum Placitum apud Meldis

Meldis uenirent, accelerauerunt quoscumque potuerunt Episcopos, et Abbates, atque potentes homines, ad Conuentum uocare ubi Thara Isaram influit: eo sub obtentu, ut quia Rex defunctus erat, unanimiter tractarent de Regni pace, atque utilitate. His autem qui conuenerant persuaserunt, ut Ludouicum Germaniae Regem in hoc Regno conuocarent, et eius largitione honores, quos hactenus obtinere non potuerunt, sine ulla dubitatione haberent. Et miserunt nuncios suos ad praedictum Ludouicum, et uxorem eius, et mandantes ut usque Mettis uenire accelerarent, et illuc omnes Episcopos, et Abbates, ac Primores istius Regni ad illum perducere possent. Sicque per Siluacum, et secus Axonam multas depraedationes, ac rapinas facientes, usque ad Viridunum uenerunt. Veniente autem Ludouico Mettis, iterum ad illum nuncios miserunt, postulantes ut usque ad Viridunum ueniret, quatenus commodius populum istius Regni ad illum perducere possent. Veniens autem Ludouicus usque ad Viridunum, tanta mala exercitus eius in omnibus nequitiis egit, ut Paganorum mala facta illorum uincere uiderentur. Audientes autem Hugo, et Boso, ac Theodericus, et illorum socii, quae Gozlenus, et Chuonradus cum illorum complicibus machinabantur, miserunt Wltarium Episcopum Aurelianensem, et Goirammum, ac Anscherum Comites, ad Ludouicum apud Viridunum, ut ei offerrent partem de Regno Lotharii iunioris, quam Carolus contra fratrem suum Ludouicum ipsius Ludouici patrem acceperat: ut accepta illa portione Regni, in Regnum suum rediret, et quod reliquum de Regno patris sui Caroli Ludouicus habuit, filiis suis consentiret. Ludouicus uero et sui acceptam habentes talem oblationem, cum dedecore Gozlenum, et Chuonradum, ac complices illorum reiecerunt. Et accepta Regni parte sibi oblata, Ludouicus ad Palatium suum Franconofurd rediit. ANNAL. FVLD. pergunt: Ludouicus reuersus in Franciam uenit Mogontiacum, et inde ad Franconofurt, ibique Erambertum Comitem de Baioaria aliosque nonnullos ad se uenientes suscepit, quos Arnolt propter quandam dissensionem inter Carlmannum patrem suum et eos factam, publicis priuauit honoribus, et de regno expulit. Horum causa Rex in Baioariam profectus, diffidentes aliquo modo ad concordiam reuocauit, et eis pristinam restituit dignitatem. Quod quorundam offendit animos, quasi Rex iuramenti sui praeuaricator existeret. Quod aliter intelligunt

§. LXXII.

acquirit partem Lotharingiae, Carolo Caluo assignatam.

Dissensionem inter Carlmannum et Erambertum, comitem Baioariae aliosque componit.

qui

§. LXXII. qui eiusdem iuramenti ſunt conſcii. Nam Carlmannus qui prior natu erat, primus inter fratres ſe iuramento conſtrinxit, et omnia quae in illo continentur ſacramento, ſe ſeruaturum eſſe promiſit. Deinde Hludouuicus eodem tenore iurauit, ea tamen uidelicet ratione, ut ſi Carlmannus ea quae promiſit, inuiolata ſeruaret, ipſe eadem ex ſua parte rata cuſtodiret. Sed quoniam Carlmannus in diuiſione regni Longobardorum, iuramentum ſuum irritum duxit, Hludouuicum procul dubio a ſuo iuramento reddidit immunem: et idcirco crimine periurii non tenetur obnoxius. Carlmannus autem tandem Hludouuicum ad ſe accerſiuit, et quoniam loqui non poterat, ei ſeipſum et uxorem et filium uniuerſumque regnum ſcripto commendauit. Cui Rex Epiſcopatus et Abbatias et Comitatus ad ſeruitium delegauit; et diſpoſita, prout uoluit, regione, rediit in Franciam. Interea Hugo Hlutharii ex Waldrada filius tyrannidem in Gallia exercebat. Contra quem Rex quosdam fideles ſuos deſtinauit, ut eum inde expellerent. Qui uenientes nonnullos ex hominibus illius in quodam caſtello iuxta Viridunum obſederunt, et caſtello potiti alios quidem occiderunt, alios uero in exilium miſerunt, aliosque etiam capillis et cute detracta cum magna confuſione inde expulerunt et caſtellum deſtruxerunt. Illuſtrantur haec in ANNAL. BERTIN. ad a. 879: audiens autem hoc uxor illius (Ludouici), ſatis moleſte tulit: dicens, quia ſi illa cum eo ueniſſet, totum iſtud Regnum haberet. Anguſtiantes autem Gozlenus, et Chuonradus, ad ipſam Reginam fecerunt confugium, querimoniam agentes qualiter eſſent decepti. Et acceptis Miſſis, qui eos de parte Ludouici confortarent, ſed et alios quaſi obſides, reuerſi ſunt: rapinas, et depraedationes facientes quocumque peruenire potuerunt. Renunciantes ſociis ſuis, Ludouicum quantocius cum magno exercitu uenturum, quoniam ad praeſens uenire non poterat: quia nunciatum eſt ei non incerta relatione, fratrem ſuum Carolomannum paralyſi percuſſum, et iam morti uicinum, ſuumque filium de concubina nomine Arnulfum partem Regni illius occupaſſe: et ideo in illa parte feſtinus pergeret, ſicut et fecit. Sopita uero ſicut potuit in illis partibus commotione, reuerſus eſt ad uxorem ſuam. A. 880 Ludouicus Rex Germaniae, una cum uxore ſua ab Aquis in iſtas partes iter arripuit, et usque ad Duciacum uenit. Vbi Gozlenus, et Chuonradus obuiam illi uenerunt: quamplurimis iam de illorum complicibus ab il-

Carlmannus regnum Langobard. diuiſurum ſe promiſit; Ludouico fratri ſe regnumque ſuum commendat.

caſtellum iuxta Viridunum deſtruitur.

6. Ludouicus,

ab illorum Societate retractis. Indeque Ludouicus, et uxor sua ad Attiniacum, indeque ad Ercuriacum, et sic usque ad Ribodi montem peruenerunt. Et uidentes, quia Gozlenus, et Chuonradus, quod ei polliciti fuerant attendere nequiuerunt, et ipse ac uxor sua, quae sperauerunt obtinere non possent: peractis amicitiis cum filiis Ludouici, et condicto Placito futuro mense Iunio ad Gundulfiuillam, reuersi sunt in patriam suam. ANNALES METENSES referunt, *portionem regni Lotharii, quam auus paterque tenuerat, ex integro concessisse* reges Galliae Ludouico regi Franciae Orient. *addita insuper Abbatia S. Vedasti Atrebatensi.* Iam anno superiore hanc conditionem Rex noster acceptauerat, sed postea, urgente Gauzleno, maiora appetebat. Portionem, quam ex diuisione Lotharii regni a. 870 obtinuerat Ludouicus Germanicus, iam §. XXI, 7 descripsimus; quum uero nunc et altera Caroli calui portio regno Germaniae accesserit; nostra scire interest, quae loca ista comprehenderit. Recensebimus hanc accessionem, addita interpretatione ECCARDI t. II rer. Francic. p. 558: *Lugdunum*, *Veson tium*, *Vienna*, *Tungri*, *Tullum*, *Viridunum*, *Cameracum*, *Viuariae*, Viuers, urbs ad Rhodanum, *Vcetia* in Occitania, Vzez, urbs Galliae Narbonensis; *Mons Falconis*, Montfaucon, uicus prope Vesontionem; *S. Michaelis* ad Mosam in agro Virdunensi; *Culdini Monasterium*, uulgo Colmoustier, ex Molani coniectura, Annalibus Bertinianis *Gillini Monasterium*, Miraeus hoc suspicatur esse Calmoustier uetus Canonicorum collegium in Burgundia; *S. Mariae in Bisinciono*, id est, Iussanum Monasterium in urbe Bisontina, quod primum fuit Monialium, post Monachorum Benedictinorum, nunc est Minimorum ab anno 1607, ut Chiffletius docet; *Sancti Martini in eodem loco*, ubi nunc superest sacellum uetustissimum S. Martini, in claustro, ut loquuntur, S. Stephani Bisontini; *Sancti Eugendi* Abbatia Iurensis, quae nunc S. Claudii nomen habet, et in dioecesi Lugdunensi, in Comitatu tamen Burgundiae sita est; *Sancti Marcelli* prope Cabillonum, Cella modo Cluniacensis; *Sancti Laurentii Leudensi*, sic coniungunt Annales Bertiniani, et est forte S. Laurentii in urbe Leodiensi; *Senonis*, Senoniense Monasterium in Vosago. *Abbatia Mella*, pro qua Annales Bertiniani habent *Niella*, quae est Coenobium modo nobilium Canonicarum in Brabantia; *Melbarium* seu Melbodium, Maubeuge, nobilium modo Canonicarum Abbatia ad Sabim in Hannonia; *Laubiae* Virorum

§. LXXII. a Gozleno deceptus, pacem filiis Ludouici balbi reddit.

descriptio alterius Lotharingiae portionis, olim a Carolo Caluo possessae, nunc a Ludouico rege acquisitae.

§. LXXII. Abbatia celebris ad Sabim; *Sancti Gaugerici* collegiata nunc Ecclesia prope Cameracum; *S. Saluii prope Valentianas*; hactenus Virorum Abbatia; *Crispinum*, Crespin', etiam Virorum Monasterium in Hannonia; *Fossae* nunc Canonicorum collegium in Hannonia; *Marilia*, Maroilles, Abbatia ibidem; *Hunulcurt*, Hancourt, Virorum Monasterium in dioecesi Cameracensi; *Sancti Seruatii* Ecclesia Traiecti ad Mosam; *Malinae*, Malines, olim Monasterium Canonicorum, nunc urbs in Brabantia celebris; *Ledi*, Lier, oppidum Brabantiae ad Netam fluuium; *Sumniacum*, Soigny, Abbatia Canonicorum; *Antonium*, Antoing, prope Tornacum; *Condatum*, Condé, oppidum ad Scaldim; *Merrebecchi*, Meerbeke, prope Ninouiam, Canonicarum puellarum; *Ticliuinni*, Dickeluenne, prope Gerardi montem, quarto lapide ab eo distans, inter Aldenardam et Gandauum; *Luitosa*, Leuse, in Hannonia, nunc Canonicorum; *Calmontis*, Calmont, in dioecesi Leodiensi; *Sancta Maria in Deunant*, uulgo Dinant; *Echa*, Eyck, prope Maseicam; *Andana* Andenne, ad Mosam; *Wasloi* olim Vaslogiense Monasterium in Fania, modo excisum; *Altus mons*, Hautmont, Monasterium Virorum hactenus superstes; *Comitatus Texander*, hodie *Kempenland* dictus; *in Bracbanto Comitatus quatuor*; quod olim ab Alosto Tornacum usque, imo ultra Condatum, extendebatur; *Cameracensium* pagus; *Haniouui*, Hennegau, Hainou, Hannonia, sic dicta a fluuio Haina, qui mediam regionem intersecat; *Lomensis* pagus, magna hodie pars Comitatus Namurcensis, in quo Bronium Abbatia et Fossa oppidum ac Monasterium; *in Hasbanio quatuor Comitatus*; *Masau superior de ista parte Mosae*; *Masau subterior quantum de ista parte est*, id est, sinistra, siue occidentali; *Lingae quod de ista parte Mosae est*, *et pertinet ad Velsatum*, Leodiensis ditio ultra Mosam iacens; *Scarponinse* siue pagus nomen trahens a *Scarponna* urbe iam Antonino et Tabulae Peutingerianae memorata atque a fluuio *Scarpa* in Scaldim se exonerante dicta; *Viridunense* siue tractus Virdunensis Mosae adiacens; *Dulminse*, hoc est, regio ad Dulam (Deule) amnem sita; *Arlon*, Antonino *Orlonaunus uicus*, hodie est oppidum Ducatus Luxemburgici; *Vaurense*, *Comitatus duo*, circa oppidum Warcq supra Charleuillam ad Mosam extensi; *Mosminse*, siue ager Mosomensis circa Mosomum (Mouzon) ad Mosam iacens; *Castricium*, pagus nondum a me cognitus; *Condrust* pagus a *Condrusis*, Caesari et aliis ueteribus iam memoratis, et nomen hodieque

dieque

dieque ſuperat in dioeceſi Leodienſi prope Huium oppidum; *de* §. LXXII.
Arduenna ſylua ſicut flumen Vrta ſurgit inter Bislavc et Tumbas, ac decurrit ex hac parte in Moſam, et ſicut recta uia ex hac parte Occidentis pergit in Bedenſi, ſecundum quod Miſſi recte inuenerint. Porro Caroli portio fuit *Tullenſe* ſiue pagus Tullenſis; *aliud Odornenſe, quod Termarus habuit*, ſiue pars pagi Odornenſis; *Barrenſe*, diſtrictus circa oppidum Barrum; *Portenſe; Salmoringum; Lugdunenſe; Viennenſe; Viuariae; Vcetia*, ſiue diſtrictus ad haec loca pertinentes, et de *Friſia tertia pars*, in Flandria olim conſtituta. Pergunt ANN. BERTIN. ad a. 880: Et inueniens Ludouicus Nortmannos in itinere, Domino opem ferente, magnam ex illis partem occidit exercitus ſuus. Sed in Saxonia magnum damnum de fidelibus ſuis per Nortmannos ſuſtinuit. - - - Ad quod Placitum Ludouicus infirmitate detentus uenire non potuit, ſed pro ſe Miſſos ſuos direxit. Karolus autem a Longobardia rediens, illuc uenit. In quo Placito communi conſenſu inuentum eſt, ut ipſi Reges Ludouici quondam filii ad Attiniacum redirent cum ſcara Ludouici Germaniae Regis, et Hugonem Lotharii iunioris filium impeterent. Quo uenientes, quia Hugonem non inuenerunt, ſororium illius Teutbaldum bello aggreſſi ſunt, et multis interfectis illum in fugam uerterunt. Indeque cum hoſte ex Regnis ſuis, una cum praedicta ſcara Ludouici Regis Germaniae, praedicti Reges, ordinatis qui Regnum ſuum contra Nortmannos in Ganto reſidentes cuſtodirent, in Burgundiam uerſus Boſonem per menſem Iulium a Trecas ciuitate perrexerunt: Carolo Rege illuc cum exercitu ſuo in Boſonem uenturo. In quo itinere electis de caſtro Mateſcano Boſonis hominibus, ipſum caſtellum ceperunt, et eum Comitatum Bernardo cognomento Planta-piloſa dederunt. Et perrexerunt ſimul Carolus, Ludouicus, et Carolomannus, ad obſidendum Viennam, in qua Boſo uxorem ſuam cum filia, et magnam partem de ſuis hominibus relinquens, fugam ad montana quaedam arripuit. ANNAL. FVLD. res hoc anno geſtas ita narrant: Rex Hludouuicus natale Domini celebrauit in Franconofurt, poſtea in Galliam profectus, filios Hludouuici ad ſe uenientes ſuſcepit, totumque regnum Hlutharii ſuae ditioni ſubiugauit. Inde ad expugnandos Nordmannos qui in Scalta fluuio longo tempore reſederunt, conuertit exercitum, initoque certamine, plusquam V millia ex eis proſtrauit. In quo praelio Hugo filius regis occubuit. GESTA NOR-

[Margin notes:] In Saxonia contra Nortmannos infauſte pugnatum. — Boſo comprimitur. — 7. Nortmanni caeſi. — Hugo filius regis occumbit;

§. LXXII. NORMANNORVM de hoc conflictu cum Normannis ita: *Ludouicus, qui Austrasiis imperabat, cum in regnum reuerteretur, repente obuiam habuit Northmannorum innumeram multitudinem, iuxta Carbonariam, in loco, qui dicitur Thimnin, cum ingenti praeda ad classem repedantem, cum quibus absque mora conflixit et Deo propitiante maximam ex eis partem gladio prostrauit*). In Saxonia cum Nordmannis infeliciter dimicatum est. Nam Nordmanni superiores existentes duos Episcopos, quorum ista sunt nomina, Thiotrih et Marcuuart; et duodecim Comites his nominibus appellatos, Brun Ducem et fratrem Reginae, Wigmannum, Bardonem, alterum Bardonem, et tertium Bardonem, Thiotherium, Gerricum, Liutolfum, Folcuuartum, Auan, Thiotricum, Liutharium, cum omnibus qui eos sequebantur, occiderunt. Praeterea XVIII satellites regios cum suis hominibus prostrauerunt, quorum ista sunt nomina; Aderam, Alfuuini, Addasta, Aida, Alcer, Aida, Dudo, Bodo, Wal, Adaluuini, Werinhart, Thiotrich, Ailuuart: exceptis innumerabilibus, quos in captiuitatem duxerunt. Rex uero de Gallia rediens in Franciam Pascha celebrauit in Francofurt. Sclaui (qui uocantur Dalmatii,) et Behemi, atque Sorabi, caeterique circumcirca uicini audientes stragem Saxonum a Nordmannis factam, pariter conglobati, Thuringos inuadere nituntur, et in Sclauis circa Salam fluuium Thuringis fidelibus praedas et incendia exercent. Quibus Poppo Comes et dux Sorabici limitis occurrit, et diuino auxilio fretus eos prostrauit, ut nullus de tanta multitudine remaneret. - - - Hludouuicus mediante mense Augusto apud Wormatiam cum suis colloquium habuit, et quosdam ex fidelibus suis obuiam legatis nepotum suorum ad uillam Gundolfi transmisit, quosdam etiam contra Hugonem tyrannidem exercentem in Galliam destinauit. Heinricus uero et Adalbertus et caeteri qui cum eis erant, cum Thiotbaldo principe militiae Hugonis qui robur exercitus secum habebat, iniere certamen, et ceciderunt multi ex utraque parte uulnerati: in quo conflictu Heinricus cruentam obtinuit uictoriam. Cumque illi qui de uilla Gundolfi, et illi qui de praelio reuersi fuerant, in unum conuenissent, pari intentione cum filiis Hludouici contra Bosonem in Galliam pugnaturi perrexerunt, et Madasconam urbem expugnantes, Bernardum, qui in ea principatum tenebat, in deditionem accipiunt. Buoso uero fugiens ultra Rodanum fluuium in urbe Vienna se tutatus est. Nordmanni in Gallia praedas et incendia exercent, et inter

Nortmanni in proelio prosternunt II episcopos, XII comites, XVIII satellites regios.

Slaui Thuringiam inuadentes trucidantur.

Hugo coercetur,

plurima

plurima loca et monasteria quae depopulati sunt, etiam Baiorzuna, ubi pars maxima Frisionum habitabat, incendio concremarunt; et inde reuertentes Nouiomagum uallo firmissimo, et muris circundante, hyemandi sibi locum in palatio regis parauerunt. Quibus Rex Hludouuicus cum manu ualida occurrit, et propter hyemis asperitatem, et loci firmitatem, rebus parum prospere gestis, reuersus est. (REGINO latius: Nortmannorum classis, Walam fluuium ingressa, Neumago palatio regio applicuit, ibique castra posuit. Quod factum cum ad notitiam Ludouici perlatum est, absque dilatione cum exercitu uenit, et munitionem obsidione clausit. Conserto nonnullis diebus certamine, non adeo praeualuit, quia palatium ingentis magnitudinis murique operis hostibus tutissimum praebebat receptaculum -- Postremo rex, accepta pollicitatione, quod si ab obsidione cessaret, Nortmanni continuo e regno eius decederent, continuo cum omnibus copiis recessit. Illo recedente, pagani palatium una cum munitione exurentes flammis, nauibus adscensis ostia Rheni repetunt). A. 881 Rex post Pascha in Galliam profectus, Hugonem Hluthariі ex Waldrata filium ad se uenientem in suum suscepit dominium, et ei Abbatias et Comitatus in beneficium dedit, ut ei fidem seruaret. Sed ille prauorum usus consilio, fidem mentitus Regi molestus efficitur. Quapropter regis exercitus illum persecutus in Burgundiam fugere compulit, Rex uero cum suo nepote Hludouuico apud uillam Gundolfi congruum habuit colloquium. Inde transiens omne tempus aestiuum in Baioaria moratus est. Nepos uero illius cum Nordmannis dimicans, nobiliter triumphauit. Nam nouem millia equitum ex eis occidisse perhibetur. At illi instaurato exercitu et amplificato numero equitum, plurima loca in regione regis nostri uastauerunt, hoc est, Cameracum, Traiectum, et pagum Hasbanicum, totamque Ripuariam, praecipua etiam in eis monasteria, id est, Prumiam, Indam, Stabulam, Malmundarium et Aquense palatium, ubi in capella Regis equis suis stabulum fecerunt. Praeterea Agrippinam Coloniam et Bunnam ciuitates cum Ecclesiis et aedificiis incenderunt. Qui autem inde euadere potuerunt, siue canonici siue sanctimoniales, Mogontiacum fugerunt, thesauros Ecclesiarum et sanctorum corpora secum portantes. Rex apud Franconofurt graui infirmitate laborabat, et quia ipse non potuit, exercitum suum contra Nordmannos destinauit. A. 882 Hludouuicus

§. LXXII.

a Ludouico R. beneficiis ornatur.

sed eidem iterum affert molestias.

Nortmanni uastant loca multa.

8.

Ludouicus R. moritur.

§. LXXIII. cus inualescente morbo XIII Kal. Februarii diem ultimum clausit, cuius corpus translatum, et in monasterio sancti Nazarii, quod dicitur Lauresham iuxta patris sui tumulum sepultum est.

§. LXXIII.

Fines regni Ludouici.

Ludouicus noster haud secus ac pater ipsius Rex Franciae orientalis dicebatur; sed cum regnum Ludouici iunioris in triente tantum regni paterni consisteret, Franciam orientalem nunc angustiores fines habuisse, facile arbitraberis. Prouincias illius indicauimus §. LIII, 1. Accedebat deinde altera pars Lotharingiae; accedebat, Carlomanno mortuo, regnum Baioariae, excepta Carinthia. Late igitur Ludouicus dominari coeperat, sed uita non suppetebat. Carolomannus regnum Italiae et imperium Romanum sibi tum ex testamento Ludouici II Imp. tum, quod senior esset familiae, sibi uindicauit; nam in regnorum diuisione regnum Italiae seniori fratrum obtingere sueuit. At potestate fratribus sic longe superior de regno Langobardorum se ipsis quicquam imperiturum promisit (§. LXXII, 5) Fata abnuebant. Carolomannum mors praecox rapit. Ludouicus regnum Baioariae sibi attribuit, Carolo fratre haud repugnante, quemadmodum nec Ludouicus Carolo, regnum Italiae occupanti, obnitebatur. Ita inter fratres conuentum uidetur, quamquam Ludouicus Carolomanno non diu superstes spem longam incoare non potuerit. Ceterum ex tabulis foederis Furonensis apparet, nec Carolidas in Gallia ius suum in Italiam remisisse, sed uindicationem eius tempori opportuniori reseruasse.

2. Auctoritas procerum regni.

Auctoritatem procerum imperii, regnantibus Ludouici nepotibus, non imminutam fuisse constat. Furonensis ista conuentio *communibus fidelibus regum fauentibus et consentientibus* inita fuit.

3. Num Ludouicus R. Gall. Ludou. R. German. antecesserit;

Ludouicus Balbus in pacto illo primum nominatur; HAHNIO in hist. imp. p. 257 Rex Galliae se regi Germaniae ideo praetulisse uidetur, quod hic tertiam tantummodo regni paterni partem tenuerit. Ex hoc documento ego certe de πρωτεῖα nihil decido. Primum saltem capite III de successione filii paruuli Ludouici nostri cauetur. c. IV abigantur susurrones; de consiliis eorum dispiciant fideles regni. c. V Carolomannus et Carolus reges foederi huic ut accedant rogentur. c. VIII pax publica sancitur.

Iam

§. LXXIII.

4\. *Engeltrudis, Bosonem maritum deserit, eiicitur, hortante Papa, e regno Lotharii*

Iam a. 860 in Synodo Tusiacensi actum erat de Bosonis comitis coniuge Engeltrude, quae relicto uiro in regno Lotharii uagabatur. Nicolaus I Pont. admonebat Lotharium, ut feminam istam e regno suo eiiceret. Excitabat etiam Carolum Caluum in epistola quadam: *Vnde uestram*, inquit, *exhortamur regiam magnitudinem, ut corrigatis Lotharium regem nepotem uestrum, ne tantum piaculum permittat manere in regno suo h. e. non consentiat fugitiuam uxorem Bosonis comitis tamdiu remanere, ut non reddatur uiro suo.* A. 862 Carolus Lothario reconciliari nolebat, priusquam certas conditiones subierit, quas Ludouico Germanico exposuit in BALVZ. t. II Capit. p. 163 tit. XXXV *quando Hlotharius ad osculum receptus est.* Cap. IV Engeltrudem respicit: *Quando altera uice pro his, quae dixi, tractandis ad Tusiacum ueni, adportauit mihi et episcopis regni nostri Boso ex parte domni apostolici epistolas, quasdam nepoti nostro et episcopis regni sui mittendas, quas illis secundum mandatum domni Papae transmisimus, quasdam autem nobis legendas et obseruandas, quarum et hic textum habemus, in quibus inuenimus nos increpatos cur fornicarios in regno nostro immorari permitteremus et non solum ipsam feminam, sed et omnes fauentes facinori eius a corpore et sanguine domini excommunicatos usque dum ipsa mulier ad uirum suum rediret. Et scimus, sicut sanctus dicit Gregorius, quoniam, qui resecanda, si potest, non corrigit, ipse illa committit. Nos autem audiuimus praedictam feminam in regno nepotis nostri commorari et hanc sententiam postea non audiuimus immutatam. Et qui grauamur nostris, timemus alienis etiam communicare peccatis, communicando excommunicatis.* Quum, Engeltrude mortua, Rex noster reliquam Lotharingiae partem obtineret; bona huius feminae nonnulla sibi uindicauit, alia, exclusis filiabus legitimis, cognati, item et spurius occuparunt.

item et monente Carolo Caluo.

5\. *Vt Engeltrudis legitimis heredibus hereditas tradatur, Ioh. VIII P. adhortatur Ludouicum R.*

Quapropter pro filiabus apud regem Ludouicum deprecatur Iohannes VIII Pontif. in epist. CXXIX: Hludouico Regi glorioso gloriosi quondam Regis Ludouici filio. Iam enim magnitudinem uestram, fili carissime, Apostolicis monuimus litteris, hortantes pro filiabus Bosonis, dudum comitis, et Ingeltrudis coniugis, quibus iure haereditas deferri omnium legum auctoritate conceditur, proprietates reddere studeretis. Sed, ut cernimus, inauditi remansimus, quod miramur, et mirantes dolemus, cum uestra proles Apostolicis censuris semper obediat, et prae omnibus regibus iudicium faciat, ut Rex Dauid cecinit, honor regis iudicium diligit. Nonne legistis, quoniam

§. LXXIII. niam iustus Dominus iustitiam diligit, et aequitatem uidet uultus eius. Ceterum reclamationem filiarum iam dicti Bosonis, audiuimus, ut ipsas, ipsius, matrisque earum, proprietates, Ingeltrudis, alias uos teneatis, alias uero uestris tenere quibus ipsa post iudicium sibi illatum sine uiri consensu dederit tenere, permittatis, quod nefas est, et contra omnium legum prorsus auctoritatem. Quid enim uxor sine uiri consensu agere potest? quanto magis haec moechans, quae diuino gladio, censente domno Papa Nicolao praedecessore nostro interiit? et humano pro parte facto stupro, puniri debuerat? Nonne Ioannes Papa Romanus, et Iustinianus inclitus Imperator legem Romanam facientes, scripserunt ita? Capitali crimine damnatorum bona non ad lucrum praesidis, sed cognatis punitorum reddi opportet: et alibi. Omnibus gradibus cognatorum in haereditate sumenda, praeferendi sunt filii. Vnde liquido patet, gloriosissime Rex, ut nec uos, nec cognati eorum, nisi ipsae filiae, quae sunt, legitimae, illos aliodes habere debent; qui uero nati sunt post crimen illarum, spurii sunt, nec haereditare debent, ut praefatus Papa, et Imperator scripserunt ita; spurios satis iniuriosos, satisque acerbos, ac nostris temporibus semper indignos esse diiudicamus. Qua propter, ut rogauimus, iterumque rogamus, et hortantes monemus, ut harum reclamationes, harum et gemitus uestra regia dignitas hauriat. Et pro Apostolorum principum reuerentia, a quibus petiere auxilium, et pro nostro amore integriter ipsas proprietates, quos uos allodes dicitis, reddat, et uestros omni occasione remota reddere faciatis. In epistola CVIII monet Liutbertum Archiep. ut Bosonis filiabus haereditatem restitui faciat. Reuerendissimo et sanctissimo confratri nostro Liutberto Archiepiscopo. Fraternitatem tuam recordari uolumus, qualiter iam de proprietatibus Bosonis et Engeltrudis tibi scripserimus, monentes, ut ipsas, quas uos allodum dicitis, filiabus eorum sape reclamantibus reddere deberetis: quoniam omnium legum auctoritate legitimi filii sunt ueri haeredes, ut uestra bene noscit religiositas, iterumque hortantes monemus, Apostolicaque auctoritate expresse iubemus; iam quia nostras litteras audire distuleras, et super his hactenus respondere neglexeras, uolumus, ut ad cor rediens ipsas saepe reclamatrices, aut homines ipsarum inuestire de iam dictis proprietatibus satagas, uestrosque earum, et alios inuasores similiter facturos, nostra auctoritate excommunicando permoneas:

et Liutbertum Archiepiscopum.

neas: quoniam iuſtus Dominus iuſtitiam dilexit, et aequitatem uidit §. LXXIIII. LXXV.
uultus eius: et ſi forte ſpurius Godefredus, aut aliquibus ipſa moechans Engeltrudis, ſine uiri conſenſu quoquo modo donauerit, contendere uoluerit; noſtra Apoſtolica auctoritate, donec reddiderint: quia ſancientibus Ioanne Papa Romano et Iuſtiniano Imperatore ſcriptum eſt, ſpurios ſatis iniurioſos, ſatiſque acerbos, et noſtris temporibus ſemper indignos eſſe diiudicamus: quapropter conuenit reuerentiam ueſtram illum ſemper monere. Porro hortamur, ut quoquo modo monuimus, compleas: quoniam ſi aliter feceritis, ſcias te canonica damnandum cenſura ut debeas illos excommunicare. 6.
Haec documento ſunt, 1) iam tum a legibus Iuſtiniani Imp. auxilium petitum fuiſſe, quae bona damnatorum non fiſco, ſed cognatis, addicta, ſpurios autem ab hereditate excluſos uolunt; 2) filias heredes allodii eſſe potuiſſe; 3) uxorem ſine mariti conſenſu aliis donare non decere. Facinoroſis quibusdam capillos et cutem detractam fuiſſe, diximus §. LXXII, 5. Huiusmodi poenam ſequens aetas memorat in charta Henrici Imp. a. 1023. uid. CHRON. LAVRESHAM. p. 126.

Spurii ab hereditate excluſi, filiae heredes allodii. Poena capillorum et cutis detractionis.

§. LXXIIII.

Inhibitio et poenae.

Additur chartis quibusdam uindictae terror, ſi qui regis auctoritatem temnere audeant: *ſi uero perſona quaelibet poſterorum noſtrorum, quod minime fore credimus, hoc noſtrae conceſſionis praeceptum irrumpere temptauerit, et quod immunitatis et electionis a nobis conceſſae ſcripto continetur uiolandum decreuerit, dei omnipotentis iram incurrere ſe nullo modo dubitet, et coram iuſto iudice in tremendo examinis die ſe rationem inde redditurum praeſcientia malae temptationis minime ignoret.* HARENBERG. p. 585. Tam aperte, tamque fuſe reliquae tabulae non loquuntur.

§. LXXV.

Preces.

Piorum precibus itidem adiuuari optabat Ludouicus. Formula nota: *quatenus eos pro nobis, coniuge, proleque noſtra miſericordiam domini melius exorare delectet.* HELWICH. antiq. Laureſham. p. 30. SCHANNAT. tradit. Fuld. p. 210. *Vt eos pro nobis, pro coniuge et prole noſtra et totius regni proſperitate miſericordiam omnipotentis domini melius exorari delectet.* NESSEL. in Bruſch. ſupplem. p. 24.

§. LXXVI. LXXVIII.

§. LXXVI.

Subscriptio et annulus indicatur.

Subfcriptionis et annuli acceffio innuitur his uerbis: *Et ut haec noftrae conceffionis* (largitionis, traditionis) *auctoritas firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus noftris melius credatur et diligentius obferuetur, manu propria noftra fubter eam firmauimus et Annuli noftri impreffione affignari iuffimus.* HELWICH. c. l. HARENBERG. p. 585. SCHANNAT. c. l. p. 210. MARTEN. t. I p. 211. NESSEL. c. l. *Et ut haec auctoritas largitionis noftrae inconuulfa ualeat permanere, manu noftra fubter firmauimus et anulo noftro eam fubter iuffimus figillari.* MARTEN. c. l. p. 202. *Annuli noftri impreffione figillari iuffimus.* SCHATEN. p. 183. HARENBERG. p. 584.

§. LXXVII.

Subfcriptionis regiae formula.

Subfcriptio regis hanc fequitur formulam perpetuo: *Signum Hludouici fereniffimi regis.* In MARTEN. c. l. p. 202 legitur: *fignum domni Ludowici fereniffimi regis.*

2. Monogramma.

Signum nominis fiue monogramma imaginem figni paterni plane imitatur. In charta Corbeienfi, quam §. XVI, 7 recenfuimus, Rex nofter fignum fuum iuxta patris fignum appofuit; repraefentauimus illud n. 9 ex FALCKII tradit. Corbei. p. 84. Huic fimile exemplum in SCHANNAT. tradit. Fuld. p. 210, a nobis n. 10 pictum. Nec diffidet ab his character nominis n. 11 e BRVSCHIANO fupplemento repetitus. Haec regulam efficiunt. At diffiteri non poffumus, in monogrammate, quod SCHANNAT. in uindic. tab. VI una cum fpecimine fcripturae curiae Ludouici noftri expreffit literam I defiderari (uid. n. 12); quemadmodum et eamdem literam defideramus in monogrammatibus HARENBERGIANIS hift. Gandersheim. p. 584 et 585.

§. LXXVIII.

Archicancellarius unicus Liutbertus, Archiep. Mog.

Liutbertus, Archiepifcopus Moguntinus, Archicancellarii munere, quod fub Ludouico Germanico fufceperat, fungi pergit, nullumque alium has partes fuftinuiffe puto. Vicariam operam ipfi praeftitit a. I *Heberhardus.* In MARTEN. t. I p. 202 *Geberhard.* Cancell. ad uic. Luitberti Archicap. recognouit, qui alius non eft ab Heberhardo, quem iam nouimus ex §. XXXVI. *Wolfherius* Cancellarius

larius a. I et II ad uicem Liutberti Archicap. recognouit. HARENBERG. p. 584 sq. SCHANNAT. cod. prob. hist. Fuld. p. 136. *Walther*. Cancellarius, quid apud SCHATEN. p. 182 ad uic. Liutberti rec. idem, qui *Wolfher*. esse uidetur. ECCARD. t. II rer. Franc. p. 627 *Wolfherium* ferme credit *Wulfhardum presbyterum* et Hathumodae Abbatissae confessionarium, cuius Agius in uita eius c. 5 meminit. Et quia ANNALISTA SAXO ad a. 886 Vulfarium Sardensem episcopum occisum a Slauis cum aliis multis scribit, ECCARDVS p. 690 ex *Sardensi* fingit *Mindensem* episcopum, quem *Wolfherium* fuisse constat. Posthaec, quantum per tabulas scire licet, *Arnolfus* Cancellarius solus et unicus Liutberti uices gessit. §. LXXVIIII. LXXX.

§. LXXVIIII.

Sigillum cum priorum regum, patris potissimum sigillis sat bene congruit. Forma scil. est oualis; facies in latus dextrum uersa; inscriptio habet: XPE PROTEGE HLVDOICVM REGEM. Id tantum addimus, faciem semper barbatam et caput casside munitum conspici. Aperte haec omnia docet sigillum in SCHANNATI uindic. tab. VI, a nobis n. 9 delineatum, cuius ad similitudinem alterum in tradit. Fuld. p. 210 exhibitum proxime accedit, nisi quod inscriptio laesa fuerit. Confirmat etiam, quae diximus, sigillum chartae Gandersheimensi affixum, quod depingunt ECCARD. c. l. p. 890; HARENBERG. tab. III n. VIII; nos autem n. 10. Facies regia, inquit ECCARD. in hoc sigillo altius, nec tam aequaliter ubique circulo impressa est, quam fieri debuisset, si facies et uerba uno sigillo insculpta fuissent. Vnde obseruatio ista de differentia inter annulum et sigillum nata, quam iam t. I § LXIIII, 1 attulimus. HARENBERGII pictura regi senilem uultum ac nonnihil uestimenti tribuit. Sigilla.

§. LXXX.

Epocha unica Ludouicus Rex utitur, ab obitu patris repetenda. Aeram quoque Christianam incipit addere; atque adeo frater ipsius Carolus Crassus primus non fuit, qui eamdem adhibuit. Adornemus regis nostri annalium indicem. Temporum computatio.

A. 876. Patris V Kal. Septembr. defuncti corpus in monasterium Laureshamense transtulit. Redit Francofurtum.

§. LXXX. Copias aduerſus patruum Carolum colligit. Rhenum tranſit, et in Andernaco caſtello conſidet.

Proelium VIII Id. Octobr. ad Andernacum commiſſum.

. Ludouicus per Sinciacum Aquisgranum pergit. Apud Confluentes in Caroli fratris congreſſum uenit. Rhenum traiicit.

Menſe Nouembri tres fratres reges regnum paternum inter ſe diuidunt in pago Recienſi, in loco Saulifelt.

A. 877. Menſe Ianuar. comitia habet Francofurti.

D. VII Kal. Febr. ind. X a. d. inc. DCCCLXXVII a. I Hlud. ſereniſſimi regis in orient Franc. regentis. Actum in Franconofurt. HARENBERG. hiſt. Gandersheim. p. 63 et 583. ECCARD. c. l. t. II p. 888.

Alia charta data eodem die. HARENBERG. c. l. p. 584. SCHATEN. p. 183 eam V Id. Februar. adſcribit.

D. Id. Mart. a. I regni Lud. ſereniſſ. reg. in Or. Franc. ind. X. Actum Tribur. MARTEN. t. I p. 202.

D. XI Kal. Iun. a. d. inc. DCCCLXXVII a. I. Act. Biſeſtad. SCHATEN. p. 182.

D. VII Kal. Iun. a. d. inc. DCCCLXXVII ind. X. a. I. MARTEN. t. II p. 30.

Lotharingiae partem cum fratribus diuidit. Aquisgrani natalem domini celebrat.

A. 878. Menſ. Febr. Francofurti conuentum agit. Accipit a fratre Carolomanno portionem regni Lotharii, quam deinde cum fratre Carolo diuidit.

D. IIII Id. April. a. d. i. DCCCLXXVIII ind. XI. a. II. Act. Salz uilla regia. SCHANNAT. cod. probat. hiſt. Fuld. p. 136.

Menſ. Octobr. Rex Aquisgranum ſe confert. Kal. Nouembr. Ludouici reges apud Marſnam conueniunt. Pax Furonis ſancita. Ludouicus Forchemium reuertitur.

A. 879. Carolomannum fratrem in Baioaria uiſit.

Francofurtum abit.

Virdunum uenit. Accipit Caroli calui portionem Lotharingicam.

Redit Mogontiam, inde Francofurtum.

In Baioariam proficiſcitur.

Natalem domini Francofurti agit.

A. 880.

A. 880. Inuitatus in Galliam Aquisgranum petit; inde Ducicaum, Attiniacum, Ercuriacum et Ribodimontem. LXXXI.
Normannorum strages in loco Thimnin (Thuin in Hannonia) iuxta Carbonariam.
Pascha Francofurti celebrat. Ratisbonam tendit.
D. V Non. Maii a. d. i. DCCCLXXX ind. XII a. IV. D. Forcheym. uilla reg. NESSEL. in supplem. Brusch. p. 23.
D. VIIII Kal. Aug. a. d. i. DCCCLXXX ind. XIII a. IV. Act. Fuld. monaster. SCHANNAT. tradit. Fuld. p. 210.
Comitia Vormatiae mense August. habita.
D. XV Kal. Decembr. a. d. i. DCCCLXXX ind. XIII a. V. Act. Franconofurt. MARTEN. t. I p. 211.
Rex obsidet Normannos Neomagi.
A. 881. Post pascha in Galliam proficiscitur. In Baioariam redit. Francofurti aegrotat.
A. 882. D. XV Kal. Febr. a. d. i. DCCCLXXXII ind. X a. VI. Act. Franconofurt palat. reg. TOLNER. cod. dipl. hist. pal. p. 10. HELWICH. antiq. Lauresham. p. 31.
Ludouicus moritur XIII Kal. Februar.

§. LXXXI.

Tabulae quaedam donationis Ludouico seniori siue Germanico uindicatur.

Duo supersunt diplomata, quae sine nota non possumus dimittere. Alterum ill. GVDENVS in cod. diplom. t. I p. 344 tradit, idque a Ludouico nostro a. 881 datum existimat. Recitabimus uerba: In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ludevvicus diuina fauente gratia Rex. Si petitionibus fidelium nostrorum aures Serenitatis nostre accommodauerimus, non solum Regium morem decenter implemus, uerum etiam eos procul dubio fideliores ac deuociores in nostro efficimus seruicio, et ad eternam uitam feliciter optinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet et futurorum sollercia, qualiter quidam Vir Illustris, fidelisque Comes noster, nomine Christianus, ueniens ad Procerum nostrorum presenciam, postulauit Serenitatem nostram, ut quedam mancipia nostra propria, quorum nomina subter tenentur inserta, ei in proprium concessissemus; cuius petitioni ob amorem et seruicium suum libenti animo assensum prae-

 bentes,

§. LXXXI. bentes, decreuimus iuxta peticionem illius fieri. Dedimus itaque prescripto fideli Comiti nostro Ghristiano haec mancipia nostra propria, utriusque sexus, quorum nomina sunt Duoto, Herinni, Albiun, Eggihart, Otholf, Adalrat, Adalvviz, Luitburc, Liobilia, Wentelsvvint, Sigeburg, Adalsvvint, Luthilda, Thansvvint; et ex iure nostro in ius et dominium eius tradimus atque transfundimus: ea uidelicet ratione, ut quicquid ab hodierna die et deinceps, prescriptus Comes noster Christianus de prescriptis mancipiis facere uoluerit, per hoc nostre auctoritatis preceptum, plenius in Dei nomine confirmatum, nullo interdicente, sed perpetuis temporibus, potestatem habeat faciendi, quicquid elegerit, absque alicuius contradictione. Largitionis nostre firmitatem manu propria subtus eam firmauimus, et anuli nostri inpressione signari iussimus. Signum Hludevvici Serenissimi Regis. C. Notarius ad uicem Wiggrauii recognoui. Data VIII Idus Iulii anno propitio XXVIII - - - Regni in Orientali Francia - - - Indictione XIIII. Actum Gisestad in Dei nomine feliciter. Amen. Codicillos hos e curia regis nostri non manasse, regulae supra stabilitae facile ostendunt. At sinceros tamen eosdem statuo, si uerum auctorem illis reddamus Ludouicum seniorem siue Germanicum. Formulae concordant omnino cum stilo cap. I euoluto. Christianus siue Christanus, comes Grapfeldiae, chartis Fuldensibus notissimus. Si indictio XIIII certa, ea non tantum in a. 881, sed et in a. 866 incidit, quo *Witgarius* (ita enim pro Wiggrauio scribendum) Archicancellarii officio praefuit. C. Notarius *Comeatus* forsitan erat (§. XXXVI). Pro *Gisestad* ponere licebit *Bisestadium*. Nec reliquae lacunae multo negotio indigent, quo expleantur.

2. Diploma a norma paullulum aberrans.

Alterum diploma porrigit MARTEN. t. II p. 30, non sine haesitatione legendum. Formulae initiales sanae. Narratio altius repetita et insueta: Ideoque uir uenerabilis Hildebaldus abba de monasteriis Stabalaus et Malmundarii, quae sunt in honore sanctae Mariae sanctorumque apostolorum Petri et Pauli uel ceterorum sanctorum a bonae memoriae domno scilicet Sigiberto rege ob amorem Christi de foreste nostra et fiscis super fluuium Amblauam constructam, clementiae nostrae aures monstrauit, qualiter ipse princeps et rex pro mercedis suae impendio et aeterna retributione, uillas aliquas tam ultra Ligerim, quam alias res proprias, quas domnus Remaclus legitime possedit, seu ceteras praeceptiones manu sua roboratas

sub

ſub integra emunitate, absque introitu aduocatorum, conceſſit. Vnde et ipſas praeceptiones ſeu et confirmationes praecedentium regum memoratus abba ſe prae manibus habere affirmans, petiit celſitudinem noſtram, ut tam id quod ipſe princeps dominus Sigibertus de fiſco ſuo ſeu reliquis locis, quae ad ipſa monaſteria per ſuas auctoritates noſcitur conceſſiſſe, quam etiam quod ad ipſaſcripta monaſteria a Chriſtianis hominibus noſcitur collatum fuiſſe, et quod praeſentis temporis aeuo eorum ſubeſt poſſeſſioni et dominationi, ut hoc ipſum ipſis monaſteriis dignaremur etiam noſtra regali confirmare auctoritate, cuius petitioni non ſolum pro reuerentia ipſius uenerabilis uiri, ſed et pro deuotione monachorum, qui in eisdem locis Domino uidentur famulari, accommodantes aures noſtrae Serenitatis iuxta petitionem eius nouerint omnes fideles noſtri tam praeſentes quam et futuri, non ſolum quod nos poſtulauit confirmaſſe, et roboraſſe, ſed et uillam dominicationis olim regiae Germinei nomine, ſitum in pago Katalannenſe, pro remedio animae noſtrae nos renouaſſe, cum manſis, terris, aedificiis, campis, pratis, paſcuis, ſiluis, cultis et incultis, aquis, aquarumue decurſibus, uiis et inuiis, exitibus et regreſſibus; praecipientes et firmiter ſtatuentes, ut ſicut conſtat a iam dicto principe domno Sigiberto rege, uel a ſibi ſuccedentibus regibus usque in praeſens roboratum ipſis monaſteriis et confirmatum, ſic deinceps in poſterum maneat inconuulſum. Signum domni Ludouici *inuictiſſimi* regis. Elogium *sereniſſimi* uſitatius. *Valterus* Cancellarius recognouit, quem chartae noſtrae ignorant. Etſi pro *Valtero Wolfherium* ponamus, Wolfherius tamen ſolus diplomata non recognouit. §.LXXXII.

§. LXXXII.

Ludouicus regia animi magnitudine uirtutisque laude maioribus ſuis non adeo fuit impar. Quodſi igitur ANNALES BERTIN. ipſius exiſtimationi quicquam detrahere laborant, maleuolentiae id tribuimus. Adalardi, comitis palatini in Gallia, filiam ſibi, inſcio patre deſpondebat rex, teſtantibus ANN. BERTIN. ad a. 865. Filius patri, ope Caroli Calui, hac lege conciliabatur, ne Adalardi filiae iungeretur. Tum Luitgardam, Ludolfi, Ducis Saxoniae, filiam thori conſortem nactus eſt. Qua de re HROSWITHA t. II ſcriptor. Brunſuic. Leibnit. p. 325 ita cecinit: Ludouici K. familia.

Ergo

§. LXXXII. Ergo sui natam Lutgardae nomine dictam,
Nutu clementis Regis praestante perennis
Elegit clarus Francorum Rex Ludouuicus
Regni consortem sibimet, sociamque perennem;
Filius illius, cuius dono Luidulfus
Suscepit primum propriae gentis dominatum.

Ludgarda filium peperit, quem pater suo nomine Ludouicum appellauit; sed idem puerulus Ratisbonae de fenestra cecidit et confractis ceruicibus statim exspirauit. REGINO ad a. 882. Filia quoque ipsi erat Hildegarda, in historia Arnulfi memoranda. Hugonem, filium regis, (naturalem) aduersus Normannos pugnantem occubuisse, iam §. LXXII, 7 diximus.

DOCVMENTA.

I.

ad §. VII, 1 et XXI, 1.

Diuisio imperii Domini Hludouici inter dilectos filios suos inter Hlotharium uidelicet et Pipinum et Hludouicum anno quarto imperii sui.

Vide Tom. I Comment. de re diplom. pag. 457.

II.

ad §. XXI, 2.

Charta diuisionis imperii inter Pipinum, Hludouicum et Karolum, filios imperatoris, data A. C. DCCCXXXVII. Aquisgrani in generali populi conuentu.

Vid. Tom. I Commentar. de re diplomat. pag. 463.

III.

ad §. XXII, 4.

NITHARDVS de dissensionibus filiorum Hludouici pii p. 472 et BALVZIVS Tom. II Capitular. pag. 39.

Anno

Anno dominicae incarnationis DCCCXLII. XVI Kalend. Martii Lodhuuvicus et Karolus in ciuitate quae olim Argentaria uocabatur, nunc autem Strazburg uulgo dicitur, conuenerunt, et sacramenta quae subter notata sunt Lodhuuvicus Romana, Karolus uero Teudisca lingua iurauerunt. ac sic ante sacramenta circumfusam plebem alter Teudisca, alter Romana lingua alloquuti sunt. Lodhuuvicus autem, quia maior natu, prior exorsus sic coepit.

Adnuntiatio Lodhuuvici.

Quotiens Lodharius me et hunc fratrem meum post obitum patris nostri insectando usque ad internecionem delere conatus sit, nostis. Cum autem nec fraternitas nec Christianitas nec quodlibet ingenium, salua iustitia, ut pax inter nos esset, adiuuare posset, tandem coacti rem ad iudicium omnipotentis Dei detulimus, ut suo nutu, quid cuique deberetur, contenti essemus. in quo nos, sicut nostis, per misericordiam Dei uictores extitimus. is autem uictus una cum suis quo ualuit secessit. Hinc uero fraterno amore correpti, nec non et super populum Christianum compassi, persequi atque delere illos noluimus; sed hactenus, sicut et antea, ut saltem deinde cuique sua iustitia cederetur, mandauimus. At ille posthac non contentus iudicio diuino, sed hostili manu iterum et me et hunc fratrem meum persequi non cessat. Insuper et populum nostrum incendiis, rapinis caedibusque deuastat. Quamobrem nunc necessitate coacti conuenimus. Et quoniam uos de nostra stabili fide ac firma fraternitate dubitare credimus, hoc sacramentum inter nos in conspectu uestro iurare decreuimus. Non qualibet iniqua cupiditate illecti hoc agimus, sed ut certiores, si Deus nobis uestro adiutorio quietem dederit, de communi profectu simus. Si autem, quod absit, sacramentum quod fratri meo iurauero uiolare praesumpsero, ab subditione mea, nec non et a iuramento quod mihi iurastis, unumquemque uestrum absoluo.

Cumque Karolus haec eadem uerba Romana lingua perorasset, Lodhuuvicus, quoniam maior natu erat, prior haec deinde se seruaturum testatus est.

Sacramentum Lodhuuvici.

Pro Deo amur, et pro Christian poblo, et nostro commun salvament dist di in avant, in quant Deus savir et podir me dunat, si

ſalvarai io ciſt meon fradre Karlo et in adjudha et in cadhuna cōſa ſi com om per dreit ſon fradre ſalvar diſt, in o quid il mi altre ſi fazet. Et ab Ludher nul plaid numquam prindrai qui meon vol ciſt meon fradre Karle in damno ſit.'

Quod cum Lodhuuvicus expleſſet, Karolus Teudiſca lingua ſic haec eadem uerba teſtatus eſt.

Sacramentum Karoli.

In Godes minna, ind durh tes Chriſtianes folches ind unſer bedhero gealtniſſi, fon theſemo dage frammordes ſo fram ſo mir Got geuvizei indi madh furgibit, ſo hald ih teſan minan bruodher - - - - - - - - ſoſo man mit rehtu ſinan bruoder ſcal, inthi ut hazermig ſoſo maduo. Indi mit Lutherem in no theinni thing ne gegango, zhe minan vuillon imo ce ſchadhen vuerhen.

Sacramentum autem quod utrorumque populus quique propria lingua teſtatus eſt, Romana lingua ſic habet.

Sacramentum populi.

Si Lodhuvigs ſacrament que ſon fradre Karlo iurat conſeruat, et Karlus meos ſendra de ſuo part non lo ſtanit, ſi io returnar non lint pois, ne io ne veuls cui eo returnar int pois in nulla aiudha contra Lodhuuvig nun li iver.

Teudiſca autem lingua.

Oba Karl thea eid, then er ſine mo bruodher Ludhuuvige geſuor, geleiſtit, ind Ludhuuvig min herro then er imo geſuor, forbrihchit, ob ih ina nes arvvenden ne mag, noh ih, noh thero thein hes iruvenden mag, imo ce follusti vvidhar Karle ne vvirdhit.

Quibus peractis, Lodhuuvicus Rheno tenus per Spiram, et Karolus iuxta Waſagum per Vuizzumburg, Warmaciam iter direxit.

Vid. Tom. I Commentar. de re diplom. p. 386.

IIII.

ad §. VII, 1.

BALVZ. t. II Capitular. p. 7.

Sequuntur Capitula quae acta ſunt in ſynodo ſecus Teudonis uillam habita, in loco qui dicitur Iudicium, quando tres fratres glorioſi principes, Hlotharius uidelicet, Hludouvicus, et Karolus, ſimul

conue-

conuenerunt anno quinto regni Karoli. cui ſynodo Drogo Mettenſis Epiſcopus praeſedit conſenſu eorundem Regum, quae et ipſi principes ante ſe fideleſque eorum relecta capitula adprobauerunt, et ſe eadem ſeruaturos auxiliante Domino promiſerunt, menſe Octobrio, Indictione ſeptima.

Nauis ſanctae Eccleſiae ab exordio ſuo uariis ſaepe perturbationibus merſa, ſed excitato fidelium precibus gubernatore ſuo Chriſto nunquam eſt usquequaque demerſa. Quae quondam etiam, ut nunc uidetur, pene conlapſa, progenitorum ueſtrorum ſtudio et deuotione eſt auctore Deo iuxta modum diuinitus conceſſum recuperata. Vnde immenſas Domino Deo noſtro laudes referimus, qui et corda ueſtra ad intentionem ſimilem excitauit, et poſt ueſtigia patrum ueſtrorum, quibus per temporale regnum ad aeternum perueniatis, ire uelle docuit et inſpirauit. Veſtrae nihilominus nobiliſſimae dominationi multimodas gratiarum actiones rependimus, quia ad euitandum et ueſtrum et noſtrum periculum, et ad communem totiusque populi prouidendam ſaluationem, bonam et bene placitam Dei uoluntatem ſubſequi, et diuinum conſilium, ſecundum praeceptum Domini quo dicitur *Interroga ſacerdotes legem meam*, et, *Interroga patres tuos et adnunciabunt tibi*, a nobis, quamquam indignis, Chriſti tamen Vicariis, quaerere et benigna deuotione uelut reuera ex ore ipſius Dei expectare dignamini. Quod humilitatis ueſtrae ſupernum donum ſancta Eccleſia cum tanto gaudio ſuſcipit, ut de uobis etiam in conſolatione ſua ſibi dictum a Domino aptare uelit: *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii.* id eſt, pro iuſtorum progenitoribus, qui te paterno affectu ditauerunt, et ampliauerunt ac coluerunt, nati ſunt tibi iſti filii, qui in te et paterna munera reſarciant, recuperent, et conſeruent, et te fideli deuotione, ut bonae indolis adoleſcentes, me ſuper eos intendente, eisque manum ſolatii porrigente, tueantur et excolant.

Aggaei 2.
Deut. 32.
Pſalm. 44.

CAP. I.

His ita praemiſſis, nobiliſſimi Domini, ut cum pace ueſtra dicamus, quia conſtat hanc ſanctam Eccleſiam ſanguine Chriſti redemptam, et praedeceſſorum ueſtrorum multo labore redintegratam ac adunatam atque gubernatam, ueſtra diſcordia eſſe diſciſſam et perturbatam atque afflictam, uidetur nobis, ſi et in praeſenti feliciter

regnare et in futuro cupitis esse salui, et ab hac eadem Ecclesia uobis ad gubernandum commissa, pro qua ex ministerio regali reddituri estis Regi Regum rationem in die iudicii, tam multiplices ac perniciosas corruptionis pestilentias uultis amouere, et uigorem regium ac seniorale et super uestros et super impugnantes potestatem uestram optatis habere, caritatem ilam quam Apostolus docuit, de corde puro et conscientia bona et fide non ficta inter uos studete habere, et quia sic habeatis, et fidelibus et infidelibus uestris omni uirtu-
Joan. 13. te et puritate curate manifestare, sicut Dominus docuit dicens: *In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem.* Quae non tantum uerbo et lingua, sed potius remota quolibet modo omni occulta nocendi machinatione, aut, quod absit, aliena a caritate aperta impugnatione, quocunque quis indiget, pro uiribus uero consilio et prompto auxilio ab altero adiuuetur, quo-
Prou. 18. niam scriptum est: *Frater qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma.* Et ita in populum uobis commendatum, pro ista quae hactenus operante per membra sua diabolo uersata est discordia, pacem illam disseminate, quam Christus in coelum ascendens fidelibus suis munere
Joan. 14. magno reliquit, dicens: *Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis;* sine qua nemo uidebit Dominum.

II.

Quia bene nostis ab illo qui solus merito et Rex et Sacerdos fieri potuit, ita Ecclesiam dispositam esse, ut pontificali auctoritate et rega-
Prou. 11. li potestate gubernetur, et scriptum esse liquido peruidetis: *Vbi non est gubernator, populus corruit*, et tanto periculosius, quanto anima plus est pretiosa quam corpus, canonum etiam inrefragabilis auctoritas super Episcoporum ordinatione et in populi ad custodiendum suscepti uigilantia ac sedium suarum tenaci stabilitate euidentissime praecipiat, feruentissime Dei legatione fungentes monemus, ut sedes quae uestra discordia ulterius nec nominanda sine sacro episcopali ministerio et sine Episcopis uiduatae manent, submota funditus peste Simoniacae haereseos, sine dilatione, iuxta auctoritatem canonicam, aut Episcopos a Deo datos et a uobis regulariter designatos et gratia sancti spiritus consecratos accipiant, aut quae suis Episcopis quacunque occasione priuatae sunt, canonice eos sine aliqua excusatione aut tarditate recipiant.

III. Sa-

III.

Sacrum quoque monaſticum ordinem a Deo inſpiratum, et ab ipſis Apoſtolis fundatum, ſeu anominatiſſimis ac ſanctiſſimis patribus excultum, atque per iſtud imperium a ueſtris piae memoriae praedeceſſoribus propagatum, et quaedam etiam loca ſpecialius uenerabilia contra omnem auctoritatem et rationem ac patrum ueſtrorum ſeu Regum praecedentium conſuetudinem laicorum curae et poteſtati in maximo ueſtro periculo et illorum perditione et Dei ac ſanctorum non modica ad iraſcendum prouocatione uos commiſiſſe dolemus. Quapropter pro Chriſto deuotiſſime obſecramus, ut tam magnam offenſam et iuſtam reprehenſionem atque periculoſam ſine exemplo praecedentium praeſumptionem ab animabus ueſtris et a felicitate regni ueſtri pellatis, et loca uenerabilia et habitum ac ordinem ſacrum eis qui ad hoc uocati ſunt, uiris ſcilicet ex clericali et eccleſiaſtico uel monaſtico ordine religioſis, ſeu et in ſuo ſexu feminis Deo dicatis atque deuotis, et in ſchola Chriſti eruditis, ad cuſtodiendum et prouidendum committatis; qui et quae Dei ſunt Deo, et quae ſunt Caeſaris Caeſari reddant. Qui ſi minus perfecte et in diuina religione et in rei publicae utilitate profecerint, aut corripiantur, aut meliores et utiliores in locis eorum ſubſtituantur; et non propter prauorum nequitiam ordo religionis et loca ſacratiſſima eis quibus licitum non eſt committantur; cum manifeſtiſſime ſcriptura demonſtret, Ozam morte damnatum, quia arcam Domini quaſi cadentem releuare uoluit, quam uel contingere inlicitum ei fuit.

IIII.

Occaſionem etiam et fomitem, unde ordo eccleſiaſticus et canonica forma atque monaſtica religio ſaepe a longe ſuperiori tempore, cum minus religioſos Principes habuit, titubauit, et pene conlabens deperiit, et iterum, cum deuotos et in Dei zelo feruentes Principes accipere meruit, reſurrectione quadam reuixit et uigorem recepit, atque ſui proceſſus tempore ambulauit, (quod non ſine graui dolore et metu ultionis diuinae dicimus) in ueſtri regiminis tempore in deſtructionem, non in aedificationem, ſicut Paulus docuerat, accidiſſe conſpicimus. 2. Cor. 13. Quod et noſtris peccatis, qui diſpenſatores et paſtores Eccleſiarum eſſe debuimus, ueraciter imputamus, et eorum, quorum factione res iſta adeo male pullulauit et excreuit,

 alia

alia praecedentia peccata hoc meruisse pro certo auctoritate diuina cognoscimus. Vt qui nocebant, sicut scriptum est, nocerent adhuc, et qui in sordibus erant, sordescerent adhuc. unde Deum grauius ad iracundiam prouocarent, et sanctos, quos intercessores pro suis peccatis habere debuerant, infensos haberent, et sacerdotes ac uiros religiosos, seu Christi pauperes, quos oratores et reconciliatores sibi de suo promereri necesse fuerat, proclamatores aduersum se fieri irritarent, et ad cumulum suorum peccatorum etiam illa peccata, unde in conspectu Dei rationem in die terribilis iudicii redderent, et augerent, quae illi commiserunt qui eadem ipsa peccata per intercessionem fidelissimarum oblationum deleuerunt quas ecclesiasticarum rerum peruasores inconsulte et in perniciem sui sine reuerentia abutuntur. Quod ita uerum esse ut dicimus Dominus protestatur dicens: *Peccata populi mei comedunt.* Peccata enim populi comedunt qui contra auctoritatem diuinam res ecclesiasticas indebite peruadunt, et nec intercessionis ope, nec praedicationis consilio, uel quocunque diuino auxilio pro peccatis eorum, qui eas dederant, laborant, nec pio operi, ad quod fides fidelium eas tradiderat, inseruire permittunt. De quo periculoso facto uos, Christianissimi Principes, uenerabiliter admonemus, et deuotissime obsecramus, ut memores salutis uestrae, praesentis scilicet et aeternae, memores etiam largitatis progenitorum uestrorum erga sanctas Ecclesias, propter quam feliciter regnauerunt et sibi contrarios superauerunt, memores siquidem cum quanta religione etiam ante Christi sanguinem, et in tempore famis in Aegypto, discretione sancti Ioseph apud nefandum Regem Pharaonem terra sacerdotalis extitit, innumera quoque scripturarum exempla, ut lacte Ecclesiae nutriti, et scientiae ipsius uberibus sufficienter repleti, ante oculos reducentes, tunicam Christi, qui uos elegit et exaltauit, quam nec milites ausi fuerunt scindere, tempore uestro quantocius reconsuite et resarcite, et nec uiolenta ablatione nec inlicitorum praeceptorum confirmatione res ab Ecclesiis uobis ad tuendum et defensandum ac propagandum commissis auferre tentate: sed ut sanctae memoriae auus et pater uester eas gubernandas uobis fautore Deo dimiserunt, redintegrate, et praecepta regalia earundem Ecclesiarum conseruate ac confirmate. Ne sicut intentauit Samuel Propheta ad Roboam filium Salomonis in conscissione pallii, praesens regnum, quod absit, uobis patrum labore adqui-

Osee 4.

adquisitum et hereditate relictum, a uobis ipse Christus diuidat, et aeternum regnum, quod promisit, non tribuat. Nec contra Dei faciem iratas hominum facies consideretis: quia si ad tempus illis displicueritis, cum uos Deo placebitis, in uobis ille quod promisit implebit: *Cum placuerint*, inquiens, *Domino uiae hominis*, *omnes inimicos eius conuertet ad pacem.* Quod ut commodius ualeatis implere, unusquisque uir ecclesiasticus, et intercessionis adiutorium et solatii, quo res publica indiget, subsidium iuxta quantitatem rerum Ecclesiae sibi commissae, saluo iure quod exinde diuinis dispensationibus debet impendi, prompte et ex animo parare et impigre, sicut tempore antecessorum uestrorum consueuerat, studebit offerre.

Prou. 16.

V.

Et quia sancta Ecclesia in area triturae dominicae docta quaedam nouit redarguenda, quaedam dissimulanda, quaedam etiam gemenda usque ad tempus perferenda, perspeximus eo feruentiori zelo, quo maiora corrigenda sunt uestram potestatem et sacerdotalis consilii auctoritatem quaedam ad praesens ex asse non ualere corrigere. Et ideo de Canonicorum monasteriis et sanctimonialium quae sub eadem forma uiuere dicuntur considerauimus, sicut Apostolus Paulus dicit, *secundum indulgentiam*, *non secundum imperium*, ut si propter imminentem reipublicae necessitatem laicis interim committuntur, Episcopi prouidentia, in cuius parrochia consistunt, adiuncto sibi aliquo Abbate uiro religioso, studeatur qualiter restauratio locorum, et studium ac custodia officii et religionis, atque subsidium temporalis necessitatis, in eisdem locis degentibus iuxta qualitatem et quantitatem moderationis adhibeatur et ministretur. et qui eadem loca tenuerint, eis inde sicut et de aliis Christianae religionis negotiis pro Christi et uestra reuerentia obediatur. Quod si quis non fecerit, prouisorum curae erit, ut ad uestram hoc notitiam referant, et uestra dominatio, secundum sibi a Deo commissum ministerium, pro modo culpae quae emendanda sunt corriget. Per loca etiam monastica eiusdem ordinis prouisores necesse erit disponere, cum uestra auctoritas eos qui uices Christi secundum regulam diuinitus dictatam in monasteriis agant studuerit ordinare.

1. Cor. 7.

VI. Peti-

VI.

Petimus tandem ut ordo ecclesiasticus, in quibuscunque ei fuerit necesse rigorem salutis humanae exerere, per potestatem uestram et per ministerium ministrorum dominationis uestrae secundum antiquam consuetudinem suum uigorem recipiat, et populi generalitas una cum ecclesiastica deuotione iudicium, quod honor Regis diligit, et iustitiam, qua thronus eius firmatur, per dispositionem uestram suscipiat; seu admonitione atque consilio sacerdotali uestra sublimitas, et quisque in quolibet statu uel ordine, de rapinis et ceteris, quae discordiae malo acciderunt, praeteritis erroribus poenitudinem gerat, et Domini reconciliationem expostulet. Quam facile omnis qui quaesierit inueniet, si in loco discordiae plantata fuerit caritas, quae cooperit multitudinem peccatorum, eumque potius quam nos
Luc. 10. in consilio, non nostro, sed Dei attendatis, qui dixit: *Qui uos audit,*
Matth. 10. *me audit; et qui uos spernit, me spernit. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis.*

V.

ad §. VII, 3 et XXII, 10.
BALVZ. Tom. II Capitul. p. 41.

Conuentus apud Marsnam I.

Haec quae sequuntur Capitula acta sunt quando tres Reges fratres, Hlotharius scilicet, Hludouuvicus, et Karolus, simul conuenerunt secus municipium Trejectum, in loco qui dicitur Marsna, anno incarnationis dominicae DCCCXLVII. per mensem Februarium. quae etiam capitula singulorum adnuntiationes sequuntur.

CAP. I.

De pace et concordia atque unanimitate trium fratrum et Regum inter se, et quod uerissimo et non ficto caritatis uinculo sint uniti, et ut nullus deinceps scandalorum inter eos occasiones serere possit.

II.

Vt ipsi mutuo sibi auxilientur, et contra Dei sanctaeque Ecclesiae ac suos inimicos secundum oportunitatem temporis inuicem adiuuent.

III. Vt

III.

Vt nemo per quamlibet cupiditatem leges pacis in cuiuslibet eorum regno conuellere praesumat. Quod si facere praesumpserit, communem ab eis ultionem incurrat.

IV.

Vt Ecclesiae Christi per omne eorum regnum pristinam dignitatem honoremque retineant; et quicquid superstite Domno Hludouvico Imperatore iure legitimo possederunt, absque ulla deminutione recipiant.

V.

Vt singulis eorum fidelibus talis lex conseruetur, qualem temporibus priorum Regum et praecipue aui patrisque eorum habuisse noscuntur, si tamen et ipsi pristinam fidem erga ipsos conseruent.

VI.

Vt rapinae et depraedationes, quae quasi iure legitimo hactenus factae sunt, penitus interdicantur, et nemo se impune post haec eas praesumere posse confidat.

VII.

Vt in singulis partibus regni Missi idonei constituantur, qui querelas pauperum et oppressiones siue quorumcunque causas examinare et secundum legis aequitatem ualeant definire. Et si ab uno in aliud regnum huiusmodi praesumptores confugerint, ibi similiter opprimantur.

VIII.

Vt nullus in omni eorum regno deinceps raptum facere praesumat. Aut si fecerit, legaliter puniatur.

IX.

Vt Regum filii legitimam hereditatem regni secundum definitas praesenti tempore portiones post eos retineant, et hoc quicunque ex his fratribus superstes fratribus fuerit consentiat; si tamen ipsi nepotes patruis obedientes esse consenserint.

X.

Vt legati ad Ducem Brittonum mittantur, qui de communi erga eos obseruatione pacis eum commoneant.

XI.

Vt similiter ad Regem Nordmannorum legati mittantur, qui eum contestentur, quod aut pacem seruare studebit, aut communiter eos infensos habebit.

Adnuntiatio Domni Hlotharii.

Nobis et fratribus nostris uisum fuit ut ad Dei uoluntatem quaerendam qualiter sancta Ecclesia recuperata esse possit, et pacem et nos ac uos et iste populus Christianus habere possimus, nos simul coniungeremus, sicut nunc fecimus, et sic simus inter nos sicut fratres per rectum esse debent. Et pro certo illud sciatis, quia gratias Deo sic sumus et sic permanere adiuuante Deo in ante uolumus, et in consilio et in auxilio unusquisque erga alterum parati sumus adiutorium ferre, sicut fratres in Dei uoluntate et communi profectu facere debent, in quibuscunque potuerimus.

Adnuntiatio Domni Hludowici.

I. Sciatis quia fratres nostri et nos nostros Missos ad communem nepotem nostrum in Aquitaniam mittimus, et ei tales comitatus designatos mandamus, in quibus ipse cum suis interim sufficienter esse possit, et fideles dilecti fratris nostri Karoli de illo regno pacem habere possint, usque dum idem nepos noster ad commune placitum nostrum ueniat, ad quod cum tali securitate a nobis accepta eum uenire mandamus ut sanus uenire et sanus stare et sanus reuerti, quantum illum Deus saluare uoluerit, possit. Et si tunc nostrum consilium audire uoluerit, uolumus cum Dei adiutorio et uestro consilio considerare quomodo melius secundum communem profectum et utilitatem in ante esse possit. Et si nostrum consilium audire non uoluerit, tunc sicut melius cum Dei adiutorio et uestro consilio inuenire potuerimus, exinde agere uolumus.

II. Sciatis etiam quia similiter Missos nostros ad Brittones mittimus, et illos ad communem profectum et pacem hortamur. Qui si au-

ſi audierint, aut non audierint, cum Dei adiutorio et ueſtro conſilio exinde etiam facere uolumus.

III. Sciatis quia communiter Miſſos noſtros ad Nordmannos pro pace accipienda mittimus.

IV. Sciatis etiam quia dilectus frater noſter Hlotharius Miſſos ſuos ad ſuos homines transmittit qui usque modo in contrarietatem dilecti fratris noſtri Karoli fuerunt, et illis mandat ut per nullum ingenium in ante, ſicut de Dei et ſua gratia gaudere uolunt, in illius et fidelium eius contrarietatem aliquid faciant.

V. Et ſciatis quia uolumus ut res Eccleſiarum, in cuiuscunque regno caput fuerit, tam de epiſcopatibus, quam de abbatiis, ſine ulla contradictione rectores ipſarum Eccleſiarum, ſicut tempore Domni ac genitoris noſtri fecerunt, illas poſſideant.

VI. Similiter et de epiſcopatibus et monaſteriis, ubicunque in noſtro communi regno aliter eſt modo quam debeat, uolumus una cum Dei adiutorio illud emendare, et Eccleſia Dei ſuum honorem debitum habere poſſit, et populus ſuam legem et iuſtitiam habeat.

Adnuntiatio Karoli.

I. Sciatis quia dilecti fratres noſtri et nos communiter noſtrum placitum ad Miſſam ſancti Iohannis apud Pariſium condictum habemus, ubi de iſtis quae illi modo dixerunt et ceteris quae ad Dei uoluntatem et noſtrum ac ueſtrum communem profectum inuenire potuerimus conſideremus et una cum Dei adiutorio ad effectum perducamus. Et uolumus ut ab hinc in ante, ubicunque unusquisque fuerit, cum pace conſiſtat, et ad illud placitum cum pace unusquisque ueniat: quia in iſtis miſeriis et rapinis usque modo multum Deum offendimus. Vnde nobis Dei miſericordiam deprecari ſatis neceſſarium eſſe cognoſcimus.

II. Volumus etiam ut unusquisque liber homo in noſtro regno ſeniorem qualem uoluerit in nobis et in noſtris fidelibus accipiat.

III. Mandamus etiam ut nullus homo ſeniorem ſuum ſine iuſta ratione dimittat, nec aliquis eum recipiat niſi ſicut tempore anteceſſorum noſtrorum conſuetudo fuit.

IV. Et uolumus ut ſciatis quia nos fidelibus noſtris rectum conſentire uolumus, et contra rationem eis facere non uolumus. Et ſimiliter uos ac ceteros fideles noſtros admonemus, ut uos ueſtris hominibus rectum conſentiatis, et contra rationem illis non faciatis.

 V. Et

V. Et uolumus ut cuiuscunque noſtrum homo, in cuiuscunque regno ſit, cum ſeniore ſuo in hoſtem uel aliis ſuis utilitatibus pergat; niſi talis regni inuaſio quam lantuveri dicunt, quod abſit, acciderit, ut omnis populus illius regni ad eam repellendam communiter pergat.

VI.

ad §. VII, 4 et XXII, 11.

HARDVINI Act. conciliorum Tom. V pag. 5.

Concilium Moguntinum ſub Rabano archiepiſcopo, pro iuribus et immunitatibus eccleſiaſticis celebratum, anno Domini DCCCXLVII.

Domino ſereniſſimo et Chriſtianiſſimo regi Ludouico uerae religionis ſtrenuiſſimo rectori, ac defenſori ſanctae Dei eccleſiae, una cum uxore et prole ſua, eiusque fidelibus, uita et ſalus, bonor et benedictio, cum uictoria ſine fine manſura.

Digniſſimae reuerentiae ueſtrae patefecimus nos humillimi famuli ueſtri, Rabanus uidelicet Moguntiacenſis eccleſiae indignus archiepiſcopus, cum coëpiſcopis meis, qui ad praedictae eccleſiae dioeceſim pertinent, hoc eſt, Samuele, Egorbaldo, Baturato, Hebone, Gorbratho, Hemmone, Waltgario, Ansgario, Otgario, Lantone, Salomone et Gebehardo, cum reliquis collegis noſtris chorepiſcopis, abbatibus, monachis, presbyteris, et ceteris eccleſiaſticis ordinibus: quia uenimus ſecundum iuſſionem ueſtram in ciuitatem Moguntiam: ibique pariter adunati, poſt triduanum ieiunium, quod cum litaniis celebrauimus, diuinam ſuppliciter poſtulantes clementiam, quatenus ſancta gratia ſua conuentum et actionem ipſius ſynodi ſibi acceptabilem facere dignaretur, et Chriſtiano populo proficientem ad ſalutem et uitam perpetuam, uobisque ad aeternum honorem et gloriam. Vbi etiam decreuimus, ut ſingulis parochiis per epiſcopos et clericos, per abbates et monachos, oratio pro uobis et pro ueſtra coniuge, ſimul prole nobiliſſima fieret: (cuius orationis ſumma eſt, Miſſarum tria millia et quingenta, et pſalteriorum mille ſeptingenta:) hoc omni deuotione poſtulantes, ut Deus omnipotens diuturnam uobis ſanitatem ac proſperitatem concedat, regnumque ueſtrum diu

ſtabiliat

ſtabiliat ab omni hoſte defenſum in terra, poſtque huius uitae terminum in regno coeleſti gloriam uobis ſimul cum ſanctis ſuis concedat ſempiternam. Tunc uero conſidentes in clauſtro ſancti Albani martyris, ſecundum morem illum, quo priſcis temporibus ſub Carolo Imperatore Hildebaldus et Richolphus cum ceteris epiſcopis et abbatibus illuc conuenientibus fecerunt, et coepimus in Dei nomine communi conſenſu et uoluntate tractare pariter de ſtatu uerae religionis, atque utilitate et profectu Chriſtianae plebis. Conuenit inter nos de noſtro communi collegio clericorum atque monachorum duas facere turmas, ſicut et fecimus: ita ut in una turma conſiderent epiſcopi cum quibusdam notariis, legentes atque perſcrutantes ſanctum euangelium, nec non epiſtolas et actus Apoſtolorum; canones quoque, ac diuerſa ſanctorum patrum opuſcula, cum ceteris ſacris dogmatibus: diligenti ſtudio perquirendo, quibus modis ſtatum eccleſiae Dei et Chriſtianae plebis profectum ſana doctrina et exemplis iuſtitiae inconuulſum, largiente gratia Dei, perficere et conſeruare poſſent. In alia uero turma ſederunt abbates ac probati monachi, regulam ſancti Benedicti legentes, atque tractantes diligenter, qualiter monachorum uitam in meliorem ſtatum atque augmentum cum Dei gratia perducere poſſent; et ubicumque per negligentiam atque deſidiam rectorum regularis ordo dilapſus fuiſſet, rurſum ſecundum normam regulae ſancti Benedicti ad integrum reſtitueretur. His ergo ita diſpoſitis atque peractis, primo decreuimus unicuique perſonae uel ſexui congruum honorem impendere ſecundum dictum ſancti Petri primi paſtoris eccleſiae, quo ait: *Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate. Serui, ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantum bonis et modeſtis, ſed etiam dyſcolis: haec eſt enim gratia in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Cui paria Doctor gentium ad Timotheum diſcipulum ſuum ſcribens, ait: *Attende tibi et doctrinae, inſta in illis: hoc enim faciens, et te ipſum ſaluum facies, et eos qui te audiunt. Seniorem ne increpaueris, ſed obſerua ut patrem: iuuenes, ut fratres: anus, ut matres: iuuenculas, ut ſorores, in omni caſtitate.* Inſuper etiam congruum eſſe uiſum eſt, ut ſacerdotes et eccleſiae Dei iure legitimo inconuulſo honorarentur: De quibus Dominus ait: *Qui uos audit, me audit, et qui uos recipit, me recipit: qui autem me recipit, recipit eum qui me miſit.* Et Apoſtolus ad Hebraeos: *Obedite*, inquit, *praepoſitis ueſtris, et ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant,*

quasi rationem reddituri pro animabus uestris. Nam de reuerentia ecclesiarum Dominus ait: *Domus mea, domus orationis uocabitur cunctis gentibus.* Vnde etiam legitur in euangelio, quod ipse Dominus cum uenisset ad Ierusalem, et introisset in templum, eos qui negotia terrena et emptiones atque uenditiones illicitas in eodem exercebant, quasi flagellum de funiculis faciens, omnes inde eiecerit. Proh dolor, his temporibus nec loca sancta uenerantur, neque ministri Dei condigne honorantur: sed uersa uice illi qui honorari debuerunt flagellantur, spoliantur, atque diuersis calumniis franguntur. Vnde necessitas magna nos coegit pro hac re ad uos reclamare, et petere, ut sicut apud antecessores uestros reges atque Imperatores, qui ante uos fuerunt, honorem sancta Dei ecclesia habuit, et per immunitatem eorum possessiones ecclesiasticae inconuulsae perstiterunt, manentesque in eis semper illaesi perseuerauerunt; ita apud uos modernis temporibus incontaminatae permaneant. Zelo enim Dei oportet uos defendere ecclesias Christi, qui uobis regnum in terra et dominationem tribuit: ut per nullius suggestiones iniquas uestram concessionem, quam in eleemosynam uestram ecclesiis Christi contulistis, sinatis permutari. Quia inhonestum est, ut hoc quod non solum Christianis temporibus a Christianis Imperatoribus, sed etiam a paganis regibus tempore gentilitatis ad honorem Dei collatum est, uestris temporibus in uestro regno permutetur. Nam legimus apud Esdram, quod Artaxerxes rex Esdrae scribae legis Dei per epistolam mandauerit, ita dicens: *Ego Artaxerxes rex statui atque decreui omnibus custodibus arcae publicae, qui sunt trans flumen, ut quodcumque petierit a uobis Esdras sacerdos scriba legis Dei coeli, quod ad ritum Dei coeli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei coeli: ne forte irascatur contra regnum regis et filiorum eius. Vobis quoque notum facimus ac uniuersis sacerdotibus, et Leuitis, et cantoribus, et ianitoribus, Nathinaeis et ministris domus Dei huius, ut uectigal et tributum, et annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. Tu autem, Esdra, secundum sapientiam Dei tui, quae est in manu tua, constitue iudices et praesides, ut iudicent omni populo qui est trans flumen, his uidelicet qui nouerunt legem Dei tui: sed et imperitos docete libere. Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, et legem regis diligenter, iudicium erit de eo, siue in mortem, siue in exsilium, siue in condemnationem substantiae eius, uel certe in carcerem.*

De

De Christianis uero regibus, et imperatoribus non necesse est aliqua exempla ponere; cum omnes qui rectae fidei et sani dogmatis fuerint, a Constantino Imperatore, qui primus Imperatorum Christianam religionem defendere, atque honorem ecclesiarum Dei amplificare coepit, usque ad uos semper in hoc studio solerter laborauerint, ut Ecclesia Dei pacem et tranquillitatem haberet, quatenus cultus Dei incontaminatus foret, et serui eius sine impedimento Deo delectabiliter deseruirent. Qualis autem uindicta illis, qui contra mandata Dei, et contra iussionem uestram ecclesiae Christi per auaritiam molestiam inferunt, conueniat, in sequentibus per sanctorum patrum canones, et per doctrinam diuinarum scripturarum congruo loco demonstrabimus. Non enim formidamus, iuxta exemplum Domini Saluatoris, corruptoribus templi Dei, et contaminatoribus sacrorum locorum, iudicium congruum inferre: quia si illi a Christo Domino eiecti sunt foras de domo Dei, qui per cupiditatem terrenam uiolabant sanctum locum; non est iniquum insolentibus et se corrigere nolentibus canonicum inferre iudicium: ut sentiant correpti, quod ante noluerunt sentire leniter admoniti. Deus omnipotens uos in sua iustitia confortet, et illaesum ab omni hoste protegat.

Tituli Capitulorum.

I. De fide catholica.
II. De dogmate ecclesiastico.
III. De sacramento baptismatis.
IV. De pace et concordia.
V. De conspiratione.
VI. De immunitate rerum ecclesiasticarum.
VII. De potestate episcoporum super res ecclesiasticas, eorumque conuenientia cum laicis, deque abominandis peruersis praemiis.
VIII. De proprietatibus ab episcopis uel presbyteris post ordinationem acquisitis.
IX. De manumissionibus.
X. De decimis dandis, et in quatuor portiones diuidendis.
XI. Vt antiquae Ecclesiae habeant priuilegia sua.

XII. De

XII. Ne presbyteri sine consensu episcoporum per ecclesias constituantur, uel ab his recipiantur.
XIII. De clericorum uita, siue monachorum.
XIV. De uoto monachorum.
XV. De clericis comam nutrientibus.
XVI. De uita sanctimonialium.
XVII. De pauperibus non opprimendis.
XVIII. De rebus pauperum per malam occasionem non emendis.
XIX. De his qui ad subuertendam iustitiam munera accipiunt.
XX. De parricidis.
XXI. De mulieribus quae partus suos necant.
XXII. De homicidiis.
XXIII. De homicidiis non sponte commissis.
XXIV. De occisis presbyteris in gradu positis.
XXV. De presbyteris post degradationem occisis.
XXVI. De infirmis in periculo mortis constitutis.
XXVII. De his qui suspenduntur in patibulis.
XXVIII. De incestuosis.
XXIX. De damnatis nuptiis.
XXX. Quota generatione coniugia copulari debeant.
XXXI. De modo dandae poenitentiae.

CAPITVLA.

I. Initium actionis nostrae de fide esse decreuimus, quae bonorum est omnium fundamentum: et quamuis *sine fide*, ut dicit Apostolus, *impossibile sit placere Deo*, fides tamen indiget opere, *quia fides sine operibus mortua est*. Ideo beatus Gregorius: Ille, inquit, uere credit qui exercet operando quod credit. Quapropter de fide nostra omnes omnino Christianos alterutrum inter se iugiter admonere et docere oportet: maxime tamen Domini sacerdotes in eo certamine laborare decet, ut firmiter ab omnibus teneatur.

II. Cum igitur omnia concilia canonum qui recipiuntur, sint a sacerdotibus legenda et intelligenda, et per ea sit eis uiuendum et praedicandum; necessarium duximus, ut ea quae ad fidem pertinent, et ubi de exstirpandis uitiis et plantandis uirtutibus scribitur, hoc ab eis crebro legatur, et bene intelligatur, ut in populo praedicetur. Et

Et quilibet epiſcopus *a*) homilias continentes neceſſarias admonitiones, quibus ſubiecti erudiantur: id eſt, de fide catholica, prout capere poſſint; de perpetua retributione bonorum, et aeterna damnatione malorum, de reſurrectione quoque futura, et ultimo iudicio, et quibus operibus poſſit promereri beata uita, quibusue excludi. Et ut easdem homilias quisque aperte transferre ſtudeat in ruſticam Romanam linguam, aut theotiſcam, quo facilius cuncti poſſint intelligere quae dicuntur.

a) Deeſt, *habeat*, aut aliquid eiusmodi.

III. Sacramenta itaque baptiſmatis uolumus, ut concorditer atque uniformiter in ſingulis parochiis ſecundum Romanum ordinem inter nos celebrentur iugiter, atque conſeruentur: id eſt, ſcrutinium ad ordinem baptiſmatis, ſicut in decretis Leonis Papae ſub duobus continetur capitulis: „In capitulo quinto: Haec duo tem„pora, id eſt, Paſchae et Pentecoſtes ad baptizandum a Romano „pontifice legitima ſunt praefixa. Item in capitulo ſexto: Non in„terdicta licentia, qua in baptiſmo tribuendo quolibet tempore pe„riclitantibus ſubuenitur. Et Siricius: In qualibet neceſſitate fuerit „opus ſacri unda baptiſmatis, omni uolumus celeritate ſuccurri. Debent igitur epiſcopi cum magna diligentia presbyteris ſuis tradere baptiſmi ſacramentum, et quid in eodem renuntiandum, quidue credendum ſit. Renuntiatur enim diabolo et operibus eius. Opera uero diaboli, opera carnis eſſe intelliguntur: quae ſunt, homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates, et multa alia his ſimilia; quae diabolico inſtinctu prius cogitatione mentis concipiuntur, quam opere perpetrentur. Pompae uero eiusdem ſunt, ſuperbia, iactantia, elatio, uana gloria, faſtus, et alia quam plurima, quae ex his oriri uidentur.

IV. Sane opus eſt ut pax et concordia ſit atque unanimitas in populo Chriſtiano, quia unum Deum Patrem habemus in coelis, et unam matrem eccleſiam, unam fidem, unum baptiſma: ideo in una pace et unanimitate concorditer uiuere debemus, ſi ad unam et ueram hereditatem regni coeleſtis cupimus peruenire: *Quia non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis*, ut ipſe ait. Igitur ſi inter omnes fideles pax et concordia habenda eſt, dicente Apoſtolo: *Pacem ſequimini cum omnibus, et ſanctimoniam, ſine qua nemo uidebit Deum:* multo magis inter epiſcopos et comites eſſe debet, qui poſt imperialis apicis dignitatem populum Dei regunt. Ita enim inter ſe concordare de-

bent,

bent, ut alterum ſibi ad Dei ſeruitium peragendum, et miniſterium ſuum recte explendum, non ſolum non noceant, quin potius adminiculo ſint.

V. Si uero pax et concordia ſummum inter homines et maxime Chriſtianos bonum iudicatur, et praemio ſummo remunerandum, id eſt, ut eius merito filii Dei uocemur, nonne e contrario diſcordiae et diſſenſionis ſummum eſt malum, et ſumma poena plectendum? Ita ut ſapiens dicat, animam Domini illum deteſtari, qui inter fratres diſcordias ſeminat: atque ideo filius diaboli non immerito nominetur. Vnde ſtatuimus, atque auctoritate eccleſiaſtica confirmamus, eos qui contra regem, uel eccleſiaſticas dignitates, ſiue reipublicae poteſtates in unoquoque ordine *a*) legitimas diſpoſitiones conſtitutas, coniurationes et conſpirationes rebellionis et repugnantiae faciunt, a communione et conſortio catholicorum ueram pacem amantium ſummouendos; et niſi per poenitentiam, et emendationem paci ſe eccleſiaſticae incorporauerint, ab omnibus filiis pacis ſancimus extorres.

a) forte, *legitima diſpoſitione.*

VI. *b*) Quisquis faſtu ſuperbiae elatus domum Dei ducit contemptibilem, et poſſeſſiones Deo conſecratas, atque ad honorem Dei ſub regiae immunitatis defenſione conſtitutas, inhoneſte tractauerit, uel infringere praeſumpſerit, quaſi inuaſor et uiolator domus Dei excommunicetur. Decet etiam, ut indignationem ipſius domini regis ſentiat, cuius beneuolentiae contemptor, et conſtitutionis praeuaricator exſtitit. Nihilominus tamen rex ſuae conceſſionis immunitatem ab omnibus ditioni ſuae ſubiectis illaeſam conſeruari praecipiat: aſſenſum uero non praebeat improuide affirmantibus, non debere eſſe res Dominicas, id eſt, Domino dominantium deditas, ita ſub defenſione regis, ſicut propriae ſuae ſunt hereditates: magisque aduertat, quia quanto Deus excellentior eſt homine, tanto praeſtantior eſt diuina cauſa mortalium poſſeſſione. Quocirca decipitur quisquis plus in propriis quam in Dominicis rebus gloriatur: quarum diuinarum rerum defenſor et cuſtos diuinitus ſtatutus, diligenti cura non ſolum eas ſeruare, ſed etiam multiplicare debet; magisque illa quae diximus praeſtantiora, quam ſua defendere illum oportet et augmentare. Si quis igitur inſanus importunitate improbitatis regem a recto propoſito auertere tentauerit, nullisque remediis mitigari poſſe uiſus fuerit; licet obſequiis aliquibus tranſitoriis ſit neceſſarius, abiiciendus

b) al. *Si quis.*

ab eo

ab eo proiiciendusque eſt, iuxta illud euangelicum: *Si pes, manus, oculuſue tuus ſcandalizet te, erue illa, et proiice abs te.*

VII. Vt epiſcopi poteſtatem habeant res eccleſiaſticas prouidere, regere, et gubernare, atque diſpenſare, ſecundum canonum auctoritatem, uolumus: et ut laici in eorum miniſterio obediant epiſcopis ad regendas eccleſias, uiduas et orphanos defendendos: et ut obedientes ſint eis ad eorum Chriſtianitatem ſeruandam: conſentientesque ſint comites et iudices praeſulibus ſuis ad iuſtitias faciendas iuxta praecepta diuinae legis: et nullatenus per aliquorum mendacium, uel falſum teſtimonium, neque per periurium, aut per praemium, *c*) lex iuſta in aliquo deprauetur.

c) al. *diuina lex in aliquo.*

VIII. In concilio Carthaginenſi ſcriptum eſt, ut presbyteri, diaconi, uel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, et tempore epiſcopatus uel clericatus ſui agros uel quaecumque praedia ſuo nomine comparant, tamquam rerum Dominicarum inuaſionis crimine teneantur, niſi admoniti eccleſiae eadem ipſa contulerint. Si autem ipſis proprii aliquid liberalitate alicuius, uel ſucceſſione cognationis obuenerit, faciant inde quod eorum propoſito conuenit. Quod ſi a ſuo propoſito retrorſum exorbitauerint, honore eccleſiaſtico indigni tamquam reprobi iudicentur. Presbyteri uero non uendant rem eccleſiae ubi ſunt conſtituti, neſcientibus epiſcopis ſuis, non habentes neceſſitatem. Nec epiſcopo liceat matricis eccleſiae rem tituli ſui nomine uſurpare.

IX. In concilio Carthaginenſi ita continetur: „De manumiſſionibus in eccleſia celebrandis, ſi id noſtri conſacerdotes per Italiam „facere reperiuntur, noſtrae etiam erit fiduciae iſtorum ordinem ſe„qui: data plane licentia miſſo legato, ut quaecumque digna fide „pro ſtatu eccleſiae et ſalute animarum agere potuerint, nos ſciant „laudabiliter in conſpectu Domini accepturos.

X. Volumus ut decimae, quae ſingulis dantur eccleſiis, per conſulta epiſcoporum a presbyteris ad uſus eccleſiae et pauperum ſumma diligentia diſpenſentur. Quatuor autem tam de reditibus, quam de oblatione fidelium, prout cuiuslibet eccleſiae facultas admittit, ſicut dudum rationabiliter eſt decretum, conuenit fieri portiones: quarum ſit una pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta eccleſiae fabricis applicanda iuxta conſtitutionem epiſcopalem. Admonendum tamen eſt, ut decima Deo omnino dari

 non

non negligatur, quam Deus ipse dari sibi constituit: quia timendum est, si quis Deo suum debitum abstrahit, ne forte Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

XI. Ecclesiae antiquitus constitutae, nec decimis, nec aliis possessionibus pro nouis oratoriis, sine consensu et consilio episcopali, priuentur.

XII. Quicumque presbyter per pretium ecclesiam fuerit adeptus, omnino deponatur: quod contra ecclesiasticae regulae disciplinam agere dignoscitur, qui alium presbyterum legitime ad ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit; eamque sibi taliter uindicauerit; quod uitium late diffusum summo studio emendandum est. Itemque interdicendum uidetur clericis, siue laicis, ne quis cuilibet presbytero praesumat dare ecclesiam sine licentia et consensu episcopi sui.

XIII. Prouidendum necessario est unicuique episcopo, qualiter canonici uiuere debeant; nec non et monachi, ut secundum ordinem regularem uiuere studeant, ut ait Apostolus: *Vnusquisque in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat:* et ut a negotiis saecularibus omnino abstineant. Multa sunt enim negotia saecularia: de his tamen pauca perstrinximus. Ad quae pertinet omnis libido, non solum immunditia carnis, sed etiam in omni carnali concupiscentia quidquid plus iusto appetit homo: turpe lucrum, munera iniusta accipere, uel etiam dare pro aliquo saeculari, cum quaestu pretio aliquem conducere, contentiones et lites, uel rixas amare, in placitis saecularibus disputare, excepta defensione orphanorum aut uiduarum; conductores aut procuratores esse saecularium rerum, turpis uerbi uel facti ioculatorem esse, uel iocum saecularem diligere, aleas amare, ornamentum inconueniens proposito suo quaerere, in deliciis uiuere uelle, gulam et ebrietatem sequi, pondera iniusta uel mensuras habere, negotium iniustum exercere: (nec tamen iustum negotium est interdicendum propter necessitates diuersas, quia legimus sanctos Apostolos negotiatos esse; et in regula sancti Benedicti praecipitur praeuidere per quorum manus negotium monasterii transeat:) canes et aues sequi ad uenandum, in comessationibus et uinolentiis nimiis incumbere, superfluitatem in quibuslibet rebus nolle fugere. Quae omnia ministris altaris interdicimus, hortantes eos seruare illud Apostolicum: *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus:* considerare quoque sententiam Domini dicentis: *Attendite ne grauentur*

uentur corda uestra in crapula et ebrietate: moderare cibum et potum, ut iuxta Apostolum, sobrii sint, parati ad seruitium Domini: ante se ioca saecularia uel turpia fieri non permittere, sed pauperes et indigentes secum ad mensam habere, et lectionem diuinam ibidem audire, et sumere cibum cum benedictione et laude Domini: secundum Apostolum dicentem: *Siue manducetis, siue bibatis, omnia in laudem Dei facite.*

XIV. Nullus monachorum aliquid proprietatis habeat, et res saeculares, quibus renuntiauit, nullatenus sibi usurpet: nec parochias ecclesiarum accipere praesumat, sine consensu episcopi. De ipsis *a*) uere titulis, in quibus constituti fuerint, rationem episcopo uel eius uicario reddant, et conuocati ad synodum ueniant.

a) forte *uero*

XV. In decretis Gregorii Papae scriptum est: Si quis, ex clericis laxauerit comam, anathema. Vnde sancimus, ut huiusmodi coerceantur ad pristinum statum reuerti.

XVI. Abbatissa, quae in ciuitate monasterium habet, nequaquam de monasterio egrediatur, nisi per licentiam episcopi sui, aut qui eius uicem obtinet, nisi forte regali iussione cogatur. Et si quando foras pergit, de sanctimonialibus, quas secum ducit, curam et uigilantiam habeat, ut nulla eis detur peccandi licentia siue occasio. Sed et cum pergit, in monasterio talem in uice sua constituere debet, quae de sanctimonialium animabus curam et uigilantiam gerat. Habeat etiam abbatissa studium in aedificando ea quae ad sanctimonialium necessitatem pertinent, et in restaurando. Sanctimoniales uero monasterio constitutae habeant studium in legendo, et in cantando, in psalmorum celebratione siue oratione: et horas canonicas, matutinam uidelicet, primam, tertiam, sextam, nonam, uespertinam, completorium pariter celebrent: et omnes, excepta quam infirmitas tenet, in dormitorio dormiant, et omnibus diebus ad consolationem ueniant: et ut cetera seruent, quae in regula sanctimonialium continentur, et quae a sanctis patribus illic constituta sunt.

XVII. Monemus regiam pietatem de oppressione pauperum liberorum, ut non a potentioribus per aliquod malum ingenium contra iustitiam opprimantur; uel cogantur ut res suas uendant, siue tradant; ne forte parentes eorum contra iustitiam fiant exheredati, et regale obsequium minuatur, et ipsi propter indigentiam mendici uel latrones, seu malefactores efficiantur: et ut saepius non fiant *b*) manniti ad placita, nisi sicut in dominico capitulari olim facto praecipitur.

b) id est, *nominatim uocati.*

 XVIII.

XVIII. Propter prouiſiones pauperum, quorum curam habere debemus, placuit nobis, ut nec epiſcopi, nec abbates, nec comites, nec uicarii, nec iudices, nullusque omnino ſub mala occaſione, uel malo ingenio, res pauperum, uel minus potentium, emere, aut tollere audeat: ſed quisquis ex eis aliquid comparare uoluerit, in publico placito coram idoneis teſtibus, et cum ratione hoc faciat: ubicumque autem aliter inuentum fuerit factum, hoc omnino emendari per regiam conuenit iuſſionem.

XIX. Qui uero ad ſubuertendam iuſtitiam a duobus munera accipiunt, hoc eſt, ab eo qui quod ſibi iniuſte ablatum eſt iuſte requirit, et ab eo qui eadem iniuſte inuaſit, admonendi ſunt, et fortiter increpandi, ne regnum Chriſti, quod omnibus iuſte facientibus patet, ſibi ſine ulla retractione ſecludant.

XX. Parricidium autem quam ſit deteſtabile crimen, in iudicio facto inter Cain et Abel fratrem ſuum Dominus oſtendit ipſe, cum ad Cain parricidam ait: *Maledictus eris ſuper terram, quae aperuit os ſuum, et ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua: cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos: uagus et profugus eris ſuper terram.* In quo etiam poſuit ſignum, hoc eſt, ut tremens et gemens profugus ſemper uiueret, nec auderet ſedes habere quietas. Sed quia in modernis temporibus parricidae profugi currunt per diuerſa, et uariis uitiis, atque gulae illecebris deſeruiunt, melius nobis uidetur, ut in uno loco manentes poenitentia diſtricta ſemet ipſos caſtigent, ſi forte a Domini bonitate indulgentiam facinoris ſui percipere mereantur. Non enim eis licebit ultra militiae cingulum ſumere, et nuptiis uel coniugiis copulari, quia ſacri canones hoc eis non conſentiunt.

Eſt canon ex Concil. Ancyrani.

XXI. „De mulieribus quae fornicantur, et partus ſuos necant, „uel quae agunt ſecum, ut utero conceptus excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum uitae eas ab eccleſia remouet, humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus ſecundum praefixos gradus poenitentiae largiatur.„ Item in concilio Eliberitano cap. LXIII ſcriptum eſt de his quae filios ex adulterio necant: „Si qua per adulterium conceperit, idque poſt facinus „occiderit, placuit uix in fine ei dandam eſſe communionem, eo „quod geminauerit ſcelus.„ Item in concilio Ilerdenſi capite ſecundo, ſcriptum eſt de his quae abortum faciunt, uel natos ſuos extinguunt.

tinguunt. „Hi uero qui male conceptos ex adulterio fetus, uel „editos necare ſtuduerint, uel in uentribus matrum potionibus ali„quibus colliſerint, in utroque ſexu adulteris poſt ſeptem annorum „poenitentiae curricula communio tribuatur: ita tamen ut omni „tempore uitae ſuae fletibus et humilitati inſiſtant.

XXII. In concilio Ancyrano, cap. XXI de homicidis ita ſcri„ptum eſt: „Qui uoluntarie homicidium fecerint, poenitentiae qui„dem iugiter ſe ſubmittant, perfectionem uero circa uitae exitum „conſequantur.„ In concilio uero Agathenſi, cap. XXXVII de homicidis et falſis teſtibus ita legitur: „Itaque cenſuimus homicidas „et falſos teſtes a communione eccleſiaſtica ſubmouendos, niſi poe„nitentiae ſatisfactione crimina admiſſa diluerint.„ Item in concilio Agathenſi, cap. LXII ſcriptum eſt de his, qui ſeruos extra iudicem necant: „Si quis ſeruum proprium ſine conſcientia iudicis oc„ciderit, ex communicatione uel poenitentia biennii reatum ſangui„nis emundabit.„ Item in concilio Eliberitano, capite V ſcriptum eſt, de domina quae per zelum ancillam ſuam occiderit: „Si qua „femina furore zeli accenſa flagellis uerberauerit ancillam ſuam, ita „ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eo quod in„certum ſit uoluntate an caſu occiderit: ſi uoluntate, poſt ſeptimum „annum: ſi caſu, per quinquennii tempora acta legitima poeniten„tia, ad communionem placuit admitti. Quod ſi uero intra tempo„ra conſtituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

XXIII. In concilio Ancyrano, capite XXII ſcriptum eſt: „De „homicidiis non ſponte commiſſis, prior quidem definitio poſt ſe„ptennem poenitentiam perfectionem conſequi praecepit: ſecunda „uero quinquennii tempus explere.

XXIV. Qui presbyterum occidit, XII annorum ei poenitentia ſecundum ſtatuta priorum imponatur: aut ſi negauerit, ſi liber eſt, cum XII iuret: ſi autem ſeruus, per XII uomeres feruentes ſe purget. Conuictus uero noxae, usque ad ultimum tempus militiae cingulum deponat, et uxorem amittat.

XXV. Nuntiatum eſt nobis, quod aliqui qui olim dixerunt ſe fuiſſe ſacerdotes, et poſtea degradati pro ſuis peccatis, poenitentiam agendo ſuffragia ſanctorum per diuerſa loca tranſeuntes quaeſiuerunt, trucidati ſunt. Huiuscemodi *a*) interfectionibus omnem eccleſiaſti-

cam

a) forte *interfectoribus.*

cam communionem denegamus, donec dignam poenitentiam pro reatu suo secundum iudicium episcoporum exsoluant.

XXVI. Ab infirmis in mortis periculo positis, per presbyteros pura inquirenda est confessio, non tamen illis imponenda quantitas poenitentiae, sed innotescenda: et cum amicorum orationibus, et eleemosynarum studiis, pondus poenitentiae subleuandum: ut si forte migrauerint, ne *b*) obligati ex communicatione, alieni ex consortio bene fiant: a quo periculo si diuinitus erepti conualuerit, poenitentiae modum a suo confessore impositum *c*) diligentes obseruent. Et ideo secundum canonicam auctoritatem, ne illis ianua pietatis clausa uideatur, orationibus et consolationibus ecclesiasticis sacra cum *d*) unctione Dei animati, secundum statuta sanctorum patrum, communione uiatici reficiantur.

b) forte, *obligati a communione alieni uel consortio ueniae fiant.*
c) pro *diligenter*
d) forte, *unctione olei.*

XXVII. Quaesitum est ab aliquibus fratribus de his qui in patibulis suspenduntur pro suis sceleribus post confessionem Deo peractam, utrum cadauera illorum ad ecclesias deferenda sint, et oblationes pro eis offerendae, et Missae celebrandae, an non. Quibus respondimus: Si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus, et digne poenitentibus communio in fine secundum canonicum iussum danda est, cur non eis qui pro peccatis suis poenam extremam persoluunt? Scriptum est enim: *Non uindicat Deus bis in id ipsum:* Nam ipse Dominus ait: *In quocunque die conuersus fuerit peccator, peccata eius non reputabuntur ei.* Et iterum: *Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur et uiuat.* Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore poenitentiam denegat, et desperat de clementia Dei, qui eam ad subueniendum morienti sufficere uel in momento posse non credit. Perdidisset latro in cruce praemium ad Christi dexteram pendens, si illum unius horae poenitentia non iuuisset: cum esset in poena, poenituit; et per unius sermonis professionem, habitaculum paradisi, Deo promittente, promeruit. Vera ergo ad Deum conuersio in ultimis positorum mente potius est aestimanda quam tempore, propheta hoc taliter asserente: *Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eis.*

XXVIII. Vt episcopi incestuosos penitus inuestigare studeant, omnino decreuimus: qui si poenitere noluerint, de ecclesia expellantur, donec ad poenitentiam reuertantur. Quod si sacerdotum noluerint admonitionibus aurem accommodare, uolentes in pristinis perdu-

perdurare criminibus, oportet eos per ſaecularis potentiae diſciplinam a tam praua conſuetudine coerceri.

XXIX. Si quis uiduam uxorem duxerit, et poſtea cum filiaſtra ſua fornicatus fuerit, ſeu duabus ſororibus nupſerit: aut ſi qua duobus fratribus nupſerit, ſeu cum patre et filio: item ſi quis relictam fratris, quae paene prius ſoror exſtiterat, carnali coniunctione uiolauerit: ſi quis neptem in coniugium acceperit: ſi quis nouercam aut nurum ſuam duxerit: ſi quis conſobrinae ſuae impudice ſe ſociauerit, uel relictae ſiue filiae auunculi, aut patris filiae, uel priuignae ſuae concubitu pollutus, uel huiuscemodi coniunctionis attactu maculatus fuerit: eos disiungi, et ulterius numquam coniugio copulari, ſed ſub magna diſtrictione fieri uolumus.

XXX. Contradicimus quoque, ut in quarta generatione nullus amplius coniugio copuletur: ubi autem poſt interdictum factum inuentum fuerit, ſeparetur. Sane eadem quae in uiri, haec nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum regula cuſtodienda eſt. Quia ergo conſtat eos duos eſſe in carne una, communis illis utrimque parentela eſſe credenda eſt; ſicut ſcriptum eſt: *Erunt duo in carnē una.*

XXXI. Modus tempusque poenitentiae peccata ſua confitentibus, aut per antiquorum canonum inſtitutionem, aut per ſanctarum ſcripturarum auctoritatem, aut per eccleſiaſticam conſuetudinem imponi debet a ſacerdotibus. Nam qui pro peccatis grauibus leues quosdam et inuſitatos imponunt poenitentiae modos, conſumunt puluillos, ſecundum propheticum ſermonem, ſub omni cubito manus, et faciunt ceruicalia ſub capite uniuerſae aetatis ad capiendas animas. Sed diſcretio ſeruanda eſt inter poenitentes, qui publice, et qui abſconſe poenitere debeant. Nam qui publice peccat, oportet, ut publica mulctetur poenitentia, et ſecundum ordinem canonum pro merito ſuo et excommunicetur, et reconcilietur. Poenitentes uero tam expletionem conſtituti temporis, quam facinoris remiſſionem deſiderent: nec eis ſufficiat, ſi a quarundam rerum perceptionibus abſtineant, ni ſe etiam a noxiis delectationibus ſubtrahant: declinantes autem a malō faciant bonum, inquirant pacem, ac ſequantur illam.

Multa quidem alia per diuerſas quaeſtiones coram nobis allata ſunt, ſed pro breuitate temporis in praeſenti concilio omnibus reſponde-

 ſponde-

ſpondere, et ea abſoluere non potuimus. Haec uero quae uobis transmiſſa ſunt petimus ut ueſtra auctoritate firmentur: et, ſi quis aduerſarius illis exſiſtere uoluerit, praeualere non permittatur. Dei enim cooperatores uos eſſe debetis, et adiutores ſanctae eius eccleſiae; quatenus religio Chriſtiana incontaminata temporibus regni ueſtri usque in finem ſeruetur.

VII.

ad §. VII, 9 et XXII, 13.

BALVZIVS c. l. pag. 46.

Conuentus apud Marſnam II.

Haec quae ſequuntur capitula acta ſunt anno DCCCLI incarnationis dominicae, quando tres fratres Reges, Hlotharius ſcilicet, Hludouuicus, et Karolus, ſecus municipium Treiectum, penes locum qui dicitur Marſna, iterum conuenerunt, et conſultu Epiſcoporum et ceterorum fidelium eadem capitula ſubſcripſerunt manibus propriis, et inter ſe ac inter fideles ſuos perpetuo ſe conſeruaturos promiſerunt. quae capitula ſingulorum in populo adnuntiationes ſequuntur.

Cap. I. Vt omnium praeteritorum malorum et contrarietatum et ſupplantationum ac malarum machinationum atque molitionum ſeu nocumentorum in inuicem actorum abolitio ita inter nos et apud nos fiat, et a noſtris cordibus penitus auellatur cum omni malitia et rancore, ut nec in memoriam, ad retributionem duntaxat mali uel contrarietatis atque exprobationis ſeu improperii, de cetero exinde quiddam ueniat.

II. Vt tanta Domino cooperante inter nos uerae caritatis benignitas abhinc in ante maneat de corde puro et conſcientia bona et fide non ficta, ſine dolo et ſimulatione, ut nemo ſuo pari ſuum regnum aut ſuos fideles, uel quod ad ſalutem ſiue proſperitatem ac honorem regium pertinet, diſcupiat, aut forſconſiliet, aut per occultos ſuſurrones libenter compoſita mendacia ſeu detractiones acceptet.

III. Vt unusquisque fideliter ſuum parem, ubicunque neceſſitas illi fuerit, et ipſe potuerit, aut per ſe, aut per filium, aut per fideles ſuos,

ſuos, et conſilio et auxilio adiuuet, ut regnum, fideles, proſperitatem, atque honorem regium debite ualeat obtinere. Et ueraciter unusquisque erga alterum certatim demonſtret quia in fratris ſui aduerſitate, ſi euenerit, fraterno modo contriſtatur, et in proſperitate illius laetatur. Et talem fidem ſicut inter nos modo ab hinc in ante conſeruaturos confirmatum habemus, ſic unusquisque infantibus fratris ſui, ſi obierit, qui ſuperfuerit conſeruabit.

IV. Et quia per uagos et tyrannica conſuetudine inreuerentes homines pax et quies regni perturbari ſolet, uolumus ut ad quemcunque noſtrum talis uenerit ut de his quae egit rationem et iuſtitiam ſubterfugere poſſit, nemo ex nobis illum ad aliud recipiat uel retineat niſi ut ad rectam rationem et debitam emendationem perducatur. Et ſi rationem rectam ſubterfugerit, omnes in commune, in cuius regnum uenerit, illum perſequamur, donec aut ad rationem perducatur, aut de regno deleatur.

V. Similiter et de eo agendum eſt qui pro aliquo capitali et publico crimine a quolibet Epiſcopo corripitur uel excommunicatur, aut ante excommunicationem crimen faciens, regnum et Regis regimen mutat, ne debitam poenitentiam ſuſcipiat, aut ſuſceptam legitime peragat. Interdum etiam inceſtam propinquam ſuam, aut ſanctimonialem, uel raptam, ſiue adulteram, quam illic ei non licebat habere, fugiens ſecum ducit. Hic talis, cum Epiſcopus ad cuius curam pertinebit nobis notum fecerit, diligenter perquiratur; ne morandi uel latendi locum in regno alicuius noſtrum inueniat, et Dei ac noſtros fideles ſuo morbo inficiat; ſed a nobis uel per miniſtros reipublicae conſtringatur, ut et ſimul cum diabolica praeda, quam ſecum duxit, ad Epiſcopum ſuum redeat, et de quocunque crimine publico debitam poenitentiam ſuſcipiat, aut ſuſceptam ut legitime peragat compellatur.

VI. Vt noſtri fideles, unusquisque in ſuo ordine et ſtatu, ueraciter ſint de nobis ſecuri, quia nullum abhinc in ante contra legem et iuſtitiam uel auctoritatem ac iuſtam rationem aut damnabimus aut dehonorabimus, aut opprimemus, uel indebitis machinationibus affligemus. Et illorum, ſcilicet ueraciter nobis fidelium, communi conſilio, ſecundum Dei uoluntatem et commune ſaluamentum, ad reſtitutionem ſanctae Dei eccleſiae, et ſtatum regni, et ad honorem regium atque pacem populi commiſſi nobis pertinenti adſenſum praebebimus;

bebimus; in hoc ut illi non solum non sint nobis contradicentes et resistentes ad ista exsequenda, uerum etiam sic sint nobis fideles et obedientes ac ueri adiutores atque cooperatores uero consilio et sincero auxilio ad ista peragenda quae praemisimus, sicut per rectum unusquisque in suo ordine et statu suo Principi et suo seniori esse debet.

VII. Vt sic simul coniuncti et nos fratres ad inuicem, et nos cum fidelibus nostris, et fideles nostri nobiscum, et omnes simul cum Deo nos reconiungamus, et ut nobis sit propitius illi pro deuoto munere offeramus ut unusquisque omnium nostrum absque sua propria excusatione uel iustificatione recognoscamus in quibus aut singillatim aut communiter contra illius mandata et decreta suorum sanctorum fecimus aut consensimus in ordine ecclesiastico et statu regni, et per singula in medium illa producamus, et nemo nostrum suo aut amico aut propinquo aut confoederato, immo nec sibi seculariter parcat, ut spiritaliter et salubriter parcere possit. Quin, sicut praemisimus in praecedenti capitulo, uero consilio et sincero auxilio illa in commune certatim emendare totis uiribus procuremus, quam citius rationabiliter poterimus.

VIII. Et si aliquis de subditis in quocunque ordine et statu de hac conuenientia exierit aut se retraxerit, uel huic communi decreto contradixerit, seniores cum ueraciter fidelibus suis haec secundum Dei uoluntatem et legem ac iustam rationem, uelit aut nolit ille qui diuino consilio et decreto et huic conuenientiae resistens et contradicens fuerit, exsequantur. Et si aliquis de senioribus de hac conuenientia exierit aut se retraxerit, uel huic communi decreto, quod absit, contradixerit, cum plures seniorum nostrorum fideles et regnorum primores in unum conuenerint, eorum qui haec obseruauerint seniorum consilio, et Episcoporum iudicio ac communi consensu, qualiter de eo qui debite admonitus incorrigibilis perseuerauerit agendum sit, fauente Domino decernemus. Et ut obnixius suprascripta capitula a nobis auxiliante Domino inuiolabiliter obseruentur, et nos illa obseruaturos certius credatur, manibus propriis eadem subter firmauimus.

Adnuntiatio Hlotharii.

Volumus ut uos sapiatis quid noster aduentus hic fuerit. Venimus hic ut simul adiuuante Deo cum fidelibus nostris de Dei uolunta-

luntate et ſtatu ſanctae Eccleſiae ac regni et communi noſtro ac ueſtro profectu conſideraremus, ſicut et fecimus, et, gratias Deo, ſumus inde ſic adunati et nos ad inuicem et cum fidelibus noſtris ſicut nos recognoſcimus quia et infra regnum et extra regnum per marcas noſtras nobis eſt neceſſarium.

Adnuntiatio Hludouuici.

Sicut meus frater uobis dicit, magna neceſſitas eſt nobis et iſti populo Chriſtiano, qui nobis eſt a Deo commiſſus, ut nos ad inuicem ſic concordes et uniti ſimus quomodo Dei uoluntas eſt et uerae fraternitati conuenit. Quod usque modo, poſtquam Deus iſtud regnum in manus noſtras poſt patrem noſtrum miſit, per omnia, ſicut neceſſitas fuerat, non fuimus. Et ideo tanta Deo contraria et nobis ac uobis impedimentoſa acciderunt. Et quia modo, Domino adiuuante, ſic ſumus unanimes ſicut per rectum eſſe debemus, ſciatis quia unusquisque noſtrum paratus eſt ut ſuum fratrem, ubicunque neceſſitas fuerit, et infra patriam et foris patriam aut per ſe ipſum aut per infantem uel fideles ſuos et conſilio et auxilio ſic adiuuet ſicut frater fratri per rectum facere debet.

Adnuntiatio Karoli.

Sciatis quia et nos et fidelis noſtri ueraciter recognoſcimus quia partim neceſſitate, partim indebita uoluntate, ſicut meus frater Hludovvicus uobis dixit, multa acciderunt in iſto regno quae nobis neceſſe non fuerat. Et ſciatis quia nunc gratias Deo adunati ſumus et nos ad inuicem et cum fidelibus noſtris, et una cum Dei adiutorio, quanto melius et citius rationabiliter poſſumus, procuremus qualiter quae neglecta ſunt, emendata fiant, ut et Deus ſit nobis propitius, et eccleſiaſticus ordo debitum honorem habeat, et regni nobis commiſſi proſperitas proueniat, et iſte populus Chriſtianus pacem habeat, et uobis lex et iuſtitia conſeruetur, et uos nobis, ſicut anteceſſores ueſtri noſtris anteceſſoribus fecerunt, debitum honorem et auxilium exhibeatis. Et qualiter hoc conſideratum et ueraciter confirmatum manibus propriis habeamus, hic uobis relegetur.

Et relecta ſunt in conſpectu totius populi ſupra ſcripta capitula.

VIII.

ad §. VII, 16 et XXII, 18.

BALVZIVS cit. loc. pag. 137.

In Basilica sancti Castoris apud Confluentes.

Adnuntiatio Domni Karoli.

Vos scitis quomodo aliquanti homines, minus quam necesse fuerat Deum timentes, nostrum fratrem Hludouuicum quasi sub bona intentione hoc anno sollicitauerunt ut in regnum nostrum taliter ueniret sicut ipsi scitis, unde nos Deus et uestra fidelitas sic adiuuauit, sicut et bene cognoscitis. Post hoc laborauit, adiuuante Domino, iste carissimus nepos noster ut inter nos pax fieret, sicut per rectum esse debet, et ut monentibus Episcopis ad illam caritatem et fraternam concordiam rediret sine qua nullus Christianus saluus esse non potest. Propterea transmisit ad nos suos Missos, et mandauit nobis primum tale missaticum quod nobis impossibile uisum fuit. Deinde quia illud missaticum non suscepimus, aliud missaticum nobis sui Missi dixerunt. quod quia et secundum Deum salubre et secundum seculum utile nobis uidetur, uolumus uobis illud dicere. et si uobis ita sicut et nobis uidetur, cum uestro consilio uolumus illud recipere, et quod Deus concesserit, ad necessarium effectum perducere.

Haec sunt nomina Episcoporum qui anno incarnationis dominicae DCCCLX Non. Iuniis in Secretario Basilicae sancti Castoris considerauerunt cum nobilibus ac fidelibus laicis firmitatem quam gloriosi Reges nostri Hludouuicus et Karolus atque Hlotharius inter se fecerunt VII Idus Iunias in eodem monasterio, et qui haec capitula ab omnibus conseruanda acceptauerunt.

Hincmarus, Guntharius, Altfridus, Salomon, Aduentius, Hatto, Franco, Teudericus, Leutbertus, Gebehardus, Christianus, Vulfadus Abba, Vvitgarius Abba.

Haec nomina laicorum.

Chuonradus, Eurardus, Adalardus, Arnustus, Vvarnarius, Liutfridus, Hruodulfus, Erkingarius, Gisslebertus, Ratbodus, Arnulfus, Hugo, item Chuonradus, Liutharius, Beringarius, Matfridus, Boso, Sigeri, Hartmannus, Liuthardus, Richuinus, Vvigricus, Hunfridus, Bernol-

Bernoldus, Hatto, Adalbertus, Burchardus, Chriſtianus, Leutulfus, Heſſi, Herimannus, item Hruodulfus, Sigehardus.

Sacramentum firmitatis Hludouuici Regis.

Amodo et quamdiu uixero, iſtum fratrem meum Karolum, et nepotes meos Hludouuicum, Hlotharium, atque Karolum, ad Dei uoluntatem et ſanctae eius Eccleſiae ſtatum et honorem atque defenſionem, et ad noſtram communem ſalutem et honorem, et ad populi Chriſtiani nobis commiſſi ſaluamentum et pacem, et ad legis ac iuſtitiae atque rectae rationis conſeruationem, quantum mihi Deus ſcire et poſſe donauerit, et ipſi me obaudierint, et a me ipſi quaeſierint, uero conſilio, et ſecundum quod mihi rationabiliter et ſalubriter poſſibile fuerit, ſincero auxilio adiutor ero ad regnum illorum continendum, et nec in uita, nec in membris, neque in regno illorum eos forconſiliabo. In hoc ut ipſi erga me ſimilem promiſſionem faciant et conſeruent. Si me Deus adiuuet et iſtae ſanctae reliquiae.

Capitula ab omnibus conſeruanda.

I. Vt omnium praeteritorum malorum et contrarietatum et ſupplantationum ac malarum machinationum atque molitionum ſeu nocumentorum inuicem actorum abolitio ita inter nos et apud nos fiat et a noſtris cordibus penitus auellatur cum omni malitia et rancore ut nec in memoriam ad retribuendum duntaxat mali uel contrarietatis atque exprobrationis ſeu improperii de cetero exinde quiddam ueniat.

II. Vt tanta inter nos Domino cooperante uerae caritatis benignitas abhinc in ante ſemper maneat de corde puro et conſcientia bona et fide non ficta, ſine dolo et ſimulatione, ut nemo ſuo pari ſuum regnum aut ſuos fideles uel quod ad ſalutem ſiue proſperitatem ac honorem regium pertinet diſcupiat aut forconſiliet, aut per occultos ſuſurrones libenter compoſita mendacia ſeu detractiones acceptet.

III. Vt unusquiſque fideliter ſuum parem, ubicunque neceſſitas illi fuerit, et ipſe potuerit, aut per ſe aut per filium aut per fideles ſuos et conſilio et auxilio adiuuet ut regnum, fideles, proſperitatem, atque honorem regium debite ualeat obtinere. Et ueraciter unusquiſque erga alterum certatim demonſtret quia in paris ſui aduerſitate,

tate, si euenerit, fraterno modo contristetur, et in prosperitate illius laetetur. Et talem fidem sicut inter nos modo abhinc in ante conseruaturos confirmatum habemus, sic unusquisque infantibus fratris sui, si obierit, ille qui superfuerit conseruabit.

IV. Et quia per uagos et tyrannica consuetudine inreuerentes homines pax et tranquillitas regni perturbari solet, uolumus ut ad quemcunque nostrum talis uenerit ut de his quae egit rationem et iustitiam subterfugere possit, nemo ex nobis illum ad aliud recipiat uel retineat nisi ut ad rectam rationem et debitam emendationem perducatur. Et si rationem rectam subterfugerit, omnes in commune, in cuius regnum uenerit, illum persequamur, donec ad rationem perducatur, aut de regno deleatur.

V. Similiter et de eo agendum est qui pro aliquo capitali et publico crimine a quolibet Episcopo corripitur uel excommunicatur, aut de excommunicatione crimen faciens, regnum et Regis regimen mutat, ne debitam poenitentiam suscipiat aut susceptam legitime peragat. Interdum etiam incestam propinquam suam, aut sanctimonialem, uel raptam, siue adulteram, quam illic ei non licebat habere, fugiens secum ducit. Hic talis, cum Episcopus ad cuius curam pertinebit nobis notum fecerit, diligenter perquiratur, ne morandi uel latendi locum in regno alicuius nostrum inueniat, et Dei ac nostros fideles suo morbo inficiat; sed a nobis uel ministris reipublicae constringatur, et ut simul cum diabolica praeda, quam secum duxit, ad Episcopum suum redeat, et de quocunque crimine publico debitam poenitentiam suscipiat, aut susceptam legitime peragat, compellatur.

VI. Vt nemo Episcoporum hominem peccantem ab Ecclesia et Christiana communione alienet, donec illum secundum euangelicum praeceptum, ut ad emendationem et poenitentiam redeat, commonitum habeat. Qui peccans si commonitus inobediens et incorrigibilis permanserit, et ad emendationem redire noluerit, regiam uel reipublicae potestatem per se Episcopus uel per ministros suos adeat, ut constringatur, et ad emendationem ac poenitentiam peccator redeat. Qui etiam si ita ad correctionem perduci nequiuerit, tunc secundum leges ecclesiasticas medicinali separatione a communione ecclesiastica segregetur.

VII. Vt

VII. Vt illis hominibus qui in talibus perturbationibus, ſicut in his praeteritis annis acciderunt, in Deum et in ſanctam Eccleſiam atque in nos peccauerunt, ſi ſe ex ueritate recognoſcentes petierint, et deinceps nobis ueraciter fideles eſſe uoluerint, et in regnis noſtris pacifici ac quieti et legibus ac iuſtitiae obedientes extiterint, rationabilis miſericordia impendatur, non ſolum in indulgentia commiſſorum, et in conceſſione proprietatum, uerum etiam et in largitione honorum ſecundum noſtram rationabilem poſſibilitatem.

VIII. Vt de rapinis ac depraedationibus et de conſpirationibus atque ſeditionibus, et de raptis feminarum, ſicut eccleſiaſticae et Chriſtianae leges atque progenitorum noſtrorum Capitula continent, ita in omnibus conſeruentur.

IX. Vt alia etiam capitula eorundem progenitorum noſtrorum de ſanctae Eccleſiae honore et immunitate ac conſeruatione, et de regio etiam honore atque uigore, et populi nobis commiſſi lege ac iuſtitia, in omnibus et ab omnibus conſeruentur.

X. Vt noſtri fideles, unusquisque in ſuo ordine et ſtatu, ueraciter ſint de nobis ſecuri quia nullum abhinc in antea contra legem et iuſtitiam uel auctoritatem ac iuſtam rationem aut damnabimus aut dehonorabimus aut opprimemus uel indebitis machinationibus adfligemus, et illorum ſcilicet ueraciter nobis fidelium communi conſilio, ſecundum Dei uoluntatem et commune ſaluamentum, ad reſtitutionem ſanctae Dei Eccleſiae et ſtatum regni et ad honorem regium atque pacem populi commiſſi nobis pertinenti adſenſum praebebimus; in hoc ut illi non ſolum non ſint nobis contradicentes et reſiſtentes ad iſta exequenda, uerum etiam ſic ſint nobis fideles et obedientes ac ueri adiutores atque cooperatores uero conſilio et ſincero auxilio ad iſta peragenda quae praemiſimus, ſicut per rectum unusquisque in ſuo ordine et ſtatu ſuo principi et ſuo ſeniori eſſe debet.

XI. Vt ſic ſimul coniuncti et nos fratres ac nepos noſter ad inuicem, et nos cum fidelibus noſtris, et fideles noſtri nobiſcum, et omnes ſimul cum Deo nos reconiungamus, et ut nobis ſit propitius illi pro deuoto munere offeramus. et unusquisque omnium noſtrum absque ſua propria excuſatione uel iuſtificatione recognoſcamus in quibus aut ſingillatim aut communiter contra illius mandata et decreta ſuorum ſanctorum fecimus aut conſenſimus in ordine eccleſiaſti-

co et ſtatu regni, et per ſingula in medium illa producamus. et nemo noſtrum ſuo aut amico aut propinquo uel confoederato immo nec ſibi ipſi ſeculariter parcat ut ſpiritaliter et ſalubriter parcere poſſit. quin, ſicut praemiſimus in praecedenti capitulo, uero conſilio et ſincero auxilio illa in commune certatim emendari totis uiribus procuremus, quantocius rationabiliter poterimus.

XII. Et ſi aliquis de ſubditis, in quocunque ordine et ſtatu, de hac conuenientia exierit aut ſe retraxerit, uel huic communi decreto contradixerit, ſeniores cum ueraciter fidelibus ſuis haec ſecundum Dei uoluntatem et legem ac iuſtam rationem, uelit nolit ille qui diuino conſilio et decreto et huic conuenientiae reſiſtens et contradicens fuerit, exequantur. Et ſi aliquis de ſenioribus de hac conuenientia exierit aut ſe retraxerit, uel huic communi decreto, quod abſit, contradixerit, cum plures ſeniorum noſtrorum fideles et regnorum primores in unum conuenerint, eorum qui obſeruauerint conſilio, et Epiſcoporum iudicio, ac communi conſenſu, qualiter de eo qui debite admonitus incorrigibilis perſeuerauerit agendum ſit, faciente Domino decernatur. Et ut obnixius ſupraſcripta capitula a nobis auxiliante Domino inuiolabiliter obſeruentur, et nos illa obſeruaturos certius credatur, manibus propriis ſubterfirmauimus.

Adnuntiatio Domni Hludouuici Regis apud Confluentes lingua theodiſca.

Cap. I. Vos ſcitis quid in iſto regno euenit. Et ideo huc conuenimus, ut de Dei uoluntate et ſanctae Eccleſiae ſtatu, et de noſtra ac ueſtra communi ſalute atque honore, et de pace populi Chriſtiani, cum Dei adiutorio et fidelium noſtrorum conſilio tractaremus.

II. Et miſimus hoc ſuper Epiſcopos et ceteros fideles noſtros, ut illi hoc inuenirent, qualiter nos ad haec quae diximus exequenda adunaremus. Et uolumus ut ſciatis quia ſicut illi inuenerunt et ſcripto nobis oſtenderunt, ad inuicem adunati ſumus, ſicut fratres per rectum eſſe debent, et nos ſimul cum iſto nepote noſtro, et ille nobiſcum. Et etiam ſuos fratres nepotes noſtros in hac adunationis firmitate nobiſcum recepimus, ita tamen ſi et ipſi hanc firmitatem erga nos fecerint et obſeruauerint.

III. Et ſciatis quia non uolumus ut ullus inter nos abhinc in antea alia uerba portet niſi talia quae Deo ſint placita et quae ad noſtram

ſtram communem ſalutem et noſtrum honorem pertineant; ut ſic ſimus ſicut fratres in inuicem, et patrui cum nepotibus, et nepotes cum patruis eſſe debent. Et ſi aliquis fuerit qui hoc facere tentauerit, producatur in medium ad rationem, et taliter inde caſtigetur ut nemo alius ſimilia agere tentet.

IV. Et uolumus ut Eccleſiae et caſae Dei et Epiſcopi et Dei homines, Clerici et monachi, et nonnae, talem mundeburdem et honorem habeant ſicut tempore anteceſſorum noſtrorum habuerunt.

V. Et uolumus ut uos et ceteri homines fideles noſtri talem legem et rectitudinem et tale ſaluamentum in regnis noſtris habeatis ſicut anteceſſores ueſtri tempore anteceſſorum noſtrorum habuerunt; et nos talem honorem et rectam poteſtatem in noſtro regio nomine apud uos habeamus ſicut noſtri anteceſſores apud ueſtros anteceſſores habuerunt. et iuſtitia et lex omnibus conſeruetur, et pauperes homines talem defenſionem habeant ſicut tempore anteceſſorum noſtrorum lex et conſuetudo fuit, et ſicut hic fideles noſtri communiter conſenſerunt, et ſcripto nobis demonſtrauerunt, et nos cum illorum conſilio conſentimus et obſeruari communiter uolumus. Et ſi aliquis hoc perturbare uoluerit, a nullo noſtrum recipiatur, niſi ut aut ad rectam rationem aut ad rationabilem indulgentiae conceſſionem deducatur.

VI. Sed et de iſtis rapinis et depraedationibus, quas iam quaſi pro lege multi per conſuetudinem tenent, ab hoc die et deinceps de Dei banno et de noſtro uerbo bannimus ut nemo hoc amplius praeſumat. Sed unus quisque infra patriam cum pace et ſine oppresſione pauperum et circummanentium conſiſtat, et in hoſtem uel ad placitum ſiue ad curtem ueniens, de ſuo ſic vvarnitus et de domo ſua moueat ut cum pace uenire et nobiſcum ſtare et ad domum ſuam redire poſſit. Et qui hoc transgreſſus fuerit, ſicut tempore anteceſſorum noſtrorum conſuetudo fuit, et in illorum capitulis continetur, uolumus ut hoc in illis transgreſſoribus emendetur.

VII. Similiter et de conſpirationibus, et de raptis feminarum tam uiduarum quam et puellarum atque nonnarum, bannimus ex Dei et noſtro uerbo ut nullus hoc in regnis noſtris agere praeſumat. Et ſi quis hoc praeſumpſerit, ſecundum legem, et ſicut in capitularibus progenitorum noſtrorum continetur, ſic hoc emendare cogatur.

Haec eadem Domnus Karolus Romana lingua adnuntiauit, et ex maxima parte lingua Theodiſca recapitulauit.

Poſthaec, Domnus Hludouuicus ad Domnum Karolum fratrem ſuum lingua Romana dixit: Nunc, ſi uobis placet, ueſtrum uerbum habere uolo de illis hominibus qui ad meam fidem uenerunt.

Et Domnus Karolus excelſiori uoce lingua Romana dixit: Illis hominibus qui contra me ſic fecerunt ſicut ſcitis, et ad meum fratrem uenerunt, propter Deum et propter illius amorem, et pro illius gratia, totum perdono quod contra me misfecerunt, et illorum alodes de hereditate et de conquiſitu, et quod de donatione noſtri ſenioris habuerunt, excepto illo quod de mea donatione uenit, illis concedo; ſi mihi firmitatem fecerint quod in regno meo pacifici ſint, et ſic ibi uiuant ſicut Chriſtiani in Chriſtiano regno uiuere debent. In hoc ſi frater meus meis fidelibus, qui contra illum nihil misfecerunt, et me quando mihi opus fuit adiuuauerunt, ſimiliter illorum alodes, quos in regno illius habent, conceſſerit. Sed et de illis alodibus quos de mea donatione habuerunt, et etiam de honoribus, ſicut cum illo melius conſiderabo, illis qui ad me ſe retornabunt uoluntarie faciam.

Et Domnus Hlotharius lingua Theodiſca in ſupra adnuntiatis capitulis ſe conſentire dixit, et ſe obſeruaturum illa promiſit.

Et tunc Domnus Karolus iterum lingua Romana de pace commonuit, et ut cum Dei gratia ſani et ſalui irent, et ut eos ſanos reuiderent orauit, et adnuntiationibus finem impoſuit

IX.

ad §. VII, 18.

BALVZ. cit. loc. pag. 169.

Sequuntur adnuntiationes quas tres Reges apud Sablonarias adnuntiare debuerunt.

Adnuntiatio Domni Hludouuici.

Cap. I. Sicut ſcitis qui ibi adfuiſtis quando proxime apud Confluentes nos adiuuante Domino coniunximus, et capitula a nobis et a fidelibus noſtris obſeruanda ſtatuimus, conuenit nobis ut congruo tempore et opportuno loco iterum ſimul conueniremus, et cum Dei adiuto-

adiutorio et fidelium noſtrorum conſilio quae in ſtatu ſanctae Eccleſiae et in nobis et in regnis noſtris atque in noſtris fidelibus emendanda erant, emendaremus, et ut emendata de cetero obſeruarentur ſtatueremus. Et ad haec agenda iam per tres uices et tempus et locum condiximus; ſed aut mihi aut fratri meo aut communi nepoti noſtro tales cauſae acciderunt pro quibus hoc quod condiximus implere non potuimus.

II. Interea peruenit ad me quia meus frater, et communis nepos noſter ita inter ſe non erant ſicut tunc fuerunt quando nos ſimul coniunximus. Et ideo ad hoc ueni ut inter eos priuatus mediator exiſterem, et ipſi ſic inter ſe ſint ſicut per rectum eſſe debent. Vnde frater noſter per me et per Epiſcopos noſtros ac per Epiſcopos nepotis noſtri et ſcripto et uerbo tales cauſas nepoti noſtro mandauit pro quibus illi ſic priuatus non erat ſicut antea fuerat: quas ſi ille emendare uellet ſicut ei mandabat, uoluntarie illi erat ſicut diligens patruus dilecto nepoti et Chriſtianus Rex Chriſtiano Regi eſſe per rectum debet. De quibus cauſis nos et Epiſcopi qui nobiſcum fuerunt ex parte nepotis noſtri fratri noſtro et Epiſcopis qui cum eo erant tale reſponſum reddidimus; quia illas cauſas, quas ei reputabat, paratus erat aut emendare, aut de illis certam reddere rationem, et dignam facere ſatisfactionem. Quod reſponſum frater noſter et Epiſcopi libenter receperunt, et, Deo gratias, ſunt ita modo frater et nepos noſter ſicut per rectum eſſe debent.

III. Et uolumus ut ſicut nobis conuenit, ut inter nos fideles Miſſi diſcurrant, et quae in uniuscuiusque noſtrum regno emendanda ſunt, et alter alteri innotuerit, emendentur, et caſae Dei et ſacerdotes ac ſerui Dei legem et honorem debitum habeant, et unusquisque fidelium noſtrorum in regnis noſtris, cuiuscunque noſtrum ſit homo, legem et iuſtitiam et in ſe et in ſuis proprietatibus et in ſuis honoribus habeat ſicut tempore anteceſſorum noſtrorum habuerunt, et ſicut inter nos iam conuenit, et in illis capitulis eſt conſtitutum quae anteceſſores noſtri Reges conſtituerunt, et ſicut nos apud Marſnam firmauimus, et ſicut nunc proxime apud Confluentes ſtatuimus; donec, adiuuante Deo, congruo tempore et opportuno loco iterum ſimul conueniamus, et una cum omni fidelium noſtrorum conſilio quae perfecta non fuerint pacifice tractemus atque perficiamus, et ita nos ad inuicem adiuuemus ut cum Dei adiutorio nos et fideles

 noſtros

noſtros ſaluemus, et oppreſſoribus ſanctae Eccleſiae reſiſtamus. Et hanc adcognitationem ideo ſcribi communi conſenſu fecimus ut unusquisque noſtrum illam habeat, et certius ſciat quid et qualiter exinde obſeruare expreſſius debeat: quia non decet ut Rex a ſua cognitatione deuiet, ſicut non conuenit ut Epiſcopus a ſua recta praedicatione diſcordet.

X.

ad §. VII, 19 et XXII, 23.

BALVZ. c. l. p. 201.

Anno incarnationis dominicae DCCCLXV. XI Kalend. Martii haec quae ſequuntur Hludouuicus et Karolus Reges in Tuſiaco uilla populo adnuntiauerunt.

Sicut uos et plures alios audiſſe credimus, iam ſecundo et tertio in iſto tempore conuenire inſimul propoſuimus: ſed uariis occupationibus praepedientibus, hoc uſque modo implere nequiuimus. Nunc quia, Deo gratias, inſimul conuenimus, uolumus uos ſcire quoniam ad nullius deceptionem uel condemnationem neque pro ulla indebita cupiditate inſimul conuenimus. Propter quae autem, excepto debito ac fraterno deſiderio ut nos inuicem dilectione mutua uideremus, noſter conuentus fuerit, uobis nota facere uolumus, et quae Deo placita et nobis ac fidelibus noſtris ſalubria et proficua ſunt, una cum Dei adiutorio et ueſtro ac ceterorum communium fidelium noſtorum conſilio et auxilio tenere immutabiliter et augere utiliter uolumus.

Cap. I. Primo noſtras et ſanctae Dei Eccleſiae ac regni nobis commiſſi neceſſitates fraterne et ſincera mente ad inuicem expoſuimus.

II. Illa quae nuper cum fidelium noſtrorum conſilio apud Confluentes inter nos confirmata fuerunt, diligenter rememorauimus, quae inuiolabiliter adiuuante Domino conſeruabimus.

III. Sicut Deus hoc in corde noſtro uidet, uolumus et uos ſcire quoniam de corde puro et conſcientia bona et fide non ficta adunati id eſt unanimes effecti ſumus, quantum ipſe dederit a quo eſt omne datum optimum et omne donum perfectum, ad Dei uoluntatem et noſtrum communem honorem et ſaluamentum et ad ſanctae Dei Eccleſiae ſtatum et ſacerdotum ac ſeruorum eius debitum

bitum honorem et uigorem ac regni nobis a Deo commiſſi ſoliditatem reſtituendam et conſeruandam; ut Eccleſia et regnum, quod Deus in manus progenitorum noſtrorum adunauit, et nobis miſericordia ſua commiſit, in noſtro tempore neceſſariam defenſionem et tuitionem et honorem atque ſoliditatem habeat.

IV. Quoniam, ſicut dicit ſancta ſcriptura, qui ſuorum et maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit, et eſt infideli deterior, conſiderauimus et confirmauimus in fide noſtra inter nos de uxoribus et filiis noſtris, qui ita fideliter nobis ſubditi et obedientes fuerint ſicut filii patribus et ſuis ſenioribus eſſe debent, ut unusquisque noſtrum alterius filios ſicut proprios in uera dilectione habeat; et qui ſuperſtes de nobis alteri fuerit, illius qui deceſſerit uxori et filiis, ſicut inter nos conuenit, debitum et neceſſarium adiutorium praeſtet et fidem conſeruet.

V. Conſiderauimus et ſtatuimus ut communes fideles noſtri, quorum conſilio et auxilio ſanctam Dei Eccleſiam et regnum nobis commiſſum gubernare debemus, debitum honorem et ſaluamentum habeant. et ipſi ad Dei uoluntatem et ad noſtrum debitum honorem et uigorem et ſaluamentum, et ad ſanctae Dei Eccleſiae ſtatum, et ad regni ſoliditatem et defenſionem, qualiter populus in regno noſtro legem et iuſtitiam et pacem ac tranquillitatem habeat, de corde puro, et conſcientia bona, et fide non ficta, fideli conſilio et auxilio nobis ſint in omnibus adiutores. Et ſi aliquis, quod abſit, ab hoc deuiare tentauerit, unanimiter ut ad hoc redeat illum conuertere decertemus. Et ſi ad hoc reduci non potuerit, unanimiter ſtudeamus ut uel ſibi ſoli noceat, et contra hoc quod ſalubriter conſeruare debemus, non poſſit damnabiliter agere. Et omnes, tam nobis amici, quam et contrarii, certiſſimum teneant quoniam qui contra quemlibet noſtrum quiddam aduerſi machinatus uel molitus fuerit, apud alium locum familiaritatis et amicitiae non habebit.

VI. Vos ſcitis qualiter nepos noſter Hlotharius per ſuam iuuentutem et per leuium hominum conſenſum et hortamentum, et etiam per eorum fauorem qui illum ſaluare debuerant, fecit et facit contra illam legem quam Deus primo in paradiſo primis hominibus dedit, et quam in euangelio per praeſentiam carnis cum hominibus habitans renouauit et confirmauit, quae ad omnes homines pertinet qui ſecundum Deum legitimo utuntur coniugio, unde et uniuerſalis Eccle-

Ecclesia Dei pulsatur, et sacerdotes sunt dehonorati, et populus Christianus sicut de mali morbi contagio est maculatus. Propterea quod Deus dixit, *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*, et, sicut scriptum est, *Ipse os nostrum et caro nostra est*, et Ecclesia nobis et illi commissa et regnum unum est, et populus ac Christianitas una est, considerauimus ut ad illum Missos nostros mittamus, et ei tale consilium mandemus qualiter et ipse coram Deo saluus et coram seculo honoratus esse ualeat, et Ecclesia et regnum, quod illi ad saluationem commissum est, solidum esse possit, et populus Dei saluus sit, et legem ac iustitiam et pacem ac tranquillitatem habeat.

VII. Quia etiam ipse suos Missos ad nos transmisit quasi consilium quaerens, per nostros Missos, et de his unde nobis mandauit, quantum nobis Dominus dedit, ei uerum et sincerum consilium remandamus, et talem uoluntatem nostram esse erga eum sicut uobis dicimus, illi per eosdem Missos nostros mandamus.

XI.

ad §. XXII, 26.

BALVZ. c. l. p. 207.

Anno incarnationis dominicae DCCCLXVIII. Indictione prima, Metis ciuitate, apud sanctum Arnulfum, hae pactiones inter Hludouuicum et Karolum gloriosos Reges factae sunt, his praesentibus, Hincmaro Archiepiscopo, Luitperto Archiepiscopo, Altfrido Episcopo, item Hincmaro Episcopo, Witgario Episcopo, Odone Episcopo, regni Karoli gloriosi Regis XXIX.

A Modo et deinceps ad Dei uoluntatem et sanctae Ecclesiae restaurationem et honorem atque defensionem et ad nostrum communem honorem et saluamentum atque profectum, et ad saluationem ac pacem Christiani populi nobis commissi, isti fratri meo Karolo et consilio et auxilio in uera fraternitate, quantum Deus mihi scire et posse dederit, fidelis adiutor ero. Et si Deus nobis amplius adhuc de regnis nepotum nostrorum donauerit, et in acquirendo, ac in diuidendo, sicuti plus aequaliter aut nos aut nostri communes fideles inuenerint, quos communi consensu elegerimus, et in ipsa diuisione consentiendo, et in habendo, et in conseruando atque defen-

defendendo, tam iſtud quod habemus quam et quod nobis de praefatis regnis Dominus conceſſerit, absque doloſitate aut deceptione uel ſuper abreptione illi ſincerus auxiliator et cooperator ero, ſicut uerus frater uero fratri per rectum eſſe debet; in hoc ut ipſe ſimiliter erga me conſeruet. Mundeburdem autem et defenſionem ſanctae Romanae Eccleſiae pariter conſeruabimus; in hoc ut Romani Pontifices nobis debitum honorem conſeruent, ſicut eorum anteceſſores noſtris anteceſſoribus conſeruauerunt. Si me Deus adiuuet et iſti Sancti.

Similiter et Karolus Hludouuico promiſit.

XII.

ad §. VII, 21.

HARDVIN. Tom. V Actor. Concilior. pap. 733.

Concilium Wormatienſe, habitum in cauſa eccleſiaſticae diſciplinae, anno Domini DCCCLXVIII.

Tituli Canonum.

I. Quibus temporibus debeat ſacramentum baptiſmi exhiberi.
II. Vt praeter epiſcopum nullus chriſma conficiat.
III. De conſecranda eccleſia.
IV. Quid in ſacrificio offerri debeat.
V. De baptiſmi ſacramento.
VI. Vt eccleſia cum rebus ſuis ad epiſcopi ordinationem pertineat.
VII. De oblationibus fidelium, ſeu de redditu eccleſiae, quot portiones fieri debeant.
VIII. De his quae prohibentur presbyteris in eccleſiaſticis ſacramentis.
IX. De epiſcopis ceteriſque ſacris miniſtris, ut ab uxoribus abſtineant.
X. De incriminatis, qualiter expurgari debeant.
XI. De ſacerdotibus in fornicationem lapſis.
XII. De ſacerdotibus, quibus crimen fornicationis impingitur.
XIII. Vt epiſcopus pro leuibus et paruis cauſis neminem excommunicet.

XIV. De clericis, si excommunicati pro leuibus caussis, aut innocentes fuerint.
XV. Si in monasteriis aliquid furatum fuerit, qualiter ipsi fratres se inde expurgare debeant.
XVI. Vt nulli episcopo liceat a synodo, uel ante peractam synodum discedere.
XVII. Vt episcopi, presbyteri, diaconi, canes ad uenandum, et accipitres habere non debeant.
XVIII. De clericis qui sine epistola sui episcopi proficiscuntur.
XIX. De uagis et inobedientibus clericis.
XX. De feminis sacro uelamine consecratis.
XXI. De uiduis quae sacrum uelamen capiti imposuerunt.
XXII. De paruulis a parentibus intra septa monasterii traditis.
XXIII. De professione monachorum.
XXIV. Vt nullus saecularium ecclesiam aut clericum fatigare praesumat.
XXV. Sub quam cauta consideratione erga poenitentes sacerdos exsistat.
XXVI. De his qui sacerdotem sponte occiderint.
XXVII. De eo qui meditatione odii, uel propter auaritiam paganum occiderit.
XXVIII. De eo qui insaniens aliquem occiderit.
XXIX. De eo qui arborem incidit, et dum operi necessario insistit, aliquis subtus ipsam arborem deueniens opprimitur.
XXX. De patricidis et fratricidis.
XXXI. De leprosis fidelibus, si participationem Dominici corporis et sanguinis percipere debeant.
XXXII. In quota generatione sibi fideles copulentur.
XXXIII. De his qui cum duabus sororibus fuerint fornicati, uel cum his personis, de quibus sacra scriptura prohibet.
XXXIV. De eo qui cum commatre spiritali, uel cum ea quam de sacro fonte baptismatis susceperit, aut cum illa quam ante episcopum tenuerit, cum sacro chrismate fuerit uncta, fornicationem perpetrauerit.
XXXV. De mulieribus quae conceptos utero infantes uoluntate excutiunt, uel quae dormiendo filios suffocare uidentur.

XXXVI. De eo qui uiduam in matrimonium susceperit, et cum filia ipsius, quam ex priori marito habuit, concubuerit: uel quae patri filioque se substernunt, seu de his qui cum duabus sororibus concubuerint.
XXXVII. Qui pro diuersis erratibus poenitentiam subierint, si a propriis uxoribus separari debeant.
XXXVIII. De his qui seruos suos iudicibus non iudicantibus necant.
XXXIX. De domina quae Zeli causa ancillam suam occiderit.
XL. Si episcopus seruum alterius clericum fecerit.
XLI. De his qui odio ad pacem non reuertuntur.
XLII. Ne sine accusatione legitima condemnetur quispiam.
XLIII. De refugis ac perfidis laicis.
XLIV. De adulteris.
XLV. Vt curam rerum ecclesiasticarum tantum episcopus habeat.
XLVI. De eadem re, ex concilio Antiocheno.
XLVII. Bona ecclesiae quot partibus diuidenda, ex decretali Papae Gelasii, capite XXIX. primae decretalis.
XLVIII. Vt absque praeceptione nouae basilicae non dedicentur.
XLIX. De constituendis presbyteris.
L. De mansis uniuscuiusque ecclesiae.
LI. De presbyteris uniuscuiusque ecclesiae.
LII. De uillis, nouis ecclesiis in eis nouiter constitutis.
LIII. De ecclesiis destructis: uel de nonis et de decimis.
LIV. De ecclesiarum honore.
LV. Vt ecclesia cum rebus suis ad episcopi ordinationem pertineat.
LVI. De ordinatione presbyterorum.
LVII.
LVIII. De honore pro ecclesiis dando.
LIX. De decimis dispensandis.
LX. De petendo chrismate.
LXI. De non quaerendo clericis iudicio saeculari, ex Carthaginensi concilio.
LXII. De episcopis aut presbyteris uagis in parochia aliena non admittendis, ex concilio Carthaginensi.
LXIII. De concubitu uago et incestuoso, ex concilio Carthaginensi.
LXIV. De carne a bestiis laesa, aut per se mortua non edenda: item de apibus hominem necantibus, necandis, ex concilio Carthaginensi.

LXV. Animalia quae quibus comedi quomodo licita, ex concilio Carthaginensi.
LXVI. Si quis presbyter contra episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit.
LXVII. Vt nullus episcopus, presbyter, et diaconus, conductor sit.
LXVIII. Lectoribus necessario uel uxores ducendae, uel continentia profitenda.
LXIX. De fenore clericis inhibito.
LXX. De infantibus baptizandis, quoties dubitatur, utrum fuerint baptizati.
LXXI. De clericis qui intra annum causam suam non procurant.
LXXII. De epistola sancti Iacobi Apostoli, in qua pro infirmis praecipit orare.
LXXIII. De diaconissis mulieribus, ex concilio Chalcedonensi, cap. XV.
LXXIV. De coniuratione uel conspiratione, ex eod. cap. XVIII.
LXXV. Quod non liceat clericis post mortem episcopi sui, res ad eum pertinentes diripere, ex eodem cap. XXII.
LXXVI. Quod non oporteat ordinationes episcoporum diu differre, ex eod. cap. XXIV.
LXXVII. De his qui rapiunt puellas, ex eodem, cap. XXVI.
LXXVIII. Quota generatione coniugia copulari debeant.
LXXIX. De honore pro ecclesiis.
LXXX. De his qui suspenduntur in patibulis.

PRAEFATIO.

Dum studio amoris Christi, ac iussione excellentissimi gloriosique domini Ludouici regis, cuius tanta erga Deum deuotio exstat, ut non solum in rebus humanis, uerum etiam in causis diuinis maximam semper solicitudinem gerat, apud Wormaticam ciuitatem, anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi DCCCLVIII. Indictione prima XVII Kalendas Iunii conuenissemus, ut de quibusdam ecclesiasticis utilitatibus communis a nobis tractatus ageretur: primum gratias Saluatori nostro Deo omnipotenti retulimus, quod nos ob suam immensam pietatem salubri conuentu ad tractanda ecclesiastica negotia dignatus est aggregare. Postea communi tractatu ac diligenti consideratione, priorum patrum auctoritatem secuti, capitula in sub-

in ſubſequentibus attitulata, a nobis promulganda eſſe neceſſarium duximus. Et quoniam generale concilium egimus, oportuit primum noſtrae uocis ſermonem de Deo eſſe, ut poſt profeſſionem fidei noſtrae, ſequentia noſtri operis uota quaſi ſupra fundamentum firmiſſimum diſponerentur.

XIII.

ad §. XXII, 27.

Pactio Aquisgranenſis.

Anno incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti DCCCLXX Indictione III pridie nonas Martii, anno XXXII. Karoli glorioſi regis, Aquisgrani palatio hae pactiones inter ipſum et Hludouuicum Regem fratrem ipſius factae ſunt.

Ingelramnus Comes ex parte Karoli Regis.

Sic promitto ex parte ſenioris mei quod Senior meus Karolus Rex fratri ſuo Hludouuico Regi talem portionem de regno Hlotharii Regis conſentit habere qualem aut ipſi iuſtiorem et plus aequaliorem aut communes fideles eorum inter ſe inuenerint. Nec eum in ipſa portione, uel in regno quod antea tenuit, per aliquam fraudem uel ſubreptionem decipiet aut forconſiliabit, ſi frater ſuus Hludouuicus eandem firmitatem et fidelitatem quam ex parte ſenioris mei illi habeo promiſſam, iſte frater ſuus Hludouuicus ſeniori meo ex parte ſua, quandiu uixerit, inuiolabiliter ſeruauerit.

Item Leutfridus Comes ex parte Hludowici Regis.

Sic promitto ego ex parte ſenioris mei quod ſenior meus Hludouuicus Rex fratri ſuo Karolo Regi talem portionem de regno Hlotharii Regis conſentit habere qualem aut ipſi iuſtiorem aut plus aequaliorem aut communes fideles eorum inter ſe inuenerint. Nec eum in ipſa portione, uel in regno quod antea tenuit, per aliquam fraudem uel ſubreptionem decipiet aut forconſiliabit, ſi frater ſuus Karolus eandem firmitatem et fidelitatem quam ex parte ſenioris mei illi habeo promiſſam, iſte frater ſuus Karolus ſeniori meo ex ſua parte, quandiu uixerit, inuiolabiliter ſeruauerit.

Haec eadem tertius Theodoricus Comes ex parte gloriosi Regis Karoli, et quartus Radulfus Comes ex parte Hludouuici prosecuti sunt.

Isti praesentes fuerunt, Leutbertus Archiepiscopus, Altfridus Episcopus, Odo Episcopus, Adalelmus Comes, Ingelramnus Comes, Liutfridus Comes, Theodoricus Comes, item Adalelmus Comes.

XIIII.

ad rem diplomaticam Ludouici Germ.

HVND. metrop. Salisb. P. II p. 9.

In nomine Domini nostri Iesu Christi Dei Omnipotentis. Ludouicus diuina fauente gratia Rex Baioariorum. Si igitur erga loca diuinis cultibus mancipata propter amorem Dei, eorumque in eisdem locis sibi famulantibus beneficia opportuna largimur, praemium nobis apud Dominum in aeterna beatitudine recipere confidimus. Proinde notum sit omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesiae, nostrisque praesentibus scilicet et futuris, quia uir uenerabilis Cozbaldus sacri palatii nostri summus Capellanus, et Abbas Monasterii, quod dicitur Altaha, quod est constructum in honore S. Mauritii martyris Christi, adiens excellentiam nostram innotuit clementiae nostrae, qualiter postquam terra Auarorum ex parte ab auo nostro Domino Carolo Imperatore capta fuisset, ipsius permissu atque consensu quaedam res in ipsa Marcha ad ius regium pertinentes eidem monasterio collatae fuissent, quas etiam usque nunc praedictum possedit Monasterium. Sed quia auctoritas traditionis exinde minime apparebat, deprecatus est idem Gotsbaldus Abbas, ut nostrae auctoritatis largitionem atque confirmationem eidem daremus monasterio, per quam ipsas res in posterum praedictum monasterium, eiusque rectores absque cuiuslibet impedimento aut contradictione tenere et dominari potuisset. Cuius deprecationem propter diuinum amorem et reuerentiam ipsius sancti loci libenter annuimus, et ipsas res perpetuo possidendas solenni datione eidem concessimus monasterio, id est locum, qui nuncupatur Wachauua. qui terminatur a fonte riuuli, qui uocatur Mystrica, usque ad eum locum, ubi ipse Danubium influit, ac deinde tendit sursum in ripam Danubii usque in Bochbach, et ultra Bochbach mansum unum, et inde iuxta Bochbach sursum usque in uerti-

uerticem montis, qui nuncupatur Ahornica, nec non et alium locum nuncupatum Accusbach iuxta ripam Danubii, cuius menſura eſt in longitudine milliarium unum et in latitudine ſimiliter, nec non et campum unum, qui continet manſum unum, quem interiacet cauſa Friſingenſis Eccleſiae. Has itaque res cum mancipiis, domibus, aedificiis, uineis, terris, ſyluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, quantumcunque infra terminia praedicta de eisdem rebus continetur, totum et ad integrum, in ius et dominationem praedictae Eccleſiae perpetualiter ad habendum conferimus. Ita uidelicet, ut quicquid de ipſis uel in ipſis rectores uel miniſtri ſupra memoratae ſedis ob utilitatem et commoditatem ipſius Eccleſiae facere uel iudicare uoluerint, liberam habeant in omnibus poteſtatem faciendi, quicquid elegerint. Et ut haec auctoritas largitionis atque confirmationis noſtrae per curricula annorum inuiolabilem atque inconuulſam obtineat firmitatem, manu propria ſubtus firmauimus, et annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Adalleod. Diacon. ad uicem Gozbaldi recognoui. Datum prid. Non. Octobr. anno Chriſto propitio decimo ſeptimo Regalis Imperii Domini Ludouici ſereniſſimi Aug. an. V regni noſtri, Indict. nona, Actum in Regenſpurch ciuitate. In Dei nomine feliciter Amen. Signum Domini Ludouici Sereniſſimi Regis.

XV.

SCHANNAT. cod. probat. hiſt. Fuld. p. 114.

Ludouici Germaniae Regis Diploma, quo Fuldenſe Monaſterium cum rebus et Locis ad idem ſpectantibus ſub protectione ſua recipit aliaque eiusdem Priuilegia confirmat.

In nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Hludovvicus diuina fauente gratia Rex. Conſtat nos diuina diſpenſante gratia ceteris mortalibus ſupereminere, unde oportet, ut cuius praecellimus munere, eius ſtudeamus modis omnibus parere uoluntati, quapropter conperiat induſtria atque utilitas omnium Fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet et futurorum, quia Vir uenerabilis Hrabanus Abba ex Monaſterio quod dicitur Fulda, quod eſt ſitum in pago Grapfelt, conſtructum in honore Sancti Bonefacii Martyris Chriſti, ubi idem glorioſus Martyr corpore quieſcit, adiens Excellentiam culminis no- Ex Autograph. Anno 834.

ſtri,

ſtri, obtulit nobis quandam auctoritatem inmunitatis Domni et Genitoris noſtri Hludovvici praeſtantiſſimi Imperatoris, in qua continebatur, qualiter idem praeclariſſimus Princeps praefatum Monaſterium cum monachis ibidem Domino militantibus, et cum rebus uel hominibus ad ſe iuſte pertinentibus uel aſpicientibus ſub ſua conſtituiſſe defenſione et inmunitatis tuitione; obſecrauit namque praeſcriptus Abba, ut ſimiliter ipſum Monaſterium cum Monachis ibidem Deo famulantibus, et cum rebus et hominibus ſibi legaliter pertinentibus ſub noſtra conſtitueremus defenſione, et paternae auctoritati noſtram quoque pungeremus auctoritatem, cuius petitionem quia iuſtam, immo rationabilem eſſe iudicauimus, libenter accommodauimus, et Beneficium quod nobis poſtulauit deuoto animo adſenſum praebuimus; et ideo hanc auctoritatem propter diuinum amorem et uenerationem ipſius ſancti loci, tranquillitatemque Fratrum ibidem conſiſtentium, circa ipſum Monaſterium fieri decreuimus, per quam in futurum ſancimus, atque praecipientes iubemus, ut nullus Iudex publicus uel quilibet ex iudiciaria poteſtate in Eccleſias, uillas, loca uel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas moderno tempore iuſte et rationabiliter infra Regnum diuinitus nobis commiſſum, praefatum tenet et poſſidet Monaſterium, uel quae deinceps in iure ipſius ſancti loci uoluerit diuina pietas augeri, ad cauſas iudiciario more audiendas, uel freda undecumque exigenda, aut manſiones uel paratas faciendas aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius Monaſterii tam ingenuos, quam et ſeruos ſuper terram ipſius commanentes diſtringendos, nec ullas redibitiones aut inlicitas occaſiones requirendas, noſtris futuriſque temporibus ingredi audeat, uel ea quae ſupra memorata ſunt, penitus exigere praeſumat, ſed liceat memorato Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus res praedicti monaſterii cum omnibus ſibi ſubiectis ſub inmunitatis noſtrae defenſione quieto ordine poſſidere, et noſtro fideliter parere imperio, et quicquid de praedictis rebus ius Fiſci exigere poterat, totum nos pro aeterna remuneratione praefato Monaſterio et Monachis ibidem Deo ſeruientibus conceſſimus, ut ibidem perpetuo proficiat in augmentis, et quandoquidem diuina uocatione ſupradictus Abba, uel ſucceſſores eius de hac Luce migrauerint, quamdiu ipſi Monachi inter ſe tales inuenire potuerint, qui ipſam congregationem ſecundum Regulam Pii Patris Benedicti regere ualeant, per hanc noſtram auctoritatem et conſenſum licentiam habeant eligendi Abbates, quatenus melius

melius et liberius delectet eis pro nobis atque ſtabilitate Regni noſtri, Domini Miſericordiam adtentius exorare: haec uero auctoritas ut pleniorem in Dei Nomine obtineat firmitatem, manu propria ſubter firmauimus, et annuli noſtri inpreſſione ſignari iuſſimus.

Signum Hludovvici Glorioſiſſimi Regis.

Adalleodus Diaconus, ad uicem Grimaldi recognoui et ſubſcripſi.

Data Non. Febr. Anno Chriſto propitio primo Regni Domni Hludovvici Regis in Orientali Francia, Indictione XII. Actum Francofurt Palatio Regio in Dei nomine feliciter, Amen.

XVI.

SCHANNAT. probat. dioeceſ. et hierarch. Fuld. p. 239.

Diploma Ludouici II Regis, quo Abbati Fuldenſi Sigehardo decimae fidelium per Turingiam, aliasque plures prouincias adiudicantur ac confirmantur.

In Nomine Domini Dei et Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ludevvicus propiciante Clementia Dei, Rex. Si ea quae Praedeceſſores noſtri Pipinus, Karolus, Ludevvicus, ſuperna dignatione illuminati ac ſuorum fidelium deuotis admonitionibus inſtigati pro ſtatu et felicitate Aecleſiarum, ſiue ſeruorum Dei ſtatuere decreuerunt, noſtris confirmamus edictis, hoc nobis procul dubio ad eternam Beatitudinem, Regnique noſtri Tutelam profuturum eſſe credimus, atque exinde Dominum Retributorem in poſterum habere confidimus: Igitur notum ſit omnibus Sanctae Aecleſiae, et noſtris Fidelibus, qualiter noſtris Temporibus oborta eſt queſtio inter Liuperdum Mogontinae Sedis Primatem, et Sigehardum Fuldenſis Coenobii Abbatem de Decimis, et quia tale negotium niſi in noſtri preſentia determinari non potuit, euocauimus - - ad audientiam in noſtram ſcilicet curtem Ingilunhem, ubi maiores regni conuenerunt, Epiſcopi, Abbates, Comites, Nobiles, et quamplurimi idonei Fautores, Teſtes, ac Iudices huiuſcemodi cauſae determinandae, quos hic nominatim aſſignare precepimus: Liuperdus Mogontinae Ciuitatis Metropolitanus et Archicapellanus, Williberdus Colonienſis Antiſtes, Arn Wirciburgenſis Epiſcopus, Adalhelmus Vuormacenſis Epiſcopus, Gebehardus Spirenſis Epiſcopus; Comites uero, Erluuin Aulicus Praeſes, Liuthe-

Ex Autogr. ann. 874.

Liuthere Comes, Friderat Comes, Vdalrih Comes, Manegolt Comes, Kriſtan Comes. Chriſto igitur propitio ac mediatore, qui pacis et karitatis amator ac largitor eſt, in noſtri preſentia, concordantibus predictis Epiſcopis, Comitibus, omnique Conuentu nobilium perſonarum, ipſo etiam Liutperdo pro amore Dei, et amore iuſticiae in idipſum conſentiente, cum ſacramento iurisiurandi Eccleſiaſticae decim - - Prouincia confirmatae ſunt ad Sanctum Bonifatium Chriſti Martyrem in locis ac uillis ſubter annotatis, a ueracibus teſtibus, aduocatis ſcilicet prefati Monaſterii, quorum haec ſunt nomina Gumbrat, Wolfhere, Madalrih, Moroch, Lyutole, Vngildeb, Engilbrat, Krappoto, Atto, Gelirat, Hartrat, Folcknant, Adalhelm, Geyrat, Reginbrat, Waltbrat, Ruyart, Werdant. Locorum autem, et uillarum haec ſunt nomina: Friemmari. Kintileba. Buſileba. Mulinhus. Item Mulinhus. Baringe. Yaneri. Item Yaneri. Tunnaha. Item Tunnaha. Tungidi. Tullineſtat. Tachebach. Vnſolteyleba. Item Yaneri. Sumeridi. Item Sumeridi. Nordhuſa. Arolfeshuſa. Bitbahe. Berolfeſtah. Odeſtat. Zuzeſtat. Zimbra. Beeſtat. Holzhuſa. Atamanneſthorph. Buſileba. Fargeloha. Brantbah. Sueberbrunno. Haſtyneileba. Rod. Hadebrantesrod. Alarici. Elerina. Wizanbrunno. Hago. Turari. Tricuſti. Gundesleba. Holzſuoſara. Beneleba. Bezhinga. Crichigruzzi. Toleſtat. Selichilde. Thiodorf. Heldron. Bruslohon. Folcgereshuſon. Katonbure. Snelmunteshuſa. Gaheszeti. Vuiderolteshuſun. Eberolfesrod. Slethem. Hurbah. Thurihtridi. Thuringohus. Zotaneſtat. Neueri. Nelibi. Heringa. Ratingeſtat. Gebenſtat. Golhereſtat. Skidingi. Thriburi. Otumbah. Suaba. Tilinga. Heltrunga. Woteneshuſa. Manneſtat. Frummihereſtorph. Eberſtat. Buoteſtat. Fugelesburc. Iſtat. Ypanenhuſa. Herimoteſtat. Obimineſtorpf. Hevvibah. Kezzilari. Deneſteti. Meiskeſtorph. Oterestorp. Laharesſteti. Vlmunſteti. Sulzbah. Romaſtat. Vnfrideſtat. Lanthareſtat. Suuabohuſa. Nemanneſthorp. Trebunesſthorp. Woniſeſthorp. Moinuvvinida. Finicheſtorp. Turnifelt, Rottorph. Vmpredi. Calo. Zitemorotenſtenni. Helidingi. Item Helindingi. Ingredi. Item Ingridi. Keſſinnentorp. Trumbeſtorph. Zutileba. Tuſſileba. Madaha. Nezemannestorph. Dueneſtat. Eodem ordine et in ceteris regionibus in noſtri preſentia, in praedicta Curte Ingilunhem Decimae ad Sanctum Bonifatium confirmatae ſunt, in Vuormacenſe, et Renenſe, ab Adalhelmo aduocato; in Vuetreiba a Gelrato, Vuerdanto et Vnalebendo. In

Haſſis,

Haſſis, a Gerhardo in Monihgovve a Folcnando. In Loganaha, a Vualcbetdo. In Salegovve, a Reginhardo. In Graphelt a Ryuggero: Praenominatus autem Abbas Sygehardus deprecatus eſt clementiam noſtram, ut et nos anteceſſorum noſtrornm piam erga ſancta Dei loca deuotionem imitantes, hoc noſtrae confirmationis praeceptum fieri iuberemus ne inter eum et praedictum Archiepiſcopum Liutperdum, uel ſucceſſores eorum huiusmodi contentio ulterius oriretur, unde decernimus atque iubemus per hoc noſtrae auctoritatis praeceptum, ut praefato Sigehardo, eiusque ſucceſſoribus Abbatibus in perpetuum in Regionibus et Villis ſupra determinatis, nullo inquietante, ſed Deo auxiliante absque ullius contradicentis obſtaculo, reddantur decimae fidelium; et ut haec confirmatio decimarum ſtabilis et inconuulſa permaneat, hoc preceptum inde conſcriptum manu propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum Domni Ludevvici ſereniſſimi Regis, filii Ludevvici Imperatoris.

Heburhardus Cancellarius ad uicem Hugberdi Archicapellani recognoui.

Data anno Domini DCCCLXXIIII Indictione VII Regni uero Domni Ludevvici ſereniſſimi Regis in Orientali Francia Regnantis XXXVI ſub die XV Kal. Iun. Actum in Palacio Ingilunhem in Dei nomine amen.

XVII.

SCHILTERI obſeruat. ad KOENIGSHOV. Chron. Argent. p. 480.

Diploma Ludouici R. monaſterio S. Stephani Argent. indultum. Accedunt uariantes lectiones GVILLIMANNI et HERRGOTT.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis.

Ludeuuicus fauente gratia Dei Rex. Si liberalitatis noſtrae munere locis Deo dicatis aliquid conferimus beneficii, et neceſſitates Eccleſiae Dei per peticiones religioſarum perſonarum releuamus munimine atque imperioſo tuemur iuuamine: id nobis et ad mortalem

lem uitam temporaliter peragendam, 1) et ad aeternam feliciter adipiſcendam profuturum eſſe liquido confidimus. Ex quo nouerit omnium fidelium noſtrorum tam praeſentium, quam futurorum ſollers diſcretio, 2) quod nobilis atque uenerabilis Sanctimonialis Abbatiſſa Baſilla ſancti Stephani infra muros Argentoratenſes ſiue Strasburc, noſtram adiens mageſtatem, praeſentauit obtutibus noſtris 3) autorabiles emunitatis firmitates predeceſſorum noſtrorum Regum et Imperatorum. qualiter predictus locus S. Stephani a Duce Alberto fundatus erat. et per conſtitutionem Chylderici regis 4) emunitatus, et per Pipinum 5) Maiordomum locupletatus et munitus creſcebat. et per munificentiam Clotharii 6) Imperatoris primi et coniugis Yrmengardis 7) dictatus 8) et corroboratus, pollebat. ac demum etiam auctoritatem domini et genitoris noſtri Hlodeuuici bonae memoriae piiſſimi Auguſti. in qua continebatur inſertum, quod non ſolum idem genitor noſter, uerum etiam predeceſſores eius reges 9) uidelicet Fraemchorum apud locum iam dictum, beato Stephano et congregacioni Canonicorum quatuor Sacerdotum et Sanctimonialium triginta. cum neceſſariis miniſtris dedicatum, ſub ſuo munimine ac defenſione cum omnibus ſibi ſubpertinentibus, tam mancipiis quam praediis, tam infra ciuitatem quam foris conſtitutis, eorum immunitatum auctoritatibus hactenus ab inquietudine totius iudiciariae poteſtatis eadem munita et defenſa fuiſſet Abbacia. Pro huius itaque rei firmitate exorauit praedicta Abbatiſſa 10) Baſilla, ut paternam ſeu predeceſſorum noſtrorum regum clementiam ſequendo, huiuscemodi noſtrae emunitatis praeceptionem ob amorem Chriſti et reuerentiam 11) ſancti loci circa idem monaſterium fieri cenſeremus. Cuius poſtulationibus facilem tribuimus aſſenſionem et hanc noſtrae Mageſtatis paginam erga ipſum locum immunitatis et tuicionis cauſa pro diuini cultus amore et animae noſtrae remedio fieri decreuimus. Per quod praecepimus atque iubemus, ut ſaluo per omnia honore 12) ſui ſacroſancti praeſulis, nullus iudex publicus uel quislibet ex iudiciaria poteſtate in perſonas uel eccleſias uel orato-

1) H. et ad Eccleſiam feliter etc. 2) H. quia nobilis etc. 3) H. authorabiles emunitates, firmitates etc. 4) H. emanidatus. 5) H. Majodonarium. 6) H Imperatoris, patris. 7) G. dicatus. H. ditatus. 8) G. et corroboratus *omiſſum*. 9) G. et H. Francorum uidelicet. 10) H. Baſella. 11) H. ſancti *omiſſum*. 12) H. ſuo.

oratoria aut loca aut agros uel quascunque reliquas possessiones quas ab antiquo uel moderno tempore in quibuslibet territoriis uel pagis uel 13) comitatibus infra dicionem nostram iuste et legaliter memorata tenet uel possidet Abbatia, uel ea quae postmodum in iure ipsius monasterii uoluerit diuina pietas 14) augere, ad caussas audiendas uel freda uel tributa uel thelonea exigenda, 15) aut mansiones uel 16) paratas faciendas, aut fideiussores tollendos; aut homines ipsius Ecclesiae tam ingenuos quam seruos super terram ipsius commorantes iniuste distringendos. nullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas, nostris uel futuris temporibus ingredi audeat, nec ea quae supra memorata sunt penitus exigere 17) non presumat, sed liceat memoratae Abbatissae suisque 18) succestricibus auctoritate Episcopali 19) et dispensatione illius 20) quem de numero fratrum ipsius loci constituerit 21) echonemum. ipsam sedem cum omnibus sibi subiectis. et rebus uel hominibus ad se pertinentibus, sub tuitionis atque emunitionis nostrae defensione, remota totius iudiciariae potestatis inquietudine. quieto ordine possident. et pro nostro fideliter 22) Deum exorare imperio et incolomitate nostra et coniugis atque prolis. Nec liceat alicui sub praetextu aduocatoriae occasionis sibi uel in hominibus uel quibuslibet rebus uel possessionibus eorum aliquod ius uendicare, nisi quem pro aliqua, sicut aliquando fieri euenit, necessitate, ipsa Abbatissa cum congregationis uoto per consilium Antistitis aput palatium expostulauerit. qui nec palemundum uel aliquas exactiones exercere presumat. Si quis uero temerarius contra hanc nostrae constitutionis auctoritatem uenire praetemptauerit, praedictae Ecclesiae quinque libras auri. fiscoque regio decem auri purissimi persoluere cogatur. et insuper offensam regiam incurrat. Vt autem haec auctoritas pleniorem in Dei nomine uigorem obtineat, et a fidelibus S. Dei Ecclesiae et nostris uerius et cercius perpetuo tempore credatur, propria manu subterfirmauimus et anuli nostri impressione signari iussimus. Data II Idus Septembris Anno Christo propicio 23) XXIII. Domni Hlodevvici

 Sere-

13) H. ciuitatibus. 14) G. et H. augeri. 15) G. ad mansiones. 16) G. et H. pratas. 17) G. non *omissum*. 18) H. successoribus. 19) G. uel dispensatione. 20) H. quae de numero. 21) H. echonemum *omissum*. 22) H. Deum *omissum*. 23) G. XXII.

Serenissimi regis in Alsatia indictione 24) quarta. Actum Strazburc. palatio regio. in Dei nomine feliciter. Amen.

Signum Chlodevvici Serenissimi Regis. Otgarius ad uicem Grimoldi Archicancellarii recognouit. In Monogrammate linea transuersa media omissa. Effigies reg. in cera quad. adesse dicitur.

24) H. quinta.

XVIII.

ad rem diplomaticam Karolomanni.

RETTENPACHER annal. Cremisan. p. 32.

Diploma seu priuilegium primum Karolomanni, de rebus inter Sprazas, et de Smidba.

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis. Karolomannus diuina fauente gratia Rex. Si erga loca diuino cultui mancipata regali more beneficia largimur oppurtuna, id nobis proculdubio ad stabilitatem regni nostri et animae salutem proficere minime dubitamus. Quapropter nouerit industria omnium fidelium Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque uidelicet praesentium et futurorum, quoniam compuncti amore diuino quaedam loca nostrae haereditatis, ad Monasterium, quod uocatur Chremisa, tradimus. Quae quamuis nobilissimus Pater noster diuae memoriae Ludvvicus Rex ad id Monasterium donaret, tamen nullo auctoritatis suae praecepto confirmauerat, idcirco complacuit regalitati nostrae, pro remedio animae praefati beatissimi Genitoris nostri, et Genitricis nostrae hanc ipsam donationem per praesentem auctoritatem nostram confirmare, quatenus perpetualiter firma et inconuulsa permaneat. Tradimus ad praefatum Monasterium per hoc praesens praeceptum nostrum territorium quoddam iuxta fluuium, qui dicitur Spraza, quod a capite ab eo loco incipit, ubi unus fons in loco, qui Benninvvanch dicitur, intrat in Sprazam, et sic inter duas Sprazas, usque in eum locum, ubi ipsae duae Sprazae simul unum decursum conficiunt. Hoc igitur totum, sicut iam a duobus Comitibus Arathoto, et Ernusto circumequitatum fuerat, cum omni integritate ad praefatum Monasterium Chremisa, quod est in honore Domini et Saluatoris nostri Iesu Christi constructum, tradimus atque donamus, et de nostro iure in ius et dominationem eiusdem Monasterii

ſterii transfundimus; ita uidelicet, ut quidquid de praefatis rebus ob utilitatem et profectum praeſcripti Monaſterii Rectores et miniſtri eius facere uel iudicare uoluerint, libero in omnibus potiantur arbitrio faciendi quidquid elegerint. Aliud uero territorium tradimus ad ipſum praefatum Monaſterium ſub ſimili confirmatione in loco, qui dicitur Smidaha, cuius terminus a Danubio, ubi unus fons emanat, ex una parte incipit, et ſic uadit usque in eum locum, qui dicitur Wachrein. Hoc ergo totum, ſicut diximus, et ſicut hoc Wilhelmus Comes quondam ad id Monaſterium circuiuit, atque ſignauit ex noſtra poteſtate in poteſtatem eiusdem praenominati Monaſterii ſecuriter tradimus, quatenus Rectores, ſicut iam diximus, eiusdem Eccleſiae, liberam poteſtatem ad utilitatem eiusdem loci, ſanctaeque congregationis in omnibus habeant, inde facere quidquid elegerint, nullo unquam ſucceſſore noſtro irrumpente, uel inquietante, ſed Deo auxiliante perpetuis temporibus firma, inuiolabilisque haec donatio permaneat. Quapropter ut firmiorem in Dei nomine obtineat firmitatem, manu propria noſtra ſubter eam confirmauimus, et annuli noſtri impreſſione ſigillari iuſſimus. Signum Domini Karolomanni Sereniſſimi Regis.

Waldo namque Cancellarius, ad uicem Diotmari recognoui. Datum IV Kal. Iul. anno, Chriſto propitio primo regni Domini Karlomanni Sereniſſimi Regis. Indictione IX. Actum Ratensdorf Curte Regia, in Dei nomine feliciter, Amen.

XVIIII.

MVRATOR. antiq. Ital. t. VI p. 363.

Carlomannus Italiae Rex Benedicto Cremonenſi Epiſcopo, eiusque Eccleſiae, omnia bona et iura illius confirmat, Anno 878.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Karlomannus diuina fauente gratia Rex. Si enim que ad loca Sanctorum iuſte pertinent, per noſtram auctoritatem confirmamus, non ſolum Regiam conſuetudinem decenter implemus, ſet hoc nobis ad mercedis augmentum, et ſtabilitatem Regni noſtri pertinere confidimus. Quapropter notum ſit omnibus fidelibus ſancte Dei Eccleſie, noſtrisque, ſcilicet preſentibus et futuris, quod uir uenerabilis Benedictus Cremonenſis Eccleſie Epiſcopus, miſſa petitione petiit, ut Precepta

piiſſimo-

piiſſimorum Auguſtorum parentum noſtrorum per noſtre Celſitudinis auctoritatem roboraremus atque confirmaremus. Cuius petitioni libenter ob amorem Domini noſtri Ieſu Chriſti libenter annuentes, precepimus atque iubemus, ut omnes res ſupradicte Eccleſie, que eſt conſtructa in honore Sancte Marie Virginis Matris Domini noſtri Ieſu Chriſti, et Sancti Stephani Martiris Chriſti, ſicut in piiſſimorum Auguſtorum parentum noſtrorum tuitione fuerant, ita et in noſtra defenſione atque inmunitate firmiter permaneant. Iubemus ergo, atque ſupradicte Eccleſie confirmamus, ut omnia loca ibidem pertinentia, que a longo tempore usque nunc adhuc Locum pertinere uidentur, tam Monaſteria, quamque Synodochia, ſeu et Eccleſias Baptismales, et reliquas poſſeſſiones, que ad hunc Epiſcopatum iuſte et rationabiliter pertinent, uel que deinceps diuina pietas ad ea loca augeri uoluerit, ut ſupra nominatus Epiſcopus, Succeſſoresque ſui, perpetualiter ea teneant atque poſſideant. Inſuper adiunximus, ſicut in ſupradictis Preceptis inuenimus, locum, qui dicitur Teoledo, cum Briuiſolis, et Cocullo, cum omnibus ad ipſum locum pertinentibus, et Portu Vulpariolo, et tranſitorio, cum molitura usque ad Caput Addue, cum molitura de Molendinis, et portoris usque in Caput Addue. Omnia enim hec ſupramemorate Eccleſie per hoc preſens Preceptum noſtrum confirmamus, ut iure firmiſſimo perpetuis temporibus poſſideat. Et ut hec auctoritas confirmationis noſtre per cuncta futura ſecula inuiolabilem in Dei nomine obtineat uigorem, manu propria noſtra ſubter eam confirmauimus, et anuli noſtri impreſſione ſigillari iuſſimus.

Signum Domni Karlomanni (✝) ſereniſſimi Regis.

Baldo Cancellarius ad uicem Thigtmari Archicapellani recognoui. Data II Idus Martii, Anno Chriſto propitio II. Domni Karlomanni ſereniſſimi Regis Bauariorum et Italie, Indictione XI. Actum ad Otingas Palacio Regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

XX.

ad rem diplomaticam Ludouici iun.

ANNAL. BERTIN. apud MVRATOR. rer. Ital. Scriptores t. II P. I p. 566. BALVZ. t. II Capitular. p. 277.

Conuentio, quae inter glorioſos Reges Ludouicum filium Caroli Imperatoris, itemque Ludouicum filium Regis Ludouici in loco qui

qui uocatur Furonis Kalend. Nouembris, ipsis et communibus fidelibus ipsorum fauentibus, et consentientibus, facta est anno Incarnationis Dominicae DCCCLXXVIII. Indictione XI dicente Rege Ludouico filio Caroli: sicut inter patrem meum Carolum, et patrem uestrum Ludouicum Regnum Lotharii diuisum fuit, uolumus ut ita consistat. Et si aliquis nostrorum fidelium de Regno patris sui ex hoc aliquid usurpatum habet, iussu nostro illud dimittat. De eo Regno uero, quod Ludouicus Imperator Italiae habuit, quia nec dum ex illo aliqua diuisio facta est, quicumque modo illud tenet, ita teneat: donec Domino uolente iterum simul uenientes cum communibus fidelibus nostris, inueniamus, et diffiniamus quid ex hoc melius, et iustius nobis uisum fuerit. De Regno autem Italiae quia modo nulla ratio esse potest, omnes sciant quia partem nostram de illo Regno et requisiuimus, et requirimus, et Domino auxiliante requiremus. Ista sequenti die statuta sunt.

Cap. I. Vt quia firmitas amicitiae, et coniunctionis nostrae modo quibusdam praepedientibus causis esse non potuit, usque ad illud Placitum, quo simul conueniamus statutum habemus. Talis enim amicitia inter nos manebit Domino auxiliante de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta: ut nemo suo pari uitam, Regnum, aut fideles suos, uel aliquid, quod ad salutem siue prosperitatem, ac honorem Regni pertinet, non uelit, aut forte consiliet.

Cap. II. Vt si in cuiuscumque nostrûm Regno pagani siue pseudochristiani insurrexerint, unusquisque ueraciter suum parem, ubicumque necesse fuerit, et ipse rationabiliter potuerit, aut per semetipsum, aut per suos fideles, et consilio, et auxilio prout melius potuerit adiuuet.

Cap. III. Vt si ego uobis superstes fuero, filium uestrum Ludouicum adhuc paruulum, et alios filios uestros, quos uobis Dominus donauerit, ut Regnum paternum hereditario iure quiete tenere possint, et consilio, et auxilio prout melius potuero adiuuabo. Si autem uos mihi superstites fueritis, filios meos Ludouicum et Carolomannum, et alios quos diuina pietas mihi donare uoluerit, ut Regnum paternum quiete tenere possint similiter et consilio, et auxilio prout melius potueritis ut adiuuetis rogo.

Cap. IV. Vt ſi aliqui ſuſurrones, et detractores, et qui paci noſtrae inuident, et quietum Regnum eſſe non patiuntur, inter nos lites, et contentiones, atque diſcordias ſeminare uoluerint, nullus noſtrûm hoc recipiat, aut libenter acceptet: niſi forte hoc ad rationem coram nobis utrisque, et communibus fidelibus noſtris perducere uoluerit. Si uero hoc noluerit, cum nullo noſtrûm aliquam ſocietatem habeat. Sed omnes illum ſicut mendacem, et falſatorem, et inter fratres uolentem ſeminare diſcordias, communiter a nobis abiiciamus: ne de caetero quisque talia mendacia auribus noſtris inferre audeat.

Cap. V. Vt communiter prout citius potuerimus Miſſos noſtros ad Carolomannum, et Carolum glorioſos Reges dirigamus, qui ad Placitum, quod octauo Idus Februarii ſtatutum nabemus, inuitentur: ut nullatenus uenire differant obſecrentur. Et ſi ſecundum quod optamus uenire ualuerint, communiter nos ad Dei uoluntatem, et Sanctae Eccleſiae ſaluationem, ac communem honorem noſtrum, ac profectum, atque ſaluamentum totius populi Chriſtiani nobis commiſſi, Domino cooperante, ita coniungamus, ut de caetero in eo qui unus eſt unum ſimus, et unum uelimus: idipſum dicamus, ſecundum Apoſtolum, et faciamus omnes ut non ſint in nobis ulla ſcismata.

Cap. VI. Si autem illi obſecratione noſtra uocati, et inuitati, aut Miſſi eorum ad praefatum Placitum uenire diſtulerint, nos ſecundum quod ſtatutum habemus, illuc omnino uenire, et nos ſecundum Dei uoluntatem coniungere omnimodis non omittamus. Niſi forte talis ineuitabilis neceſſitas euenerit, pro qua id fieri nullatenus poſſit: et ſi hoc acciderit, ad tempus quisque pari ſuo hoc reſcire faciat. Et propterea amicitia noſtra nec minuatur, nec immutetur, donec Domino iubente congruo tempore perfecte confirmetur.

Cap. VII. Vt res Eccleſiarum, in cuiuscumque Regno caput fuerit, tam de Epiſcopatibus, quam de Abbatiis ſine ulla contradictione rectores ipſarum Eccleſiarum illas poſſideant. Et ſi aliquid ibi mali factum a quoquam eſt, in cuiuscumque Regno illae res conſiſtunt, regulariter exinde iuſtitiam reddere faciat.

Cap. VIII. Et quia per uagos, et in tyrannica conſuetudine inreuerentes homines pax et quies Regni perturbari ſolet, uolumus ut ad quemcumque noſtrûm talis uenerit, ut de his quae egit rationem, et iu-

et iuftitiam fubterfugere poffit, nemo ex nobis illum ad aliud recipiat, uel retineat, nifi ut ad rectam rationem, et debitam emendationem perducatur. Et fi rationem rectam fubterfugerit, omnes in commune in cuius Regnum uenerit illum perfequamur, donec aut ad rationem perducatur, aut de Regno expellatur, uel deleatur.

Cap. VIIII. Volumus ut hi, qui merito proprietatem illorum in Regno noftro perdiderint, ita iudicentur ficut temporibus noftrorum anteceſſorum inuentum fuit. Qui uero dicunt iniufte fe proprietatem fuam perdidiffe, ueniant in noftram praefentiam: et ficut iuftum eft, ita de illis iudicetur, et fua recipiant.

XXI.

HARENBERG. hift. Gandersh. p. 583.

Diploma Ludouici Regis, de immunitate regali et libera electione coenobio Gandershemenfi confirmata anno 877. 26 *Ian.*

In nomine fancte et indiuidue Trinitatis. Hludvvicus diuina fauente gratia Rex. Si liberalitatis noftre munere locis Deo dicatis quiddam conferimus. et neceffitates ecclefiafticas noftro fubleuamus iuuamine. atque regali tuemur munitione. id nobis et ad mortalem uitam temporaliter tranfigendam. et ad aeternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter nouerit omnium Fidelium noftrorum tam prefentium quam futurorum induftria. qualiter Brun et Otto noftri fideles Comites in procerum noftrorum prefentia tradiderunt nobis quoddam monafterium. quod dicitur Gandeshein, quod Luitolf genitor eorum in primis aedificare cepit. et reliquias fanctorum Chrifti confefforum Innocentii atque Anaftafii ob honorem Chrifti illuc uenire fecit. quod eft conftructum in honore fancti Stephani protomartiris Chrifti. et omnia que ad idem monafterium iure ac legitime pertinere uidentur. et cui Gerbirg foror eorundem Comitum fanctimonialibus feminis praeeffe uidetur. eo uidelicet rationis tenore. ut praefatum monafterium regio fubleuaretur munimine. et fanctimoniales feminae ibidem Deo famulantes in noftro confifterent patrocinio. et quamdiu in illorum progenie aliqua fanctimonialis femina, quam uitae religio. et fanctarum fcripturarum inftructio. et omnium bonorum morum commendet compofitio. abfque ullius perfone contradictione fanctimonialibus feminis effet praelata. Et fi aliter. quod abfit. eueniret quod talis in illa progenie in-

uenta non esset. quae praefatis scilicet uirtutibus non ornata uideretur. ceterae sanctimoniales feminae dignam Dei seruitio. quamcumque uellent. eligere inter illas potestatem haberent. Vnde per hoc nostrae auctoritatis praeceptum decernimus atque iubemus. ut praefati monasteri feminae desideratam a nobis. nullo inquietante. electionem obtineant. atque imperialem in cunctis rebus. decimis atque possessionibus. quas nunc quolibet iure acquisitionis possident. uel in futurum Deo opitulante habere debent. per cuncta saeculorum curricula firmam et inuiolabilem teneant immunitatem. Et nullus princeps uel alius quilibet exactor iudiciariam potestatem uel freda exigenda seu mansiones uel paratas faciendas in eodem monasterio. nisi ex consensu et petitione eiusdem monasterii Abbatissae. habere praesumat. Et homines illius Abbatissae. siue liberi sint. siue serui. nulla iudiciaria coerceantur potestate. sed in praesentia eiusdem Abbatissae aduocati et eorum rectitudinem adquirant et ceterorum perficiant. Et ut haec auctoritas nostrae concessionis et confirmationis firmior habeatur. et per futura tempora a fidelibus nostris melius obseruetur ueriusque credatur. manu nostra propitia subter eam firmauimus et anuli nostri impressione sigillari iussimus.

Signum Hludouuici Serenissimi Regis.

Wolfherius Cancellarius ad uicem Luitbert Archicapellani recognoui.

Data VII Kl. Febr. Indict. X anno incarnationis DCCC. LXXVII. anno primo Hludouuici Serenissimi Regis in orientali Francia regnantis. Actum Franconofurt in Dei nomine feliciter Amen.

Huius diplomatis duo exstant exempla. Lectiones inter se differentes annotauit HARENBERG: in altero omittitur uox *ecclesiasticas:* pro *futurorum* legitur *et futurorum.* Pro *immunitatem* legitur *munitatem et electionem. nullo inquietante. Sed nostra auctoritate eas protegente per cuncta saeculorum curricula firmam et inuiolabilem teneant.* Pro *princeps* exstat *comes.* Pro *siue* legitur *seu.* Pro *manu nostra propria* legitur *manu propria nostra.* ECCARD. rer. Franc. t. II p. 6. 6 ad hoc diploma ita commentatur: Leibnitius scriptorum Brunsuicensium tomo II pag. 372 et deinde Leuckfeldius in Antiquitatibus Gandershemensibus hoc Diploma ediderunt. Leibnitius dicit, authenticum huius Diplomatis duplex Gandershemii asseruari. *An,* inquit, *Bruno et Otto unum quisque pro se obtinuit?* Sed explicabo rem.

rem. Anno 1723 Gandershemium ab Augustissimo Rege Britanniae, tunc hero meo, missus sum, ut edita cum autographis conferrem, specimina scripturarum sumerem, sigilla delinearem. Inueni dignam S. Hathumodae successorem, Reuerendissimam et Serenissimam Elisabetham Ernestinam Antoniam ex Ducibus Saxo-Meinungensibus ortam, cuius pietatem, assiduitatemque in ornanda Ecclesia, et restaurando tam suo, quam quod dirutum plane erat, Monasterio Brunshusensi nunquam satis admirari potero. Nullis sumptibus illa parcit, sibi ipsi detrahit, ut Scholae uigeant, iuuentus bene educetur. Si placita religionis a nostris diuersae quaedam excipias, sanctissimas Abbatissas aequat. Haec mihi utraque, a Leibnitio sic nominata, autographa ostendi fecit. Vnum atramento nigriori, alterum pallidiori scriptum erat. In illo sigillum, ut Leibnitius dixit, bene agnosci non poterat, et satis mihi apparebat, non impressum, sed arte imitatum esse, locoque uerborum, *regalem munitatem;* quod in pallidiori scriptura erat, legebatur: *imperialem munitatem*, uitio ingenti et imposturae indice. Pallidiori exemplari sigillum integerrimum et elegantissimum affixum erat, quod a sordibus purgatum delineari curaui. Hoc ergo autographum erat, alterum uero ex hoc desumtum. Cum tempore illo, quo describeretur, non Reges, sed Imperatores regno Germaniae praeessent, nasutulus autographi imitator, maiorem priuilegio auctoritatem conciliari credidit, si loco uocis *regalis* illam *imperialis* infarciret. Sic optimum Diploma impostor iste suspectum reddidit.

ACCESSIONES

ad tom. I.

Cap. I §. II.

M*Abillonium*) MABILLONII uestigia incredibili studio nunc premunt in Gallia monachi duo S. Bened. recondita eruditione ornati; opus Mabilloniano multo plenius et accuratius moliuntur, cuius tom. I hanc prae se fert inscriptionem: *Nouveau traité de Diplomatique, où l'on examine les fondemens de cet art, on etablit des regles sur le discernement de titres et l'on expose historiquement les caracteres, de bulles pontificales et des diplomes donnes en chaque siecle avec des eclaircissemens sur un nombre considerable de points d'histoire, de chronologie, de critique et de discipline; et la refutation de diverses accusations intentées contre beaucoup d'archives celebres et sur tout contre celles des anciennes eglises par DEVX RELIGIEVX BENEDICTINS de la congregation de S. Maur. à Paris* 1750. 4. In praefatione historia literaria rei diplomaticae exponitur. Part. I Sect. I ostendit principiorum diplomatices certitudinem. Sect. II enumerat uaria chartarum genera. In Part. II agitur de diplomatum externis, multiplici scribendi modo et alphabetis antiquissimis. Nemo non exoptat, ut tam fructuosus labor feliciter procedat.

t. II rer. Germ.) HERMANN. VLR. de LINGEN diss. qua diploma Bilehildis monasterio ueteris cellae apud Moguntinos concessum supposititium esse probatur in *Bibliothec. Lubec.* Vol. I p. 597. De authentia diplomatis cuiusdam Ludou. P. disceptatur *in der actenmässigen Geschichts-Erzehlung in caussa sereniss. Marcb. Badens. contra monast. Schwarzac.* In libellis praeterea quamplurimis eristicis, quos *deductiones* uocant, de fide instrumentorum tam publicorum, quam priuatorum disceptatur. Huiusmodi scriptorum notitiam suggerit LVNIG. bibliotheca deductionum. Auctores *du nouveau traité de diplomatique* in praefat. p. 26 mentionem faciunt controuersiae diplomaticae ad monast. S. Ouen. et S. Victoris pertinentis.

§. VIIII.

§. IIII.

Varia chartarum genera pleniſſime et accuratiſſime enarrat *le nouveau traité de diplomatique* P. I ſect. II. In cap. X explicantur titres connus ſous le nom de lettres, d'epitres, d'indicules et de reſcrits, lettres proprement dites, ecleſiaſtiques, royales et privées, inſtrumens, notices publiques et privées; pieces iudiciaires, mandats, procurations et mandemens, proces et procedures, libelles et leurs diferentes eſpeces, jugemens; pieces legislatives, edits, loix, lettres ſacrées, conſtitutions imperiales et pontificales, ſtatuts, pragmatiques, ſanctions, etabliſſemens, types, ectheſes, capitulaires, ordonances, declarations, autorités, preceptes, privileges, et leurs confirmations; actes conventionels, titres politiques et ſynallagmatiques, chartes paricles, echanges, obligations, quitances connues principalement ſous les noms de ſyngraphes et de chirographes, chartes parties et dentelées, contrats, transactions, pactes, concordats, traités, confederations, contrats de mariage, actes ſolennels confirmatifs des contrats; teſtamens, codicilles, fidei-commis; brefs et brevets, billets, cedules, ateſtations; titres, monumens, tables, ecritures, actes publics et particuliers, memoires, regitres, poulliés, papiers terriers, aveux, denombremens, enquetes, roles, montres, matricules, journaux, cartulaires, minutes, protocoles, vidimus, chartriers. Diplomatum genera uaria.

§. VII.

Auctores noui tractatus diplomatici Gallici diplomatum cauſſam grauiter dicunt P. I ſect. I c. 3. Fides diplomatum maior cenſetur, quam annalium et inſcriptionum. In MERCVRE DE FRANCE proponebatur quaeſtio: *à la quelle de deux autorites il faut donner la preference, à des chartes revetues de toutes les formalités, mais qui ne s'acordent pas avec l'hiſtoire, ou à l'hiſtoire, qui dit le contraire des chartes?* A. 1725 menſ. Dec. Mercur. Gall. dabatur *Reponſe à la queſtion de diplomatique, propoſée dans une lettre inſerée dans le Mercure*, cuius momenta referunt auctores iſti laudati p. 55. c. IV legum et iurisconſultorum auctoritate fidem chartarum publicarum tuentur.

Archiuorum) Ib. c. 4 ſq. uindicias archiuorum, praeſertim antiquorum legimus. Ius cancellariae et archiui hodie principum praerogatiuis non adnumerari, oſtendimus in diſſ. de characteribus ſupe-

ſuperioritat. territor. caute deſignandis §. 31. In laudati operis diplomatici gallice ſcripti c. X et XI maximo ſtudio chartariorum ac exemplorum fides et utilitas defenditur.

§. X.

Materia) Hunc locum auctores laudati operis diplomatici ſingulari ſtudio tractant P. II ſect. I.

§. XIIII.

Originem ſcribendi altiſſime repetunt et antiquiſſimos literarum characteres accuratiſſime explicant auctores noui operis diplomat. P. II ſect. 2.

§. XVIIII.

Notae Tironis. *Optandum eſt*) Optatis fortuna nunc reſpondit. Prodiit enim *Lexicon diplomaticum abbreuiationes ſyllabarum et uocum in diplomatibus et codicibus a Saec. VIII ad XVI usque occurrentes exponens, iunctis alphabetis et ſcripturae ſpeciminibus integris. Studio* IO. LVDOLF. WALTHERI, *S. R. Majeſt. in Britann. in archiuo electorali a Secretis. Goettingae* 1745. f. In praefatione ill. IO. HENR. IVNG erudite differit de compendiis ſcribendi. Nec minus memorabile eſt *Alphabetum Tironianum* ſeu notas Tironis explicandi methodus, cum pluribus Ludouici pii chartis, quae notis iisdem exornatae ſunt et hactenus ineditae ad hiſtoriam et iurisdictionem cum eccleſiaſticam, tum ciuilem pertinentibus ad D. IO. MABILLONII de re diplomatica libros ſupplementum alterum. Labore et ſtudio D. P. CARPENTIER, O. S. B. praepoſiti S. Oneſimi Doncherienſis. Lutet. Pariſ. 1747. f. Plurimae chartarum, quas profert CARPENTIER, formulae ſunt, nominibus perſonarum et locorum uacuae, uelut formulae Marculfi. Reddidit illas etiam BOVQVET in t. VI ſcriptor. rer. Gall. et Franc.

§. XXXIII.

Leyſer) De Muntmannis et mundeburdio erudite commentatus eſt IO. IAC. FREY, iuuenis ingenii magni, cuius fatum praecox non ſine moerore cogito.

§. XXXVIII.

Goebel epiſtola etc.) add. AYRMANNI commentatio de archicancellariorum S. R. I. originibus genuinis.

Cap. II

Cap. II §. XLVII.

perquam alienus habetur.) Exempla, quibus HARENBERG. in hiſtor. Gandersheim. p. 115 contrariam ſententiam defendit, ex chartis commentitiis repetita ſunt.

§. LI, 7 p. 35.

oblitus eſt) Recordationes Auguſtarum ac reginarum diligentius perſecuti ſumus in *Commentar. de re diplomat. Auguſtarum.*

§. LI, 8 p. 36.

uel condonamus) De uita et miraculis S. Hildegardis uid. ACTA S. S. m. April. T. III p. 788 ſqq.

§. LII, 5 p. 39.

capitulis ipſis) In MARTEN. collect. ampliſſ. t. VII p. 5 ex MSt. codice bibliothecae Chigianae eruit Mabillon. capitulare Caroli M. cuius cap. XIII priora concordant cum capitulis hiſce a. 779; ſed adduntur plura in Capitularibus regum Francor. paſſim occurrentia.

§. LII, 30 p. 49.

ad archiep. Odilbertum) PEZ theſ. Anecd. T. II P. II p. 7 ad Maxentium Patriarch. Aquileg. CANIS. Lect. antiq. t. II P. II p. 539 reſponſ. Amdlarii archiep. Treuer.

§. LIII, 12 p. 59.

T. II *p.* 199) In MVRATOR. t. VI antiq. Ital. p. 360 eccleſiae Arretinae confirmat Rex poſſeſſiones monaſteria Senodochia, eccleſias baptiſmales, monaſterium ſancti Benedicti, quod bonae memoriae Cunemundus quondam epiſcopus anteceſſor ſuis legibus comparauit. confirmatio iur. eccleſ. Arretinae.

§. LIII, 16 p. 61.

compoſuit) In MVRATOR. t. VI c. l. p. 211 controuerſia de eccleſia S. Georgii inter Filiprandum clericum et Iohannem epiſcopum Lucenſem auctoritate Caroli M. finitur. Iudicatum de eccleſ. S. Georg.

§. LIII, 21 p. 64.

Carolus M. donat mon. S. Germani uillam.

comprobari posset) In BOVILLART hist. mon. S. German. p. 13: donamus uillam nostram nuncupatam Madriolas in pago Meledulense super fluuium Sequana cum omni integritate sua ad se pertinente uel aspiciente, sicuti a longo tempore et nunc iuste et rationabiliter ad eumdem uisum est pertinuisse, uel sicut moderno tempore Autbertus comes per nostrum beneficium tenere uidetur, id est, cum terris, domibus, aedificiis, accolabus, mancipiis, uineis, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, mobilibus et immobilibus, et portum quod est inter pagum Senonicum et Melodunensem ab Alsiaco uilla praefati sancti Germani usque monasteriolum sancti Mauricii ex utraque ripa fluminis Sequanae, cuiuscumque sit terra, ita ut nullus inibi portum uel aquam habeat, nisi iam dicta potestas almi Germani; neque theloneum, aut rotaticum, seu uultaticum, cespitaticum, ripaticum uel salutaticum cuiquam accipere liceat; mercatum quoque omniaque ex omnibus quicquid dici aut nominari potest, ad integrum ad ipsum sanctum locum eiusque rectoribus ac monachis a die praesente tradimus perpetualiter possidendum.

§. LIII, 23 p. 65.

item telonium.

apud Hedam p. 43.) et BOVILLART hist. S. Germani p. 12: *adiungit Rex etiam theloneum illum quem Gerardus comis de Villae nouae curte S. Germani uisus fuit recepisse, ut deinceps pars S. Germani ipso teloneo cum omni integritate in nostra elemosina ad luminaria ipsius ecclesiae recipere debeant etc.*

§. LIII, 24 p. 66.

Immunitatis priuilegium indulgetur mon. Prum. et

exactare praesumatis.) In KNAVFF. defens. Prum. p. 52 monasterium Prum. hanc immunitatem impetrat: *nullus iudex publicus absque iussione nostra, uel haeredum nostrorum ad causas audiendo, aut freda undique exigendo, nec fideiussores tollendo, nec scaras, uel mansionaticos, seu coniectos, tam de carrigio, quamque de parafredos, iudiciaria potestas quoque tempore non praesumat ingredere; sed hoc ad ipsum monasterium, eiusque rectoribus concessimus, ut sub emunitatis nomine, uel defensione nostra, seu haeredum nostrorum debeant quieti residere. Similiter concessimus ad eundem sanctum locum, ut homines, qui super terram ipsius monasterii tam Franci, quam et ecclesiastici commanere uideantur, ut nullum beriban-*

heribannum, uel bannum soluere non debeant: sed pro mercedis nostrae augmento ad ipsum sanctum locum sit concessum, atque indultum. In BOVILLART hist. S. Germani instrument. pag. 11 isti monasterio haec datur immunitas: *praecipientes enim iubemus, ut neque nos, neque iuniores seu successores nostri uel quilibet ex iudiciaria potestate accinctus pro quocumque modo ullis ingenuis in cunctis terris praefatae basilicae, uel in eo quod praesenti tempore possidere uidetur, aut quod in antea ibidem additum a Deum timentibus fuerit uel collatum, nec ad causas audiendum, nec ad recta exigendum, nec districtiones, aut mansiones faciendum, nec ullas paruas res requirendum, aut homines de capite in iudicio reprobare ullatenus praesumant, et praetermissis repetitionibus quas aut nostris aut antecessorum nostrorum repetere consueuerant, omnia superius scripta perpetuis Deo auxiliante temporibus maneant inconuulsa. Ita igitur ut dictum est, de omnibus hominibus qui super terras praescriptae basilicae sancti Vincentii et Domni Germani commanere noscuntur, et de capite eorum quos contra homines liberos in omni placito testimonium ferre concedimus, et quod uel exinde exigere aut sperare poteratis nos omnimodis praesentialiter remouere et sequestrare studemus. Et fortasse quod calliditate iudicium faciente, ipsae emunitates ubi fuerant interruptae a nouo decernimus, ut nullus hoc facere praesumat, qui non uult rerum amissionem sustinere multarum; sed quod a priscis parentibus nostris anterioribus Regibus ipsi sanctae basilicae domni Vincentii uel sancti Germani noscitur fuisse concessum, inspectis eorum praeceptionibus nos a nouo nostra indulgentia roboramus, atque plenissima et promptissima uoluntate pro respectu fidei iam dicto Lantfredo abbati suisque successoribus concedimus, quod nullus pro qualibet occasione refragare aut minuere aut conuellere praesumat. Sed et si quid fiscus noster de antedictis uillis supradicti sancti Vincentii uel domni Germani utcumque in regno, Deo propitio, nostro habere uidetur, uel de rebus ad easdem pertinentibus potuerit augmentari ipsi basilicae temporibus perempnibus proficiat in augmentis.* In GATTVLAE accession. ad hist. Casin. P. I p. 13 et 14 mon. Casinens. possessiones describuntur et tutela Caroli M. muniuntur. S. Germani

§. LIV, 16 p. 77.

Forcheim ad Brianperg) PEZ. in thes. Anecd. T. I P. 3 p. 52 in charta Ottonis M. ad an. 961: *qualiter nos partem haereditatis cuiusdam nobilis uiri Diotmar uocati in loco Priemperch nuncupata, in pago* de loco Priemperg.

 Nort-

Nortgouue, in comitutu Bertoldi Comitis, nostrae regiae potestati iudicio Scabineorum, cum omnibus, quae ipsius iuris erant, pro suo commisso iudicatam, ad Ecclesiam S. Emmerammi martyris - - - - donamus etc. Iterum legitur Priemperc ib. p. 74 et p. 96: in pago Nordgovae in loco qui uulgo Priemperc uocitatur iuxta amnem uocabulo Napa. it. p. 104. 179. FALCKENSTEIN in Analect. Nordgau. P. I p. 1 hac de re, an scil. Priemperg fuerit Norimberga? singularem profert disquisitionem.

§. LV, 2 p. 81.

De termino inter Venetos et Longobardos. *Murator. t. I antiq. p.* 59.) LEIBNIT. in Cod. Iur. gent. diplom. in prodromo p. 3. Priuilegium exhibet a Friderico I Imp. datum Episcopo Torcellensi, prope Venetias, ubi fit mentio limitum inter Longobardos et Venetos tempore Caroli M. constitutorum. Datum apud Venetias 1177 - - - nostrum inuiolabile praeceptum iuxta praedecessorum nostrorum magnorum Imperatorum, Caroli uidelicet et Lotharii et Ottonis atque Conradi et Henrici Decreta, eidem Torcellensi Ecclesiae de omnibus rebus ad eandem Ecclesiam pertinentibus, tam de monasteriis, uel de reliquis Monasterii possessionibus, id est Basilica sancti Cypriani cum territorio suo, et S. Michaelis Ecclesiae cum omnibus praediis suis et decimis et fossato, quo statutus est terminus tempore Caroli inter Venetos et Longobardos, unum caput exiens in fluuium Scilae, et alterum in fluuio Iario, discurrente uero Scile per Meianos usque Senegriam, et discurrente Iario usque Altinum; et plebe S. Altini. item de Genua. Genuam Carolo M. paruisse, sat monstratum in libro: *Imperii German. ius ac possessio in Genua Ligustica etc.*

§. LVI, 29 p. 91.

Baluz. t. I cap. p. 437.) Tabulas has diuisionis FALCKENSTEIN. in antiquitat. Nordgau. P. II p. 196 sq. notis illustrauit.

§. LVII, 7 p. 103.

possidere et dominare.) uid. Explicatio diplomatum quorundam antiquorum, quae feudi uocis primam mentionem facere perhibentur, in *exercitationibus nostris iuris uniuersi.* p. 69.

§. LVIII,

§. LVIII, 4 p. 110.

post barbaros in eam inuectos.) Quae literae excultae fuerint in ecclesia Lugdunensi, docet epistola Leydradi Archiep. ad Carol. M. in SAMMARTH. Gall. Christ. t. IV p. 1, instrum. „Et ideo officio pietatis uestrae placuit ut ad petitionem meam mihi concederetis redditus, qui ab antiquo fuerant de Lugdunensi ecclesia, per „quam Deo iuuante et mercede uestra annuente in Lugdun. ecclesia est ordo psallendi instauratus, ut iuxta uires nostras secundum „ritum sacri palatii omni ex parte agi uideatur, quicquid ad diuinum „persoluendum officium ordo exposcit: nam habeo scholas cantorum, in quibus plerique ita sunt eruditi, ut alios etiam erudire possint. Praeter haec uero habeo scholas lectorum non solum qui „officiorum lectionibus exercentur, sed etiam in librorum meditatione spiritalis intelligentiae fructus consequuntur, ex quibus nonnulli de libro Euangelii sensum spiritalem etiam ex parte addisci „possunt. plerique uero librum prophetarum secundum spiritalem „intelligentiam adepti sunt. Similiter libros Salomonis uel libros „psalmorum atque Iob. In libris quoque conscribendis in eadem „ecclesia in quantum potui elaboraui.

Literarum cultura in ecclesia Lugdunensi.

§. LVIII, 6 p. 111.

Thegan. c. 7.) Quamquam BIERLING. Carolum Imp. uirtutibus ac naeuis magnum in singulari exercitat. acad. monstrare conatus fuit: sanctitatis tamen laude eum floruisse, ex eo patet, quod diuis adscriptus fuit. CHRIST. GVIL. FRANC. WALCHII historia canonisationis Caroli M. uariis obseruationibus illustrata.

§. LVIII, 10 p. 112.

conf. Canisii lection. antiq. t. II.) Tradidit Alcuinus Carolo Imp. librum de trinitate, teste epist Thegani ad Hattonem ducem in MARTEN. collect. ampliss. t. I p. 84. In CHRONICO CENTVL. ap. DACHER. t. II p. 307 epistola exstat Caroli M. ad Albin.

§. LXIII, 4 p. 119.

a filii nomine, etc.) SCHENK. in diss. de ortu et retractu feud. pag. 27 existimat, monogramma illud Caroli manu appositum non

Y in monogrammatibus.

 confir-

confirmationis notam, sed testificationis esse signum, uisum a Carolo et mandatum fuisse diploma, idemque, quod ceterorum Principum Vidit, denotare, prout ipsa notulae uera structura docet, quae, licet incuria librariorum non eandem ubique speciem obtinet, nihilo minus tamen idem ubique significare certum est; cum Y et V in scripturis et marmoribus, frequentissima est confusio, Dausquio demonstratum; et dudum inter notas publicas receptum fuisse characterem Caroli memoratum, ultima Valerii Probi notarum probat.

§. LXIII, 2 p. 121.

Gall. Christ. t. IV instr. p. 225.) BOVILLART. hist. S. Germ. p. 13.

§. LXIII, 4 p. 123.

Verlinus Cancell. Caroli M. incognitus.

scientes prudentesque praetermittimus.) LAZIVS de rep. Rom. l. 12 f. 1213 deducit comites Andeccenses a quodam Verlino Caroli M. cancellario etc. qui primus Andec. et Diezensis comes a Carolo creatus sit. Vnde postea Goricens. et Tyrol. comites orti. Sed fides sit penes Lazium. LEIBNITZ in Epist. ad la Croze Vol. I Collect. Korthold. p. 391: „*J'ay fait un tour à Cassel, où j'ay vû un „original de CHARLE MAGNE donné a à l'Eglise de Hersfeld, il est „de la seconde année de son empire. Il y avoit EGINERIVS ad uicem Ercambaldi. Je soupçonne, que ce n'est autre que le celebre EGINAR- „DVS. Le Pere MABILLON marque un notaire nomme GENE- „SIVS. Mais je crois que c'est ce même EGINERIVS. Car les R et „les S se ressemblent beaucoup dans les MS. de ce tems là. J'ay été „aussi à Gandersheim, où il y a des titres de LVDOVICVS fils de „LOVIS Roy de Germanie. J'ay fait copier des Sçeaux les portraits „de CHARLE MAGNE et de ce LOVIS le fils. Celuy de CHAR- „LE MAGNE donne un visage assés ressemblant de celuy, qui se voit „dans les gravures du P. MABILLON, cependant le typarium est different. J'ay fait mettre mon Ecrit au net; mais je ne say, quand il „sera imprimé, parce que je n'ay point de liaison avec les libraires de „Hollande, où je le voudrois envoyer.*

Eginhardus.

§. LXIV, 2 p. 125.

Sigillum Caroli M.

n. 6 Regiense) ad similitudinem huius sigilli proxime accedit illud, quod priuilegio ecclesiae Arretinae affixum cernitur in MVRATOR. t. VI antiq. Ital. p. 361.

§. LXV,

§. LXV p. 128.

A. V. du Bois hist. eccl. Paris. t. I p. 261.) BOVILLART hist. Abb. S. German. probat. p. 11.

§. LXV p. 130.

A. VIII. Schannat. tradit. Fuld. n. 45.) Dat. in menſe Nouembr. a. VIII et II Act. Theodonis uilla. KNAVFF defenſio Prum. p. 52.

§. LXV p. 131.

A. X. Mabill. r. d. l. VI c. 52.) CALMET. hiſt. de Lorraine preuv. t. I p. 287.

§. LXV p. 132.

A. XIII. Mabill. r. d. l. VI c. 54.) CALMET. hiſt. de Lorraine t. I p. 291 pr.

§. LXV p. 133.

A. XV. Mabill. t. II ann. l. 25 *p.* 265.) CALMET. hiſt. de Lorr. t. I pr. p. 291.

§. LXV p. 133.

A. XVI. Wormatiae) D. VII Id. Octobr. a. XVI et X. Act. Vurmaſia. MVRATOR. t. VI antiq. Ital. p. 361.

§. LXV p. 133.

A. XVII. Venit in Bardingauin) D. X Kal. Iun. a. XVII regni illuſtris Caroli Francorum regis ind. II. Actum ciuitate Autiſidiorenſi. SCHEVCHZER et LOCHMANN. in Alph. t. XIX.

§. LXV p. 133.

A. XVIIII. Aimon. l. Vinit.) BOVILLART. c. l. p. 13.

§. LXVI ad fin. p. 144.

VGHELL. Ital. ſac. T. X in Chron. Atinenſi p. 42: Succeſſu temporis Carolus Magnus Imperator conceſſit priuilegium, cuius ſumma eſt. In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Incipit praeceptum ſedis Atinenſis, quod fecit Karolus Imperator, filius Pi- 20. Caroli largitas in eccleſ. Atinenſem,

pini,

pini, anno quo uenit Romam, ac iunxit ad B. Petrum Ducatum Spoletanum, et Beneuentanum, qui et dictus est Patricius Romae. Prima fine huius Praecepti Viride, postea Alicetum fluuium, qui dicitur Carum, Montem Ferrugium, Pantana, Lapis Alsedene, Riuum Scuruli, ubi nascitur Rapidu, Lacu Benecusa, fluuium Berdarum, riuum Vereclara, et fluuium Melfa.

21. mon. Fontanellens. DACHERII Tom. II Spicil. p. 277 ex Chron. Fontanellensi. Haec uero est summa de rebus eiusdem Coenobii, quae praecepto inuictissimi Caroli Regis annumerata est a Landrico Abbate Gemmetico, ac a Richardo Comite, anno uigesimo regni sui, qui est obitus praedicti Patris. Primitus enim de his, quae ad usus proprios Fratrumque stipendia pertinere uidentur, sunt mansi integri reperti numero 1323. medii 238, manoperarii 18, qui fiunt simul 1569. Absi 158. molendina 24. Summa namque uniuersitatis praesentium rerum inter integros, medios, atque manoperarios, reperti sunt mansi 4264. exceptis uillis quas Wido laicus aut Regiis hominibus contradidit, aut etiam sub usufructuaria aliis concessit, quod omni modo facere non debuerat.

22. mon. S. Eugendi. In SAMMARTHAN. Gall. Christ. t. IV p. 22 instrum. Abbati S. Eugendi potestatem cudendi monetam concedit Frideric. I a. 1175 simulque inserit: Ad haec eitam omnia quae filius Pipini beatae memoriae Carolus Magnus Imperator et alii reges seu imperatores eidem ecclesiae contulerunt, confirmamus.

23. S. Victoris. IB. t. I P. III Acta dedicationis eccles. S. Victor. Massiliens. a Benedict. P. IX factae a. 1040 (monasterium) multis decoratum honoribus et praeceptis dilatatum imperialibus uidel. Pipini, Caroli, Carlomanni, Ludvvici et Lotharii regum Francorum etc.

24. eccles. Tricastin. IBID. p. 120 in praecepto Friderici I Imp. a. 1154 eccles. Tricastin. confirmat antiquas donationes: quidquid uenerabilis et inconcussa piissimorum augustorum scil. bonae memoriae Caroli atque Lodoici ceterorumque praedecessorum nostrorum auctoritas ecclesiae Tricastin. donauerat.

25. eccles. Camerac. IB. t. III p. 2 Conrad. II Imperat. confirmat ecclesiae Camerac. priuilegia: ut quod praecedentium imperatorum et regum Pipini, Caroli M. Ludouici, Arnulfi et Ottonis ecclesiae Camerac. dedit et confirmauit auctoritas, nostro roboretur auxilio.

IBID.

IB. p. 158 Fridericus I Imp. confirmat diplomate bona eccl. Leodiens. Igitur quaecunque bona - - in praesentiarum possidet ab antecessoribus nostris confirmata christianissimis regibus et imperatoribus Pipino, Carolo, Lodovvico, Lothario, Ottone II et III, Henrico et ceteris. 26. ecclef. Leodienf.

ZYLLES. defenf. S. Maximini p. 19 sq. a sequentibus Imperator. Ottonibus, Henric. Conrado priuilegia etc. S. Maximini confirmantur a Carolo M. et Ludouico P. data et sibi oblata, licet haec, quae hodie supersunt, suspecta uideantur. 27. mon. S. Maximini.

In SCHEVCHZER. et LOCHMANN. Alphabet. tab. XVIIII multarum Caroli M. chartarum fit mentio: *Geneuae* confirmauit Iura atque Priuilegia A. 773. *S. Mauritii* oppido in Vallesia A. 784. Constantium Curiensem Episcopum *Territorio Rhetiorum Rectorem* posuit An. 785. *Datum X Kalend. Iun. Anno propitio* XVII. *Regni illustris Caroli Francorum Regis Indictione II. Actum Ciuitate Antisiodorensi; In Dei nomine feliciter Amen.* Disertino Coenobio gratiosus An. 800 Comitatum Clauennensem donat Episcopo Curiensi An. 803. et Vallesiam Episcopo Sedunensi A. 802. Gratiosus tandem Capitulo Thuricensi, cuius primus si non extitit fundator, primus saltem dici meretur ob splendida, quae Ecclesiae huic matri, et Canonicis, quos instituit, largitus est, beneficia. Donauit quippe *Villulam iuxta montem Albis, nomine Rieda, in Hoinga duas mansas et dimidiam, in Turego segregata loca cum uineis et piscationibus, et molendinis, terminationem decimationum ex curtibus Terrae Salicae de Stadilhove, de Wibichinga, de Ousta, de Ellinga, de Fenichlanda, de Murae, de Hovistete, de Meilana, de Bozuuila.* Confirmauit quoque suisque annexuit priuatorum quorundam Donationes. *Actum in Turego Anno Imperii sui X. ipsius Karoli Imperatoris Indictione XIII. Anno Domini* DCCCX. Ita Chartae antiquae, originalis autem deest. Monenda heic nonnulla, quae fidem uel donationi ipsi, uel Exemplatorum, ita in mediis Seculis uocabantur, qui chartas transscribebant, dubiam reddere possunt. Caroli M. Diplomata de An. 775 hunc praeferunt Titulum: *Carolus Dei gratia Rex Francorum et Langobardorum*, cui inde ab An. 777 adnexuit, *Patricius Romanorum.* Et An. 805 legimus: *Karolus Imperator Augustus pyssimus, a Deo coronatus magnus, pacificus Imperator, Romanum gubernans Imperium, qui et per Misericordiam Dei Rex Francorum et Longobardorum.* Sed in nostris Capituli Thuricensis

28. eccles. Curienf. mon. Disertin. eccl. Sedunenf. Thuricenf.

chartis legas. *In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis, Karoli clementia, Christi Imperatoris iussione baec descriptio facta est.* Nouam suggerit difficultatem Annus Christi expressus sub finem, qui nullibi occurrit in Diplomatibus Caroli M. neque Regiis aliis Lineae secundae Francicae seu Carolinae: alium iterum scrupulum mouet Indictio (introducta circa An. 801.) XIII. Vtpote quae non respondet Anno 810, sed 820. Vt sane sunt uetustissimae in Archiuo memorato Chartae, quae habent *Annum Domini DCCCXX et Indictionem XIII.* sed et hae Copiae duntaxat: *Descriptio* nempe *quam Domnus Karolus eximmius Imperator precepit fieri super donationibus, quae datae sunt Ecclesiae sanctorum Martirum* F. et R. *in diae Dedicationis eiusdem, quae consecrata est a Theodoro eius piae memoriae Episcopo,* qui in aliis Chartis sistitur uiuus. Hos nodos uel soluant, uel secent, alii.

29. Mon. Augiens. HERRGOTT. Vol. II p. 103 a. 1016 Henr. II mon. Augiensi priuilegia confirmat: obtulisse antecessorum nostrorum constitutiones i. e. inuictissimi Ottonis primi, Caroli III, Ludovvici aui eius et illustrissimi Caroli Magni proaui eius (enarrat argumentum uetustarum chartarum.)

30. mon. Fabariens. IB. p. 110 a. 1032 in charta Conr. II pro mon. Fabar. ostendit nobis praecepta ac priuilegia antecessorum nostrorum regum et Imperatorum Karoli, Ludouuici et trium Ottonum, nec non beatae memoriae Heinrici Imperatoris, in quibus continebatur, ut praefati monachi regiae et imperialis defensione tuitionis super res ad idem monasterium pertinentes habere debuissent.

31. eccles. Halberstad. LVDEW. Reliq. MSS. T. VII p. 445 in charta Henrici IV: Cumque honeste petitione nostrorumque fidelium, uidelicet dilecti nostri magistri Annonis Coloniensis archiepiscopi; Adelberti Hamburgensis episcopi consentire decernentes regiam munificentiam confirmamus eidem ecclesie libertatem et bona omnia, que a Carolo M. predecessoris nostri Romanorum siquidem Imperatoris siue Francorum regis usque ad tempora nostra prenominate ecclesie concessa sunt, et nos ei omni tempore habendum atque iure perpetuo possidendum, omni nostra et nostrorum successorum cunctorumque mortalium maiorum uel minorum inquietudine remota, per nostri precepti paginam concedimus.

§. LXVII.

§. LXVII, 1 p. 144.

modo dictum p. 13.) De uanitate huius diplomatis fusius disputatur in AYRMANN. Syllog. Anecd. p. 518. Defenditur aliquo modo in GOEBEL. *Helmstadt. Nebenstunden* P. II p. 37 sq.

§. LXVII, 4 p. 148.

non adeo abhorret.) In HONTHEIM hist. Treuer. t. I p. 153 legitur charta Treuerens. ob uarias formulas suspecta: In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Carolus diuina fauente clementia Imperator augustus et Francorum patricius. Comitibus, ducibus tam ultra quam circa Rhenum et Ligerim degentibus, tam presentibus quam futuris. Id nobis ad augmentum et stabilitatem regni nostri procul dubio in Dei nomine credimus pertinere, si petitionibus sacerdotum et ecclesiarum Dei fidelium rectis petitionibus assensum prebemus. Itaque uir apostolicus Weomadus et frater eius Basinus et missus noster Aufericus ad nos uenientes retulerunt nobis, quod predecessores nostri reges ob edificationem suarum animarum quasdam res ad fiscum publicum pertinentes tradiderunt sancto Petro ad Treuericam ecclesiam, uidelicet Valeniacum cum omnibus appendiciis suis, excepto * Ceruiam nominato, et Seruiaco cum foreste regia, ipsa autem retinuerunt, sed causa uenationis. Quapropter deprecati sunt predicti fideles nostri, ut predicta loca Ceruiam et Seruiacum pariter cum foreste, que ad fiscum respiciebat, traderemus ad sanctum Petrum, ne sua occasione ipsius forestis circumiacentes res sancti Petri uastarentur. Igitur nos eorum petitionibus annuentes, legali iure tradidimus ad Treuericam ecclesiam sancti Petri supra dicta loca, Ceruiam uidelicet et Seruiacum, cum omnibus ad ipsa loca pertinentibus, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, siluis, cultis et incultis, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, cum foreste, quemadmodum ad fiscum nostrum pertinebat, cum omni integritate tradidimus et sanximus his locis determinatam: ex eo loco, ubi * Premantia fluuii oritur usque ad Bischoffsvelt, et sic uia publica usque ad * Marciacum et sic inde usque * Saroua in Mosellam fluit, inde ad locum * Lyve nominatum; a Lyvve autem illuc ubi Budelschica in * Troganum fluuium cadit in directo tramite ad ortum fluminis Premantie. Hanc ergo forestem, quam legali more sancto Petro tradidimus, per bannum nostrum omnibus prohibemus, ut

Treuirensis charta suspecta.

* Cerff.

* Brimbs.

* Merzig ad Saram

* Sara seu Saravum fl.

* Leyvven ad Mosellam.

* Drohn.

nemo ſucceſſorum noſtrorum regum, uel quelibet alia perſona, beſtiam in ipſa capere quacunque uenationis arte, absque licentia Treuerenſis eccleſie pontificis, preſumat; quod ſi quis fecerit, bannum noſtrum ſoluere cogatur. Et ut hoc noſtre authoritatis preceptum absque transgreſſione ſeruetur, hoc preceptum ſcribi iuſſimus et manu propria firmauimus, atque annuli noſtri impreſſione ſigillari fecimus. Signum Caroli ſereniſſimi imperatoris. Seruatius Arcamboldi cancell. ad uicem recognouit. Data Kalendis Septembris anno trigeſimo quarto, indictione XI. Actum Hariſtalio palatio in Dei nomine amen.

§. LXVII, 8 p. 151.

obſeruat. Hallenſ. t. X obſ. 14.) notant ultra 50 lectiones uariantes CRANZIO et ADAM. Brem. inter ſe collatis.

§. LXVII, 17 p. 158.

Paullini de aduocat. monaſt. §. 8.) FELLER in moniment. inedit. p. 243 ex ſchedis Sagittarianis.

§. LXVII, 18 p. 159.

Goldaſt. T. II Conſtit. Imp. p. 7.) LAMBEC. commentar. de biblioth. Vindob. l. II p. 341.

§. LXVII, 18 p. 159.

Fabri Staats-Canzley T. XX p. 471) A. 1742 ciuitas Norica iura ſua iterum tueri coacta fuit in ſingulari libello, in quo diploma Carolinum deſtruitur.

§. LXVII, 20 p. 161.

ut clare patet Chronicas perlegentibus.) SIBRAND. MEYER. *in Frieſiſch. Merckwürdigkeiten vom Anfang der Nation.* Sect. II differit de tabulis hiſce. (Lipſ. 1747. 8.) ac pleniſſime *Oſtfrieſ. Hiſtorie und Lands-Verfaſſung.* (Aurich. 1720 f.) T. II Libr. 2 n. 1 ſq.

§. LXXV, 10 p. 178.

uel Pii cognomen prodit.) conf. CHRIST. GVIL. FRANC. WALCH. diſſ. de pietate Ludouici P. Imp. Aug.

§. LXXV.

§. LXXV, 4 p. 181.

conuocauerat, capitulare) Totum hoc capitulare Aquisgranense, quod BALVZ. ad a. 816 adscripsit, CARPENTIER in alphab. tyron. notis Tyronis exaratum exhibuit, parumque id a Baluziana editione differre animaduertit. Sancita uero ipsi uidentur haec capitula exeunte a. 817 aut sub initiis a. 818. Capitulare Ludouici P.

§. LXXVI, 11 p. 191.

quae fiscus habuit) In HONTHEIM hist. Treuer. t. I p. 167 hoc ecclesiae Treuirens. exemtionis priuilegium profertur: uir uenerabilis Henricus sancte Treuirensis ecclesie archiepiscopus obtulit obtutibus nostris auctoritatem immunitatis domini et genitoris nostri bone memorie Caroli piissimi Augusti, in quam erat insertum, quod non solum idem genitor noster, uerum etiam predecessores eius, reges uidelicet Francorum, ecclesie sancti Petri principis apostolorum, cui authore Deo ipse archiepiscopus preest, sub suo nomine et defensione cum monasteriis et cellulis, basilicis, uicis, castellis ad eandem sedem pertinentibus, et rebus uel hominibus ad se aspicientibus, sub immunitatis nomine et tuitionis defensione consistere fecerant, uidelicet ut nullus per malbobergos nec per aliqua ingenia eiusdem ecclesie homines admallaret, neque freda aut theloneos exigere aut paratas in eorum, uel priuatas audientias exactare presumerent. Pro rei uero firmitate postulauit nobis prefatus Heti archiepiscopus, ut paternum seu predecessorum nostrorum regum morem sequentes huiuscemodi nostre immunitatis preceptum ob amorem Dei et reuerentiam sancti Petri erga ipsam ecclesiam fieri censeremus. Priuilegium exemtionis eccles. Treuer.

§. LXXVI, 11 p. 192.

defendi potuerant.) add. LOBINEAV histoire de Bretagne preuves pag. 20: Quidam uir Helogar Alethensis episcopus detulit obtutibus nostris quandam autoritatem, quam dominus et genitor noster Karolus bonae memoriae serenissimus Augustus - - in qua continebatur insertum quod tempore rebellionis domus ecclesiae sancti Mevenni et S. Iudicaelis quae est in loco nuncupato Wadel nec non in alio loco in insula quae uocatur Machuti depopulantibus hostibus ignemque submittentibus non solum thesaurus ecclesiae et ministeria Confirmatio chartarum eccles Alethens.

 ad offi-

ad officia ecclesiastica peragenda perierunt, uerum etiam et strumenta - - unde praefatae ecclesiae ditatae fuerant exusta et concremata fuissent.

§. LXXVI, 12 p. 194.

G. Chr. t. IV p. 265. instr.) In CARPENTIER. c. l. p. 21 et 25 formula generalis de nonis et decimis ac censibus ecclesiis praestandis exhibetur.

§. LXXVI, 15 p. 195.

Ius telonii eccl. Niuernensi conceditur.

uel precibus alterius) Ionae, Niuernens. ecclesiae episcopo teloneum de duabus nauibus, quae per Ligeris flumen, Elarium, Carum, Ledum, Sartam, Medianam uel per caetera flumina infra imperium nostrum propter sal et caetera necessaria ipsius ecclesiae discurrebant in eleemosyna sua concessit. CARPENTIER c. l. p. 23.

§. LXXVI, 17 p. 196.

it. eccles. S. Crucis.

sperare poterat, neglexit) Confirmat auctoritates praedecessorum suorum, quibus medietatem telonei ex pago ecclesiae S. Crucis concesserunt tam de carris, quam et de nauibus uel de communi commercio, quod in eodem pago uenditur aut emitur, de omnibus uidelicet rebus, de quibus fiscus teloneum exigere poterat, per quas etiam auctoritates medietatem ipsius telonei ecclesia sanctae crucis suique rectores absque alicuius iudiciariae potestatis inquietudine hactenus firmiter acceperunt uel tenuerunt. CARPENTIER in Alph. Tiron. p. 19 hanc chartam ecclesiae Aurelianensi tribuit.

§. LXXVI, 17 p. 196.

Ecclesia Leod. acquirit curtem.

eidem ecclesiae concessisset.) Fulcario episcopo (Leodiensi) ad utilitatem praedictae ecclesiae suae in pago Vitalelgonus in uilla Brochem curtam dominicatam cum mansis laetalibus et seruilibus et ecclesiam cum decimis suis - - totum et ad integrum imperiali auctoritate contulimus. CHAPEAVILL. gest. ep. Tungr. p. 148 t. I.

§. LXXVI, 18 p. 196.

Confirmatur commutatio eccles. Leod.

P. II p. 482.) Dedit memoratus Walcandus episcopus per nostram sibi datam licentiam de rebus episcopatus sui in pago Asbannisae

nisae in loco nuncupato uillario praefato Norduino ad proprium perpetualiter ad habendum, de terra arabili duas partes de bonnario. Et in compensatione memoratarum rerum dedit praescriptus Norduinus ex proprio suo praefato Walcando episcopo, ad partem praescriptae ecclesiae suae in eodem pago et in memorata uilla bonnarium unum et uirgas tres. CHAPEAV. c. I. p. 154.

§. LXXVI, 21 p. 198.

Ecclesiae in terra Slauorum inter Moinum et Radantiam conditae dotantur, deprecante ep. Wirceburg.

CARPENTIER in Alphabeto Tyroniano p. 17 tradit chartam Ludouici Pii, qua, deprecante Wolfgero, episcopo Wirciburgensi, ecclesias in terra Slauorum inter Moinum et Radanziam iussu Caroli M. exstructas, dotauit, his formulis: Omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesiae et nostris, praesentibus scilicet et futuris. Si aliquid de rebus proprietatis nostrae ad loca diuino cultui destinata conferimus, hoc procul dubio nobis ad aeternae mercedis augmentum, et stabilitatem regni a Deo nobis commissi pertinere confidimus. Idcirco notum fieri uolumus omnium uestrum fidelitati, qualiter uir uenerabilis Wolfgerus Wirciburgensis ecclesiae Episcopus, ad nostram ueniens praesentiam, indicauit nobis quod piae recordationis dominus et genitor noster Karolus serenissimus Imperator Antecessoribus suis illis, et illis Episcopis praecepisset, ut in terra Sclauorum, qui stant inter Moinum et Radanziam fluuios, qui uocantur Moinvvinidi et Radanzvvinidi, una cum comitibus qui super eosdem Sclauos constituti erant, procurarent ut inibi, sicut in caeteris Christianorum locis ecclesiae construerentur, quatenus ille populus paganus ad Christianitatem conuersus habere posset ubi et baptismum perciperet, et praedicationem audiret, et ubi inter eos, sicut inter caeteros Christianos diuinum officium celebrari posset; et ita a memoratis Episcopis et Comitibus, qui tunc temporis eidem populo praepositi fuerant, innotuit esse confectum, et Ecclesias quindecim ibi fuisse constructas; sed easdem ecclesias minime eo tempore fuisse dotatas, sed sicut primum constructae fuerunt, sic usque ad praesentem diem sine dote remansisse. Idcirco suggessit atque admonuit mansuetudinem nostram, ut ad easdem basilicas dotandas aliquid de rebus proprietatis nostrae in eodem pago dare deberemus. Cuius admonitioni atque petitioni, quia salubris esse uidebatur, adsensum nobis praebere placuit. Donamus igitur atque concedimus, quod

ita

ita donatum atque conceſſum in perpetuum eſſe uolumus, ad praefatas baſilicas, quae, ut diximus, iuſſu et conſilio domini et genitoris noſtri Karoli ſereniſſimi Imperatoris in terra praedictorum Sclauorum a memoratis Epiſcopis conſtructae ſunt, in eodem pago de proprio noſtro ad unamquamque manſos duos, cum ſuperſtantibus duobus tributariis, excepto illo manſo ſuper quem primitus unaquaeque earumdem eccleſiarum aedificata eſt, eo uidelicet modo, ut quidquid iidem tributarii in cenſu uel tributo ſoluere debent, hoc totum ad partem earumdem eccleſiarum omni tempore perſoluant, et ipſae eccleſiae, cum omnibus rebus ad ſe pertinentibus, ſub memorati uiri uenerabilis illius et ſucceſſorum eius cura ac prouidentia ſint, ut diuinum in eis officium perenniter celebretur, et populus terrae illius iugiter praedicationem habeat, et in eis baptiſmi ſacramenta percipiat. Idcirco hanc noſtrae auctoritatis praeceptionem concedere iuſſimus, per quam decernimus atque iubemus ut nullus comes aut iudex publicus, ſiue actor imperialis, uel qualibet poteſtate praedita perſona, ab hac die in poſterum memorato uiro uenerabili illi, uel ſucceſſoribus eius pro eisdem eccleſiis, uel rebus ad eas noſtra liberalitate conceſſis, repetitionem facere, aut ullam calumniam ingerere praeſumat; ſed liceat illis memoratas eccleſias cum omnibus rebus ad eas pertinentibus, absque ullius perſonae et contradictione, uel impedimento tenere, uel regere, et ſicut alias eccleſias ad epiſcopium ſuum pertinentes, ſecundum canonicam inſtitutionem ordinare atque diſponere. Et ut haec auctoritas firmior habeatur, et noſtris futuriſque temporibus ab omnibus melius conſeruetur, placuit nobis eam et propriis manibus ſubſcribere, et annuli noſtri impreſſione ſigillare. CARPENTIER ad hanc chartam notat, Moinvvinidos et Radanzvvinidos hiſtoricis Gallicis prorſus eſſe incognitos. At Germanis non ſunt obſcuri. Deprehenduntur enim in uetuſtis chartis Fuldenſibus, aliisque. conf. GVNDLINGII *Bedencken von dem Herzogthum Francken* inter ſcripta minora p. 231. Quid? quod haec ipſa charta Ludouici P. egregie concordat cum tabulis Arnolfi Regis, quas ECCARDVS t. II rer. Franc. p. 894 exhibuit. En! formulas ipſas: uir uenerabilis Arn Wirzeburgenſis eccleſiae epiſcopus nobis unum obtulit praeceptum, in quo continebatur, qualiter diuae memoriae domnus Karolus Imperator, atque Hludouuicus Auguſtus anteceſſoribus ſuis Beruuelfo, et Ludrico et Egil-

Egiluuardo et Wolfario Epiſcopis praecepiſſent, et poſtea Hludouuicus Rex et auus noſter, ut in terra Sclauorum, qui ſedent inter Moinum et Radantiam fluuios, qui uocantur Moinuuinida et Radanzuuinida una cum Comitibus, qui ſuper eosdem Sclauos conſtituti erant, procuraſſent, ut ibi, ſicut in caeteris Chriſtianorum locis, Eccleſiae conſtruerentur, quatenus ille populus, nouiter ad Chriſtianitatem conuerſus, habere potuiſſet, ubi et baptiſmum perciperet, et praedicationem audiret, et ubi inter eos, ſicut inter caeteros Chriſtianos diuinum officium celebrari potuiſſet, et ita a memoratis Epiſcopis et Comitibus, qui tunc temporis eidem populo praepoſiti fuerant, aſſerit eſſe completum, et Eccleſiis XIIII eſſe conſeruata ibidem. Inſuper domnus Imperator Hludouuicus per ſuae manſuetudinis praeceptum ob mercedis ſuae augmentum ad praefatas XIIII Baſilicas dotandas, quae in ipſo pago ab eisdem memoratis Epiſcopis conſtitutae ſunt, de propriis rebus ſuis ad unamquamque manſos II cum ſuperſedentibus duobus tributariis, excepto illo manſo, ſuper quem primitus unaquaeque earundem Eccleſiarum aedificata eſt, pleniter in perpetuum habere conceſſit atque confirmauit. Eo uidelicet modo, ut quicquid inde tributarii in cenſu uel tributo ſoluere debent, hoc totum ad partem earundem Eccleſiarum omni tempore perſoluant; ſed pro integra firmitate ac ſecuritatis ſtudio memoratus Sereniſſimus auus noſter Ludouuicus rogatu et deprecatione Gozbaldi uenerabilis Epiſcopi, ea omnia ſua confirmauit auctoritate. Nunc demum praefatus Arn uenerabilis Epiſcopus ac dilectus familiaris noſtram deprecatus eſt Serenitatem, ut easdem traditiones ob Dei amorem et emolumentum animaeque noſtrae remedium noſtrae auctoritatis Praecepto ea omnia confirmaremus. Cuius petitioni atque ammonitioni, quia ſalubris eſſe uidebatur, aſſenſum nobis praebere placuit, et, ſicut poſtulauit, libenter aurem accommodauimus. Propterea hos noſtrae auctoritatis apices circa ipſam ſedem ac rectores eius fieri decreuimus, per quos decernimus atque ſancimus, ut quemadmodum conſtat, a praedictis principibus domno Karolo et Luodouuico, glorioſiſſimis Imperatoribus, et Sereniſſimo auo noſtro Luodouuico, in dotem ad easdem baſilicas collatum atque condonatum eſſe: ita deinceps omni tempore hanc noſtram auctoritatem iure firmiſſimo Rectores et miniſtri eiusdem ſedis teneant et poſſideant.

§. LXXVI, 23 p. 199.

mensuratas concessisset) Eadem leguntur in CARPENTIER. Alph. Tiron. p. 39.

§. LXXVI, 24 p. 200.

monast. Castellionis in tuitionem recipitur.

G. Chr. t. VI p. 344 *instr.*) CALMET. hist. Lothar. t. I pr. p. 296: uir uenerabilis Smaragdus Abbas ex monast. Castellionis, quod nuncupatur Marsupium, quod est constructum in honorem S. Michaelis Archangeli et S. Mariae semper uirg. uel S. Petri principis Apostolorum detulit nobis immunitatem domini et genitoris nostri Caroli bonae memoriae piiss. Aug. (sub defens. et immunitatis tuitionem recipit).

§. LXXVI, 24 p. 200.

usus est, adhibet.) add. CARPENTIER. p. 33.

§. LXXVI, 24 p. 200.

mon. Prum. immunitas.

eidem concedit) Abbatiae Prumiensi immunitas conceditur in KNAUFF defens. Prum. p. 58: praecipientes ergo iubemus, ut nullus iudex publicus, neque quislibet ex iudiciaria potestate, in ecclesias, aut loca, uel agros, seu reliquas possessiones praedicti monasterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis, aut territoriis infra ditionem imperii nostri iuste, et legaliter possideant, uel ea, quae deinceps in iure ipsius sancti loci uoluerit diuina pietas augeri, ad causas audiendas, uel freda, aut mansiones uel paratas faciendas, aut fideiussores tollendos, uel scarras, aut coniectos tam de carris, quam etiam de parafredis exactandis, aut homines eiusdem monasterii, tam ingenuos, quamque et seruos, super terram ipsius commanentes iniuste distringendos, nec ullas redibitiones, aut illicitas occasiones requirendas, praesentibus nec futuris temporibus, ingredi audeat, uel ea, quae supra memorata sunt, petere, aut exactare praesumat. Et quidquid exinde ius fisci exigere poterat, totum nos pro aeterna remuneratione eidem concessimus monasterio etc. Conf. HONTHEIM. hist. Treuir. t. I p. 166 et 175.

§. LXXVI, 25 p. 201.

ecclesiarum immunitas definitur.

uolumus obtinere effectum.) Tructesindo rogante Imp. definit, quousque pateat ecclesiarum immunitas, et qua poena afficiendi sint uio-

uiolatores in HIST. OCCITAN. t. I p. 58; item in CARPENTIER. c. l. p. 43. Dabimus ipſa uerba: Omnibus comitibus, uicariis, centenariis, ſiue iunioribus ueſtris, partibus Prouinciae, Septimaniae et Aquitaniae conſiſtentibus. Notum ſit uobis, quia uir uenerabilis ile abbas ſuggeſſit, atque indicauit quod homines uel famuli memorati monaſterii per diuerſa loca conſiſtentes in miniſteriis ueſtris multa praeiudicia et infeſtationes patiuntur tam a iunioribus ueſtris quam et ab aliis hominibus, et non poſſunt habere defenſionem per praeceptum immunitatis, quod nos eidem monaſterio propter Dei amorem et noſtram eleemoſynam conceſſimus, eo quod uos ſiue iuniores ueſtri dicatis non plus immunitatis nomine complecti quam clauſtra monaſterii; caetera omnia, quamuis ad ipſum monaſterium pertinentia, extra immunitatem eſſe. Propter hoc uolumus ut intelligantur non ſolum in clauſtra monaſterii uel eccleſias atque caſticia eccleſiarum immunitatis nomine pertinere; uerum etiam domos et uillas et ſepta uillarum, et piſcatoria manufacta, uel quidquid foſſis uel ſepibus, aut alio cluſarum genere praecingitur, eodem immunitatis nomine contineri, et quidquid intra huiusmodi munimenta (ad ius) eiusdem monaſterii pertinentia a quolibet homine nocendi uel damnum inferendi cauſa, ſpontanea uoluntate committitur, in hoc facto immunitas fracta iudicatur. Quod uero ad agros et campos et ſiluas quae nulla munitione cinguntur, ſicut fieri ſolet, a quibuslibet hominibus commiſſum fuerit, quamuis idem ager, aut campus, uel ſilua ad eccleſiam praeceptum immunitatis habentem pertineat, non tamen in hoc immunitas fracta iudicanda eſt: et ideo non ſexcentorum ſolidorum compoſitione, ſed ſecundum legem quae in eo loco tenetur, multandus eſt is qui ſcandalum uel damnum in tali loco feciſſe fuerit conuictus. Praecipimus uobis ut tam uos ipſi caueatis et obſeruetis quam et iuniores et miniſteriales ueſtri, ut homines et famuli memorati monaſterii in omnibus locis ad ueſtra miniſteria pertinentibus pacem habeant, et eis liceat cum ſecuritate memorato monaſterio deſeruire, tam in priuatis quam in publicis et communibus locis, neque ullus ueſtrum uel iuniorum ueſtrorum ulterius eos audeat diſpoliare, et uel in fluminibus, uel in plaga maris piſcantes, uel in aliis locis ad praefatum monaſterium pertinentibus diuerſas utilitates et ſeruitia facientes infeſtare uel inquirere, uel a debito et iniuncto ſibi ſeruitio prohibere, uel aliquid contra legem

 et iu-

et iustitiam facere, quia si ulterius hoc ad nostras aures fuerit perlatum, et uerum inuentum temeratorem huius nostri mandati, condigna suis factis uindicta condemnari decreuimus. Propterea praecipimus atque iubemus ut taliter exinde agatis, qualiter gratiam nostram uelitis habere.

§. LXXVI, 33 p. 202.

mon. S. Petri dono accipit uallem Reumagens. Capitulare mon. S. Crucis.

concedimus ad habendum) In CARPENTIER Alph. Tiron. p. 49 Imperat. confirmat monasterio cuidam S. Petri uallem Reumagensem, cum tributo, quod a fisco exigebatur uel hominibus publicis et tributariis in eadem ualle manentibus. In MABILLON. uet. analect. p. 150 capitulare de mon. S. Crucis occurrit, quod est situm intra Pictauensem urbem, quod piissimus imperator Ludouicus fieri praecepit atque ut idem ab omnibus obseruetur, glorioso filio suo Pipino commisit.

§. LXXVI, 33 p. 203.

ut dictum est, exigatur.) Eadem formula reperitur in CARPENTIER p. 45.

§. LXXVI, 33 p. 203.

nauibus mon. Cormaricens.) item mon. Gemeticensis in CARPENTIER c. l. p. 37 tam de nauibus quam et de carris seu de ceteris uehiculis nec non et de quolibet alio negotio, undecumque fiscus teloneum exigere poterat.

§. LXXVI, 38 p. 204.

Pro mon. S. German.

in pago Launense.) Deus dedit Abbas aquaeductum fecit in Autisiodoro ad utilitatem monasterii S. Germani, quem Imp. ullo modo impedire uetat. CARPENTIER p. 39. In LOBINEAV hist. de Bretagne preuv. p. 29: Convvoion uenerab. Abb. Monasterii

Roton.

cuius uocabulum est Roton quod ipse in pago Brovveroch, in loco qui dicitur Bain nostra permissione a fundamento construxerat; et uiros religiosos secundum monasticam uitam degere instituerat, nostram adiit celsitudinem, subnixis precibus postulamus, ut pro amore Domini nostri Iesu Christi aliquid de rebus nostrae proprietatis - - contulissemus. Cuius precatu permoti simul et oratu atque interuentu

fidelis

fidelis n. Nominoe commoniti complacuit ſerenitati noſtrae plebem illam in qua idem ipſum monaſterium conſtat eſſe conſtructum, quae Bain, ſicut ſuperius dictum eſt, nominatur, cum omni integritate ſua nec non in eodem pago locellum qui nominatur Lant-degon. IBID. p. 30. Eidem donat plebem quae Rarmac nominatur, nec non locellum, qui nominatur Plaz imo et plebiculam quae nominatur Ardon.

§. LXXVI, 42 p. 205.

p. 428 *n.* 50) et BOVILLART hiſt. S. Germ. p. 13.

§. LXXVI, 47 p. 206.

data, qua) itidem uictus et amictus definitur in uita Ludouici P. apud FREHER. p. 457 et BOVILLART c. l. p. 14.

§. LXXVI, 49 p. 207.

quod ita et fecit) Quae in commutationibus obſeruata fuerint, plenius intelligimus ex charta apud CARPENTIER p. 49: Cum petitionibus ſeruorum Dei quas noſtris auribus ingerunt, libenter annuimus, et eas cum Dei auxilio ad effectum perduci fecerimus, non ſolum regiam et imperialem conſuetudinem exercemus, uerum etiam hoc nobis procul dubio tam ad ſtatum terreſtrem corroborandum, quam aeternae uitae beatitudinem capeſſendam profuturum eſſe confidimus. Idcirco notum fieri uolumus omnibus fidelibus ſanctae Dei eccleſiae et noſtris, praeſentibus ſcilicet et futuris, quia uir uenerabilis Adalardus abbas petiit celſitudinem noſtram eo quod pro ambarum partium opportunitate quasdam res apud nos commutare uoluiſſet. Cuius petitioni, quia utilis et rationabilis nobis eſſe uidebatur, libenter adſenſum praebuimus, et praecepimus Magnario comiti et actori noſtro, ut cum Miſſis praedicti uenerabilis Adalardi abbatis, adſcitis etiam pagenſibus hominibus et fiſcalinis in eadem uicinia commanentibus, menſuraret easdem res propoſitas, earumque quantitatem et qualitatem hinc et inde diligenter inſpiceret et conſideraret, et inlibatam ad noſtram referret notitiam: quod ita ut fecit, ſimul et nobis retulit quod ambabus partibus huiusmodi commutatio utilis et proficua eſſe potuiſſet, et de noſtra decreuit uoluntate ut ita fieret. Dedit igitur praedictus uir uenerabilis Adalardus abbas de re-

Permutationum ſolemnia.

bus monasterii sui quod est constructum in honore beatorum Apostolorum Petri et Pauli in pago illo, super fluuium illum, quas ipse in quiete habere uidebatur, ad ius fisci nostri, id est Audriacam uillam per nostram datam licentiam in pago illo, in loco nuncupante illo inter mansos et prata et terram arabilem bunnaria centum, et de silua bunnaria triginta. Et e contra dedit praedictus Magnarius actor noster uenerabili Adalardo abbati ad partem monasterii sui de rebus praedicti fisci nostri per nostram iussionem in pago illo, in loco nuncupante illo, inter mansos et prata et terram arabilem bunnaria tanta et de silua bunnaria tanta. Vnde et super hac commutatione hoc nostrae auctoritatis praeceptum fieri iussimus, per quod praecipimus atque iubemus ut quidquid pars iuste et rationabiliter alteri contulit parti, deinceps per hanc nostram auctoritatem iure firmissimo teneat atque possideat, et quidquid exinde facere uoluerit, libero in omnibus perfruatur arbitrio faciendi. Et ut haec nostrae auctoritatis praeceptio manibus propriis etc.

§. LXXVI, 51 p. 208.

mon. Ioh. Baptist Andecau. res ablatae restituuntur.

subministretur) CARPENTIER c. l. p. 35 pro mon. S. Ioh. Baptistae Andecau. Dum esset Britanniae partibus in Dei seruitio et nostro uir uenerabilis Ingilfridus abbas ex monasterio S. Ioh. Baptistae, quod est situm in suburbio ciuitatis Andicauinae, ubi uir praeclarus Licinius eiusdem urbis quondam Episcopus qui ipsum monasterium a fundamento construxit et rebus plurimis ditauit, corpore requiescit, clerici eiusdem monasterii ad nostram accedentes clementiam innotuerunt celsitudini nostrae, quod de rebus quas idem Licinius praesul eundem monasterium ditauerat, quaedam res, quas hactenus Autulfus quondam comes ad beneficium habuit quae sunt in uilla quae nominatur Massiliacus tempori domini et genitoris nostri Caroli piae recordationis serenissimi imperatoris de priuato monasterio S. Iohannis Baptistae abstractae atque distractae fuissent etc.

item mon. Magedunensi

IBIDEM p. 69 monasterio Magedunensi iusto habito iudicio redduntur res ablatae carta ordinem forensem optime declarat: Notum sit omnibus fidelibus nostris, praesentibus scilicet et futuris, qualiter cum nos generale placitum nostrum in palatio nostro, quod dicitur Attiniaco, more solito tenuissemus, quidam homo nomine Odalmarus, aduocatus ex monasterio quod uocatur Mageduno, in honore sancti illius constru

constru

constructo, ubi et sanctus ille confessor corpore requiescit, indicauit quemdam uasallum nostrum nomine Ragumbernum, de quibusdam rebus ad ius monasterii sancti illius pertinentibus, quod illuster uir ille comes in regimine habere uidetur: quarum rerum sunt uocabula illa et illa, cum reliquis adiacentiis uel aspicientiis suis; dicens quod posteri praedicti uasalli nostri liberi iniuste eas occupassent, et contra legem tenerent, adfirmans se tales testes habere qui hoc scirent, et ueraciter asserere potuissent ab illo tempore, ex quo Hlotharius quondam rex Francorum memorato monasterio solemni traditione easdem res donauit, semper in eis rectores ipsius monasterii liberam habuissent possessionem, usque quo ille quondam abbas ad beneficium filio suo nomine illo eas dedisset, et sic praeterito tempore de manibus rectoris praedicti monasterii, tempore domini ac genitoris nostri Karoli piissimi augusti, elapsas esse. Sed cum nos ad ueritatem rei diligentius inuestigandam fideles nostros illum abbatem, illum et illum comites mitteremus, renuntiauerunt nobis per hoc ita esse, sicut memoratus sancti illius aduocatus asserebat. Cumque adhuc actor et defensor dissona uoce contenderent, uisum est nobis, ut haec contentio certo quodam iudicio esset determinanda. Sed hanc examinationem praedictus Matfridus chartarum ostensione dirimit: nam ueniens ad praesentiam nostram ostendit nobis donationem praedicti Hlotharii regis, et antiqua praecepta regum Francorum super eas. Cumque haec donatio et illa praecepta regum coram nobis lecta fuissent, habuimus de earumdem chartarum inspectione et lectione res memoratas ad ius et possessionem praedicti monasterii in integrum pertinere, neque Ragumbernum ad fiscum nostrum, sibi ad beneficium datum, easdem res iure donare potuisse. Et ideo a ducibus et comitibus, qui cum eis in ista causa examinatores fuisse leguntur, iudicatum est ut per uuadium suum, cum lege et fide facta Matfrido comiti, uel eius aduocato easdem res redderet, ad utilitatem ac usum memorati monasterii, Deoque in eo seruientium permansuras. Idcirco suggerenti atque roganti praedicto Matfrido fideli nostro, hanc nostrae confirmationis praeceptionem ei uel ad partem monasterii sui fieri iussimus, per quam decernimus atque iubemus, ut nullus fidelium nostrorum de praedictis rebus sancti Lifardi, Matfrido siue successoribus eius ullo unquam tempore inquietudinem facere, aut quamlibet calumniam ingerere praesumat; sed liceat ei et successo-

fucceſſoribus eius quieto ordine eas tenere et poſſidere, et quidquid pro opportunitate monaſterii ſui exinde facere uoluerit, liberam in omnibus habeat poteſtatem facere. Et ut haec auctoritas firmior habeatur, manu propria ---- IBIDEM p. 71.: Vultgarius abbas monaſterii in monte Iouis coram miſſis Sicardo et Teutardo comitibus reddere iubetur, quae Irmengario et Ingilardo abſtraxit.

§. LXXVI, 52 p. 209.

Blandinienſem quoque) Einhardus abbas Mon. S. Seruatii memoratur in CARPENTIER alph. tiron. p. 77.

§. LXXVII, 1 p. 210.

Ludouicus P. a patre conſilio procerum imperator conſtituitur.

ſibimet ipſi iuſſit imponere) ANNAL. FRANC. ap. MARTEN. t. V, uet. ſcript. et monum. p. 912: Extremo autem uitae ſuae tempore cum iam et morbo et ſenectute premeretur, euocatum ad ſe Ludouicum filium ſuum Aquitaniae regem, qui ſolus filiorum Hildegardae ſupererat, congregatis ſolemniter de toto regno Francorum uel de uniuerſo imperio ſuo primoribus cunctorum comitibus, principibus, ducibus, epiſcopis, abbatibus, monachis, ſacerdotibus, diaconibus et cuncto ſenatu Francorum, cum cunctorum conſilio, conſortem ſibi totius regni et imperialis nominis ſui heredem conſtituit, ac per coronam auream tradidit illi imperium, populis acclamantibus: *Viuat imperator Ludouicus*, impoſitoque capiti eius diademate, imperatorem et auguſtum iuſſit appellari. Suſceptum eſt hoc eius conſilium [ab his] qui aderant magno cum fauore et laetitia. Nam et ipſe imperator Carolus benedixit dicens: *Benedictus es Domine Deus meus, qui dediſti hodie ſedentem in ſolio meo, ex ſemine meo filium, uidentibus oculis meis.* Docuit autem eum pater, ut in omnibus praeceptum Domini cuſtodiret, tradiditque ei regnum, commendauitque ei filios ſuos Drogonem, Theodericum et Hugonem, et cum omnia perfeciſſet, dimiſit unumquemque, ut abiret in locum ſuum.

§. LXXVII, 5 p. 213.

Tractoria.

ad caballos modii duo) Exemplum tractoriae e curia Ludouici P. exhibet CARPENTIER in Alph. tiron. p. 67: Omnibus epiſcopis, abbatibus, abbatiſſis, comitibus, uicariis, centenariis, ſeu reliquis fideli-

fidelibus nostris. Notum sit uobis quia istos uasallos nostros, illos et illos, mittimus ad has partes in fiscum promouendas et uarias redibitiones exigendas. Propter hoc uolumus atque iubemus, ut ad stipendia eorum quotidie unicuique illorum dare faciatis panes XX. frescingas duas, porcellum siue agnum unum, pullos duos, quindecim oua, de potu modium unum, sal, herbola, ortolanas, ligna sufficienter: et intra Quadragesimam - - - - caseus formaticos quatuor, addentes sextaria duo annonae, iuxta quod inueniri possunt, et ad bibitionem eorum de medone, ceruisia modios quatuor, et inter ambos de foeno Karradam unam. Videte ut nullam exinde negligentiam habeatis.

§. LXXVIII, 13 p. 222.

uiuere desiit) Ad historiam huius Bernardi pertinet praeceptum quoddam Ludouici P. in CARPENTIER Alph. tiron. p. 67: Nulli praesentium fidelium sanctae Dei ecclesiae nostrorumque ambiguum est qualiter Bernardus, quem Italiae dominus et genitor noster Carolus piae recordationis serenissimus Imperator, siue nos, regem praeposuimus; et aliqui ex sibi subiectis cum ipso Bernardo a fide deuiantes, nobis infideles exstiterunt; pro qua infidelitate iuxta procerum nostrorum, seu cunctae nobilitatis Francorum generale iudicium, et ille et hi qui ei consenserunt, dignam subierunt sententiam; nonnulli in exilium missi, et res eorum, quibus secundum legitimas sanctiones, priuati fuerant, fisco nostro sociatae sunt. Nos diuina deinceps misericordia inspirante, inter caeteros Amingum, qui praedicti Bernardi nefando consilio particeps exstitit, non solum ad nostram praesentiam adire fecimus, insuper ei et libertatem ac res proprias, quas iuste et legaliter, eo tempore quo haec res contigit, possidebat, liberalitatis nostrae munere per hanc nostram auctoritatem perpetualiter ad habendum reddimus. Proinde has praeceptionis nostrae imperiales apices ei firmitatis gratia fieri iussimus, per quas decernimus atque iubemus, ut ipse in libertate sua permaneat, et omnes res, quas eo tempore quo praenominata res contigit, ex quolibet iusto pacto, iure plenissimo possidebat, deinceps teneat atque possideat, ita uidelicet, ut quidquid exinde facere uoluerit - - - -. **Bernhardi regis Ital. fata.**

§. LXXX, 1 p. 229.

Ingenuitas quorundam uindicatur.

haeret Muratorius) Violenter in seruitutem detrusos quosdam libertate iterum impertit Ludou. Imp. in CARPENTIER p. 73: Omnibus fidelibus nostris praesentibus, scilicet et futuris. Cum hoc omnibus certissimum sit nihil magis regiam et imperialem decere maiestatem, quam ut miserorum necessitatibus subueniat: idcirco nos in Dei omnipotentis nomine atque adiutorio post decessum domini et genitoris nostri Caroli serenissimi imperatoris, de sua atque nostra eleemosyna inchoantes, decreuimus cum proceribus et fidelibus nostris, ut per omnes prouincias regni a Deo nobis commissi, legatos mitteremus, qui omnia praua comitum, siue iudicum, uel etiam missorum a palatio dimissorum facta diligenter inuestigarent, et ubi aliquid iniuste factum inuenirent, emendarent, et ad iustitiam reuocare contenderent: inter quos cum fideles missi nostri ille et ille, qui in pago illo ob eamdem rationem dimissi fuerunt, inter caeteros uiolenter oppressos inuenissent quemdam hominem nomine illum, ab illo comite quondam iniuste et contra legem ad seruitium redactum, nobisque ordinem ac secutionem huiusmodi iniuste et contra legem facti retulissent: placuit nobis, atque ita decernimus ut eum iterum ad libertatem suam redire permittatur. Qua propter et hoc nostrae auctoritatis praeceptum ei concedere ac dare iussimus, per quod et ille ab hac die imposterum a iugo seruitutis absolutus sit, et omnes fideles nostri agnoscere ualeant, quod nos eum ad pristinam concessimus peruenire libertatem. Praecipientes ergo iubemus ut nullus comes, neque uicarius, neque centenarius, neque missus noster a palatio dimissus praedictum hominem, aut filios, uel propinquos eius, quibus per hanc nostrae auctoritatis praeceptionem, libertatem concedimus ab hac die et imposterum de statu ingenuitatis suae inquirere, aut calumniam illis facere praesumat: sed liceat ei et filiis ac propinquis eius in suo proprio quiete residere, absque ullius iniusta contrarietate. Et ut haec auctoritas etc. Haec apprime conueniunt cum narratione THEGANI c. 13: *Eodem tempore, supradictus Princeps* (Ludouicus) *misit Legatos suos supra omnia regna sua inquirere et inuestigare, si alicui aliqua iniustitia perpetrata esset, et si aliquem inuenissent, qui hoc dicere uellet, et cum uerissimis testibus hoc probare potuisset, statim cum eis in prouinciam eius uenire praecepit. Qui*

egressi

egressi inuenerunt innumeram multitudinem oppressorum aut ablatione patrimonii, aut exspoliatione libertatis. Quod iniqui Ministri, comites et loco-positi per malum ingenium exercebant. Omnia supradictus princeps destruere iussit acta, quae impie in diebus patris sui per iniquorum ministrorum ingenia facta fuerant. Patrimonia oppressis reddidit, iniuste ad seruitium inclinatos absoluit, et omnibus praecepta iussit facere, et manu propria cum subscriptione confirmauit.

IBIDEM p. 73. Lambertus, cognomento Aganus, a pago, qui uocatur Petrocius et ex castro, quod appellatur Toringius in obsidium ab Ermenrico Comite et patre suo, nomine Agano, datus fuit. Lambertus obses datus restituitur. Omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesiae, et nostris praesentibus scilicet et futuris. Cum in Dei confidentes nomine atque adiutorio, anno decimo imperii nostri propter quasdam sanctae Dei ecclesiae, ac regni et populi nostri a Deo nobis commissi utilitates et necessitates ordinandas ac disponendas in Compendio palatio nostro peruenissemus, atque hiemandi gratia ibi resideremus, ueniens quidam homo nomine Lambertus, cognomento Aganus, ex pago qui uocatur Petrocius, et ex castro quod appellatur Toringius, ad nostrae celsitudinis praesentiam exposuit, quod cum tempore aui nostri Pippini regis obsides ex eodem pago et castro, ab eodem rege, propter firmitatis ac pacis studium, ab habitatoribus eiusdem loci quaererentur et darentur, inter caeteros et se ipsum in obsidium ab Ermenrico comite et patre suo, nomine Agano, datum fuisse. Sed post non multum temporis spatium, caeteris obsidibus licentia redeundi adtributa, seipsum ab illo temporis spatio usque ad praesens tempus, propter huiusce rei occasionem, ablatis rerum suarum facultatibus, ab Immone comite uinculo seruitutis esse adstrictum: cumque huius facti ordinem a praedicto homine nobis expositum cognouimus, placuit nobis, ut eum iterum, pro mercedis nostrae augmento, ad libertatem suam et ad res, modo superius conscripto sibi ablatas, redire permitteremus. Quapropter et hoc nostrae auctoritatis praeceptum ei concedi ac dari iussimus, per quod et ille et filii sui, qui hac occasione uinculo seruitutis tenebantur adstricti, ab hac die in posterum a iugo seruitutis absoluti sint, et omnes fideles nostri agnoscere ualeant, quod nos eos ad pristinam libertatem, et ad ipsas res, occasione superius conscripta eis ablatas, concessimus peruenire. Praecipientes ergo iubemus, ut neque comes, neque uicarius, neque

 cente-

centenarius, neque missus noster a palatio dimissus, praedictum hominem aut filios eius, quibus per hanc nostrae auctoritatis praeceptionem et libertatem et res ablatas concedimus ab hac die imposterum, de statu ingenuitatis eorum, aut rebus illis a nobis illis redditis inquietare, aut illis calumniam facere praesumat: sed liceat eis in eorum proprio absque ullius iniusta contrarietate quiete residere. Et ut haec nostrae auctoritatis - - - IBIDEM pag. 75 traditur charta denarialis siue formula manumissionis per excussionem denarii: item formula manumissionis ob sacros ordines impetrandos. Charta quoque sequentis de libertate restituenda agunt. IBIDEM p. 83 manumisso cuidam cauetur, ut patrimonium eius ad filios transeat: Nemini putamus esse incognitum, eorum uidelicet, quos aliquam iuris Francorum constat habere notitiam, quod omnes manumissi, qui liberti uocantur, si intestati decesserint, non alium quam fiscum nostrum rerum suarum haeredem sunt relicturi: et quoniam ad hoc parendum quidam ex his, qui libertate donantur, possessiones suas hominibus perfidis liberis tradunt, ut, si forte subita morte praeuenti, nec testamenta facere, nec eas taliter ordinare, uel disponere potuerint; hi qui eas sumunt, hoc de eis faciant quod illi uoluerunt, ac facere rogauerunt, qui eas illorum fidei commiserunt. Sed solet miseria ex terrestrium cupiditate cognosci, ut res suae fidei commissas non ad filios defunctorum, sicut ipsi uoluerunt, peruenire faciant; sed neque in eleemosynam pro salute eorum uel tradant, uel erogando distribuant, quin potius sibi uelut legitime collatas ad proprium, perfidissima uoluntate, uindicare contendant. Quod praeuidens, et ne sibi accidere posset, cauere cupiens fidelis noster Albricus actor, quia et ipse cum domini et genitoris nostri Karoli piissimi principis seruus esset, munere clementiae illius libertatem est consecutus, mansuetudini nostrae supplicauit, ut talem nostrae auctoritatis confirmationem a nobis accipere mereretur, per quam secure fieri posset, ut res et bona sua, quae post acceptam libertatem iuste atque legaliter adeptus est, ad filios suos ex nostra largitione peruenirent, si subitaneo casu praeuentus ea tradere, uel disponere non potuisset: et ut sibi necessario inhiberet, ut uel ipse bona sua tacito alienae fidei committeret, uel filios suos per cuiuslibet perfidiam exhaeredaret. Cuius petitioni propter eius sedulum ac deuotum seruitium nobis annuere placuit, ac proinde hoc nostrae imperialis auctoritatis praeceptum eidem fideli nostro concedere, ac dare statui-

Manumissionis formulae.

Liberti cuiusdam filiis ius succedendi confirmatur.

ſtatuimus, per quod decernimus atque iubemus, ut ſi memoratus fidelis noſter ille, uel morte ſubidanea, uel alio quolibet caſu ita praeuentus fuerit, ut res ſuas proprias aut tradere, aut diſponere ſolemni conſuetudine non poſſit, et inteſtatus diuino iudicio uitam deceſſerit, neque comes, neque uicarius, aut centenarius, neque ullus iudex, aut actor publicus, uel quaelibet alia qualicumque dignitate praedita perſona, res ipſius, quas eo tempore inordinatas atque indiſpoſitas reddiderit, aut inuadere, aut ſicut mos eſt, quaſi ad noſtram partem recipiendas, occupare praeſumat; ſed liceat filiis eius, ſi ei ſuperſtites fuerint, easdem res ex noſtra conceſſione recipere ac poſſidere, et de eis facere quidquid ſuprema uoluntate decreuerint. Et ut haec auctoritas noſtrae praeceptionis certior habeatur, ac maiorem ſui uigoris obtineat firmitatem, manu propria - -.

ad §. LXXX, 9.

contulit) Exemplum primum reperimus in Lothario filio, quem pater, inuſitato more, CAESAREM appellat et conſortem imperii. Tabulae in CARPENTIER Alph. Tiron. p. 53 exſtant: Notum ſit omnibus fidelibus noſtris, tam praeſentibus quam et futuris, quia nos dilecto filio noſtro Hlothario caeſari et conſorti imperii noſtri, concedimus ad proprium ex quadam uilla noſtra, quae ſita eſt in pago Alſacinſe, quae dicitur Herinſtein, manſum dominicum cum omnibus ſupra poſitis, et alios manſos tantum LX ad eum pertinentibus, cum mancipiis deſuper commanentibus, et ad eosdem LX manſos aſpicientibus. Has uero res, ſicuti ſuperius continetur ſcriptum, cum domibus, aedificiis, mancipiis, terris, pratis, ſiluis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, molendinis, mobile et immobile tibi dilecto filio noſtro Hlothario imperatori ad proprium per hanc noſtrae auctoritatis largitionem tradimus ad poſſidendum: ita uidelicet, ut quidquid de eisdem rebus et mancipiis (facere) uel uindicare uolueris, libero in omnibus perfruaris arbitrio faciendi. Et ut haec largitio donationis noſtrae per futura tempora inuiolabilem obtineat firmitatem, manu propria - - - - - - IB. duobus fidelibus de Saxonia propter iſtorum fidele ſeruitium duas uillas iuris ſui trans Albiam fluuium, eiectis inde Sclauis, ad proprietatem conceſſit. IB. p. 55 fideli cuidam Bettoni reddit eccleſiam, quam defuncta eius auia et auunculus domino et genitori Karolo bonae memoriae piiſſimo Augusto

Ludouicus P. Lothario filio Caeſari donat uillam Herinſtein.

Munificus eſt in duos Saxones,

Bettonem,

Theodonem, gusto per strumenta chartarum tradiderunt. IB. Theodoni referendario dilecti filii sui Lotharii consortis dedit res quasdam proprietatis suae. IB. p. 57 libuit, inquit Imp. celsitudini nostrae quendam Ricbodonem, fidelem nostrum nomine Ricbodonem de quibusdam rebus nostrae proprietatis, quae sunt in pago Alsaciense et in duabus uillis, quae uno uocabulo i. e. Frankenheim (appellantur) honorare, et easdem res per hoc nostrae largitionis concessum eidem Ricbodoni fideli nostro perpetuo ad proprium concedere, id est, in una (uilla quae) Frankenhaim appellatur, mansos tres et in altera, quae simili modo Frankenhaim nominatur, dimidium mansum cum aedificiis desuper constructis et de terra arabili bunnaria centum, et de prato in quo potest colligi de foeno carrada una et mancipia tria quae ita appel- Forestarios suos, lantur. IB. Imp. Forestariis suis in Vosago singularem immunitatem indulget: Omnibus praelatis ecclesiarum, siue comitibus, aut uasallis nostris, uel iunioribus uestris, notum sit quia forestarios nostros Adonem uidelicet et pares suos, qui forestem in Vosago prouident, immunes constituimus a quibusdam publicis functionibus, id est liberos forestarios a bannis et aribannis et coniectuum impletione, siue parauereda danda; tantum uero ut hi, qui soliti sunt, stoffam persoluant, et in anno tres ministros constituant, nisi illi comites aut comes ab illis aliud quaesiuerint aut in testimonio diligenter excepti fuerint: super hoc nullus comes, aut quaeuis potestas eos de quibuslibet rebus distringere praesumat, exceptis criminalibus causis. Serui uero forestarii tam ecclesiastici quam fiscalini de eorum mansis superioribus, de quorum beneficio sunt, rogas faciant, atque censum, siue caeteras functiones quae ex mancipiis suis, siue de eorum mansis exhibere debent, persoluant, et nec parauereda donent, nec opera faciant, si etiam manu opera eorum forestarii nostri uindicent - - - - quilibet de parte propinquorum illorum eos, uel quiuis non distringit, aut iniustam inquisitionem facit: sed quidquid tam liberi forestarii quam serui ecclesiastici aut fiscalini possessione aut inoccupatione egerint, aut cuilibet tulerint clamorem coram ministris forestariorum illorum iustitiam faciant; et si iustitiam facere detraxerint, hoc ad nostram notitiam deportetur, ut nos praesenti secundum legem et iustitiam facere iubeamus, et illi qui iustitiam facere, uel differre tentauerint dignam (sententiam) accipiant. Haec uero auctoritas et caetera Suizgardus ambasciauit. Durandus ad uicem

Frede-

Fredegisi relegit, recognouit et subscripsit. Datum VI Kalendas, anno Christo propitio IX imperii domini Ludouici, indictione prima. Actum Fulcolingas.

IB. p. 59 negotiatoribus commeatus liberi literae dantur: Omnibus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, gastaldiis, uicariis, centenariis, actionariis, clusariis seu missis nostris discurrentibus, caeterisque fidelibus nostris, partibus Franciae, Burgundiae, Prouinciae, Septimaniae, Italiae, Austriae, Neustriae, Baiohariae et Slauiniae commanentibus. Notum sit quia praesentes fideles nostri illi anno incarnationis Dominicae octingentesimo uigesimo octauo, eiusdemque miserante clementia anno quinto decimo imperii nostri Aquisgrani palatio nostro uenientes se nostris obtutibus praesentauerunt, quos nos sub securitate tuitionis nostrae ita modo suscepimus, et in antea, Domino uolente, retinere optamus; ita ut deinceps annis singulis, aut post duorum annorum curricula peracta, mandante missionum ministro, ad nostrum ueniant palatium, atque ad cameram nostram fideliter unusquisque ex suo negotio ac nostro deseruire studeat, hasque litteras auctoritatis nostrae ostendat. Proinde autem per praesentem ordinationem nostram decernimus atque iubemus, ut neque uos, neque iuniores seu successores uestri, aut missi nostri discurrentes memoratos fideles nostros illos de nullis quibuslibet illicitis occasionibus inquietare, aut calumniam generare, uel de rebus illorum contra iustitiam aliquid abstrahere aut minuere, neque naues eorum quasi pro nostro seruitio tollere, neque scaram facere, neque heribannum, aut alios bannos ab eis requirere uel exactare praesumatis: sed liceat eis, sicut Iudaeis, partibus palatii nostri fideliter deseruire, et (si) uehicula infra regna, Christo propitio, nostra pro nostris suorumque utilitatibus negotiandi gratia augere uoluerint, licentiam habeant; nullamque dationem, neque sclusas, neque in nullo loco eis faciatis, aut facientibus consentiatis teloneum reddere, exceptis ad opus nostrum in Quintouico et Dorestado, uel Sclusas, ubi ad opus nostrum decenter exigatur, aliubi nullatenus requiratur. Quod si aliquae causae aduersus eos et homines eorum ortae fuerint, quas infra patriam absque graui et iniquo dispendio definire nequiueritis, usque ad praesentiam nostram, uel missi illius quem super ea et alios negotiatores nostros praeponemus, sint suspensae uel reseruatae, quatenus secundum iuris ordinem finitiuam acci-

negotiatores quosdam.

accipiant ſententiam - - - - - ſed neque trabaticum, aut portaticum, aut rotaticum. - - - - - -

Hebraeos quosdam in mundiburdium recipit.

IBID. Hebraeos quosdam Domatum Rabbi et Samuelem nepotem in mundeburdium recipit, aliaque de iure Iudaeorum ſtatuit: Omnibus epiſcopis, abbatibus, comitibus, gaſtaldiis, uicariis, centenariis, cluſariis, ſeu etiam miſſis noſtris diſcurrentibus, nec non et omnibus fidelibus noſtris, praeſentibus ſcilicet et futuris. Notum ſit quia iſtos Hebraeos, Domatum Rabbi et Samuelem nepotem eius, ſub noſtra defenſione ſuſcepimus ac retinemus. Qua propter per praeſentem auctoritatem noſtram decernimus atque iubemus ut neque uos, neque iuniores, ſeu ſucceſſores ueſtri memoratos Hebraeos de nullis quibuslibet illicitis occaſionibus inquirere aut calumniam generare praeſumatis, nec de rebus eorum propriis, unde praeſenti tempore legaliter ueſtiti eſſe uidentur, aliquid abſtrahere, aut minuere ullo unquam tempore praeſumatis; ſed neque teloneum, aut parauereda, aut manſionaticum, aut pulueraticum, aut ceſpitaticum, aut ripaticum, aut portaticum, aut pontaticum, aut tranaticum, aut coenaticum a praedictis Hebraeis exigere praeſumatis. Similiter conceſſimus eis de rebus eorum propriis commutationem facere, et proprium ſuum cuicumque uoluerint uendere, liceatque eis ſecundum legem eorum uiuere, et homines Chriſtianos ad eorum opera facienda locare, exceptis feſtis et diebus Dominicis. Habeant etiam licentiam mancipia peregrina emere, et infra imperium noſtrum uendere. Quod ſi Chriſtianus cauſam uel litem contra eos habuerit, tres idoneos teſtes Chriſtianos et tres Hebraeos ſimiliter idoneos in teſtimonium ſuum adhibeat, et cum eis cauſam ſuam iudicet. Et ſi illi cauſam uel litem contra Chriſtianum habuerint, Chriſtianos teſtes in teſtimonium ſibi aſſumant, et cum eis eum conuincant. Suggeſſerunt etiam iidem Iudaei celſitudini noſtrae de quibusdam hominibus, qui contra chriſtianam religionem ſuadent mancipia Hebraeorum ſub autentu (l. obtentu) chriſtianae religionis contemnere dominos ſuos, et baptiſari, uel potius perſuadent illis ut baptiſentur ut a ſeruitio dominorum ſuorum liberentur; quod nequaquam ſacri canones conſtituunt, immo talia perpetrantes diſtricta anathematis ſententia feriendos diiudicant; et ideo uolumus ut neque uos ipſi praedictis Hebraeis hoc ulterius facere praeſumatis; neque iuniores ueſtros usquam facere permittatis, certumque teneatis quia quicumque hoc

perpe-

perpetrauerit, et ad nos delatum fuerit, quod absque sui periculo, et rerum suarum damno euadere non poterit: et hoc uobis notum esse uolumus, ut iam, quia supra scriptos Hebraeos sub mundeburdo et defensione nostra suscepimus. Quicumque in morte eorum, quamdiu nobis fideles extiterint, consiliauerit, aut aliquem interfecerit, sciat se ad partem palatii nostri decem libras auri persoluturum; et nullatenus uolumus ut praedictos Iudaeos ad nullum iudicium examinetis, id est, neque ad ignem, neque ad aquam calidam, seu etiam ad flagellum, nisi liceat eis secundum illorum legem uiuere uel ducere. Et ut haec - - - - - Simile fere priuilegium IB. p. 61 etiam dedit quibusdam Iudaeis Lugdunensibus; item IB. p. 63 Abrahamo Iudaeo in ciuitate Caesaraugusta, cui quidem mancipia peregrina emere permisit, sed non alibi, nisi infra imperium uendere. CARPENTIER p. 99 erudite annotat: Inter notandas huiusce collectionis Chartas, praecipuum est istud diploma, quo detegitur primus Agobardi Lugdunensis Archiepiscopi in Ludouicum Pium fomes odii, quod eo tandem peruenit, ut Imperatoris exauctorationis praesul incentor fuerit primarius. Pessime quidem, quantumuis praeceptum illud contrarium uideatur uetustis canonibus; imo et legibus Principum; cum nulla unquam legitima afferri possit rebellionis in principem causa.

Ipsummet uero esse praeceptum, aduersus quod excandescens Agobardus, epistolam Zelo feruidam ad Proceres Palatii scripsit, cuique illud expendenti, atque cum hac epistola et cum libro eiusdem Archiepiscopi *De Insolentia Iudaeorum* conferenti conspicuum fiet. *Quoddam praeceptum*, inquit ille Praesul in epistola laudata, *Iudaei circumferunt, quod sibi datum ab Imperatore gloriantur, in quo continetur, ut mancipium Iudaicum absque uoluntate domini sui nemo baptiset. Quod a nobis omnino non creditur, ut a facie christianissimi et piissimi Imperatoris tam contrariae ecclesiasticae regulae sit egressa sententia.* In altero autem opusculo scribit: *Haec passi sumus a fautoribus Iudaeorum, non ab aliud, nisi quia praedicauimus Christianis, ut mancipia eis Christiana non uenderent, ut ipsos Iudaeos Christianos uendere ad Hispanias non permitterent, nec mercenarios domesticos habere, ne feminae Christianae cum eis sabbatizarent, et ne diebus Dominicis operarentur, etc.* Quae cum praecepto hic edito ita apprime conueniunt, ut sibi inuicem fidem concilient; nam Agobardum nihil praeter ue-

Illustrantur haec ex AGOBARDI libro de insolentia Iudaeorum.

ritatem dixiſſe, probat haec Charta, quam falſi inſimulare pariter non ſinunt uerba Agobardi. Vix quippe, altero tantum eorum teſte, credibile fuiſſet praeceptum canonibus, ipſisque Imperatorum capitularibus adeo contrarium, promulgaſſe piiſſimum Imperatorem. His enim legibus uetitum erat ne Iudaeis mancipia Chriſtiana deſeruirent; ne Iudaei ſuper Chriſtianos actiones publicas agerent; iis denique legibus poteſtas accipiendi baptiſmum ſeruis facta, etiam inuitis dominis. Ita definiunt Capitularia *lib.* 6 *num.* 119 *et* 423. Concil. Tolet. 12 *c.* 9. Edictum Chlotharii II *cap.* 10. Concil. 1 Matiſc. etc. Eo autem praecepto ſtatuit Ludouicus Pius, ut Iudaeorum ſerui non baptiſentur, niſi ex eorum conſenſu; ut Chriſtianos ad eorum opera facienda habere poſſint; atque ut Iudaeorum cauſae ex teſtium dictis iudicentur, aut ad Imperatorem ipſum deferantur. Nihil ibi ſeruilem conditionem, cui hactenus addicti fuerant Iudaei, redolet: proprium habent, quod, etiam cum quibuslibet uoluerint hominibus, commutant; mancipia peregrina, modo intra imperium uendantur, emere illis licitum eſt; grauiori mulcta puniuntur, qui eorum morti conſenſerint; ac demum ſecundum ſuam legem uiuere illis permittitur. **Alia mundiburdia.** IB. p. 65 homines quosdam in tuitionem ſuam ſuſcipit, h. e. protectorium eis tribuit, cauſſasque, quae in patria definiri nequeunt, ad praeſentiam ſuam uult ſuſpenſas. IB. p. 67 Teofridem, relictam Lanſulmi mundeburdo ſuo complectitur. IB. p 71 redditus Richardo, quod auo eius Hoſtlaico ob homicidium commiſſum ademtum et fiſco adiudicatum fuit.

§. LXXX, 12 p. 231.

Patagerus acquirit uillam Granesdorff. *bunuarios decim.*) In HVND. M. S. t. II p. 8 cuidam uaſallo fideli et familiari ſuo Patagero conceſſit ad proprium quandam uillam iuris ſui prope fluuium Eniſa in comitatu Geroldi comitis, quae dicitur Granesdorf, quae eſt ſita in parte Sclauanorum cum omnibus appendiciis ſuis etc.

§. LXXXI, 6 p. 235.

p. 264 *et* 301.) HALITGARIVS Camerac. epiſcopus libr. de uita ſacerdotum conſcripſit, cuius epiſtolam nuncupatoriam et capit. ſummaria exhibet MARTEN. t. I p. 70 uet. S. et mon. ad a. 820.

§. LXXXV,

§. LXXXV, 1 p. 237.

qui recognouit.) In HONTHEIM hist. Treuir. t. I p. 176 haec exstat subscriptio: *Signum Ludouici Imp.* Signum *Lotharii gloriosissimi Imp. Signum Ludouici regis*, (h. e. Baioariae).

§. LXXXI, 5 p. 238.

deprehendantur) ACTA SS. t. III April. p. 450 in not. Ludouici Archicapellanus seu Cancellarius uocabatur Helizachar ad uicem cuius Durandus diaconus recognouit eas omnes chartas, de quibus agitur in Apologia praeliminari ad tom. II c. I n. 26: qui uel omnes uel plerique distinguendi ab inuicem sunt, nec sine fundamento in unam personam conflandi, obsistente saltem uerosimiliter professionum ac locorum discrimine.

§. LXXXVI, 1 p. 239.

recognoui et notaui) KNAVFF defens. Prum. p. 53: ad l. *Heliozar recognoui.*

§. LXXXVI, 2 p. 240.

obitum subscripsit.) a. XIII: *Hirmimarus Notar. ad uic. Friderici rec.* CHAPEAVILL. gest. episc. Tungr. t. I p. 148 a. XVIII *Hirmimarus notar. ad uicem Fridugisi rec.* ib. p. 155.

§. LXXXVIII.

subiungamus) In BOVQVET. scriptor. rer. Gallic. et Franc. t. VI proferuntur diplomata 3 a Ludouico, Rege Aquitaniae, et 243 ab Imperatore data.

§. LXXXVIII, A. II p. 246.

A. II) D. III Non. Febr. a. II ind. VIII. Act. Aquisgr. pal. reg. KNAVFF. defens. Prum. p. 53.

§. LXXXVIII, A. III p. 247.

Charpentier.) XVII. Kal. Maii in BALDERICI Chron. Cameracensi p. 62.

§. LXXXVIII, A. III p. 247.

L. IV p. 422) D. III Id. Iun. a. III regnante dom. Ludouico, sereniss. Aug. ind. X. Act. Scodonis uilla pal. reg. CALMET. h. L. t. I pr. p. 297.

§. LXXXVIII, A. III p. 247.

T. I p. 18 *et* 19.) D. VI Kal. Sept. a. III ind. X Act. Aquisgr. pal. HONTHEIM. hist. Treuer. t. I p. 167.

§. LXXXVIII, A. III p. 247.

ann. B. T. II p. 428.) BOVILLART c. l. p. 14.

§. LXXXVIII, p. 250.

A. VIIII *p.* 881, 882.) FALCKENST. Antiq. Nord. P. II, p. 152.

§. LXXXVIII, p. 250.

A. VIIII. *D. VIII Kal. Ian. ib. Id. p.* 883.) D. VI Kal. a. IX imp. Ludouici ind. I. Actum Fulcolingas. CARPENTIER alph. tiron. p. 57.

§. LXXXVIII, p. 251.

A. XIII.) D. VII Kal. Febr. a. XIII ind. IV. Act. Aquisgr. pal. KNAVFF. defens. Prum. p. 53.

§. LXXXVIII, p. 252.

A. XVI - - *L. V. c.* 10 *p.* 280.) BOVILLART. c. l. p. 15.

§. LXXXVIII, p. 255.

A. XXI - - *Ioann. spicil. I p.* 441) D. V Kal. Dec. ind. XIII. Act. Attiniaco pal. reg. LOBINEAV hist. de Bretagne preuv. p. 29.

§. LXXXVIII, p. 255.

A. XXII - - *Cointe a.* 833 §. 58.) DACHERI spicil. t. I p. 594.

§. LXXXVIII,

§. LXXXVIII, 6 p. 256.

A. XXIII - - *Perard. recueil p.* 19.) D. III Kal. Sept. a. XXIII ind. XV. Act. Karisiaco palat. reg. LOBINEAV hist. de Bretagne preuv. p. 29.

§. LXXXVIIII, 6 p. 258.

in Dei nomine feliciter. Amen.) ACTA SS. m. April. t. III p. 447: Anno sacrae incarnat. domini n. Iesu 814, ind. 7. dum felix Francia sub gloriosissimi Caesaris Ludouici moderamine omni uenustate floreret; obtinuit beneficio ipsius principis Henricus Abbas regimen monasterii b. Richarii, quod dum teneret adeptus est quidam suis precibus ex uasallis ipsius nomine Heuto uillam Sidrudem, quae erat in sorte fratrum deputata ad calceamenta et ad quaedam illorum alia uestimenta. MARTENE uet. script. et mon. Tom. I p. 829 Iudicium a Coloniensibus senatoribus editum, de libertate thelonei Indensis monasterii. A. 1155: In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. Notum sit cunctis Christi fidelibus, tam futuris quam praesentibus, quod pius Romanorum imperator Ludouicus adeo honorifice et tam magno dilectionis studio Indam constituit, ut non solum in ea nobile templum a sua nobilitate constitutum Saluatori et S. Cornelio consecratum diuersitate beneficiorum et hominum ditaret, et magna libertate nobilitaret: uerum etiam omnes cuiuscunque sint conditionis homines ad S. Cornelium pertinentes hac nobilitauit libertate, quod eos sua regali potestate ubique locorum in Romano imperio, ab omni genere thelonii absoluit. Contigit autem etc.

Pro mon. S. Richarii. **Indens.**

SCHEVCHZER et LOCHMANN. Alph. tab. XVIIII testantur, occurrere diploma donationis Ludouici P. episcopo Lausannensi datum a. 815, episcopo Curiensi a. 834. **ep. Lausan. et Curiens.**

§. LXXXX, 5 p. 260.

Pagi - - p. 492) BOVQVET t. VI scriptor. rer. Gall. et Francic. CHRIST. GVILIEL. FRANC. WALCHII censura diplomatis, quod Ludouicus Pius Imp. Aug. Paschali I Pont. Rom. concessisse fertur summo uiro Ludouico Antonio Muratorio inscripta et celeberrimo Patauinorum historico Antonio Sandino opposita. Lips. 4. 1749.

§. LXXXIX, 24 p. 271.

24. In LOBINEAV hist. de Bretagne preuv. p. 26 legitur charta inusitati stili: omnibus episcopis et uniuerso ordini ecclesiastico Britanniae consistenti notum sit quod dum Matmonocus Abbas ex monasterio Landeuennoch nostram adiisset praesentiam et illum siue de conuersatione monachorum illarum partium consistentium, siue de tonsione interrogassemus et ad liquidum nobis qualiter haec forent patefecisset, cognoscentes quomodo ab Scotis siue de conuersatione siue de tonsione capitum accepissent, dum ordo totius sanctae apostolicae atque Romanae ecclesiae aliter se habere dignoscitur, placuit nobis ut siue de uita sententiam de tonsura cum uniuersali ecclesia Deo dispensante nobis commissa concordarent. Et ideo iussimus, ut et iuxta regulam S. Benedicti patris uiuerent, quae possibilis et laude digna est. Et de tonsura capitis iuxta taxatum modum cum S. Romanae ecclesiae quae per orbem terrarum dilatata est concordent unitate. Et eundem uiuendi morem iuxta quod in sancti atque eximii patris Benedicti regula scriptum est in hoc monasterio praedicto teneant et in subiectis eius ceteris, quae nostrum plenissimum iussum exequi ualuerint. Haec piissimi Ludouici imperatoris praecepta de manu eius roborata. Monogramma, quod additur uitiosum delineauimus n. 13.

mon. Landeuennoch.

25. A formulis iustis abludit charta monasterii S. Maximini in HONTHEIM Histor. Treu. t. I p. 163. Hludouicus gratia Dei rex Francorum et Longobardorum et patricius Romanorum. Si quieti monasteriorum prouidemus, hoc nobis et regni nostri diutinam stabilitatem conciliabit, et beatorum pauperum spiritu mercede donabit. Quapropter omnis regni nostri unanimitas nouerit, quod nos uenerandi Helisachar familiaris nostri et abbatis coenobii sanctissimi confessoris Maximini protectoris nostri postulationem percepimus, qualiter pii genitoris nostri Karoli, iure praenominati magni, factum sequentes, iam dictum monasterium priuilegiis nostrae quoque auctoritatis roboraremur; quam petitionem cum mansuetudine suscepimus, et fieri autoritatiue precepimus. Decreuimus namque, et omnibus post nos futuris denunciamus, praefatum locum sub nostro sequentiumque regum manere dominatu, ueluti prioribus temporibus in ditione regum mansisse dinoscitur, nulli unquam loco subiaceat, nullius personae dominationem patiatur, electionem etiam abbatis

S. Maximini.

batis concedimus monachorum arbitrio, eum uidelicet, qui uitae ac ſapientiae merito ſecundum regulam probabilis inuenitur, eligendi. Mancipia inſuper et praedia, uel cunctam monaſterii ſubſtantiam abbatis poteſtati permittimus, et ad fratrum ſolummodo conductum, ne ſanctae religionis ſtatus deficiat, liberam uendendi et commutandi habeant noſtrae auctoritatis licentiam; quatenus ſine indigentia, ſed cum tranquillitate et pace dominum pro ſalute noſtra iugiter exorent. Et ut haec autoritas inuiolata perduret, manu propria firmauimus; et ſigilli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus.

26. Diplomatis, quod §. LXXVI, 51 e GVDENI ſylloge rerecenſuimus, epitomen iam dederat GVILLIMANN. de epiſcopis Argentinenſibus p. 120; nunc uero pleniſſime exhibetur in der actenmäſſigen Geſchichts-Erzehlung in cauſſa ſereniſſimi marchionis Badenſis contra monaſterium Schvvarzacenſe. Nolo equidem huius tabulae fidem conuellere, cum praeſertim ea in diplomate Rudolphi I Imperatoris confirmetur: at uero nemo rei diplomaticae Ludouici pii gnarus diffitebitur, ſtilum ualde ſingularem eſſe; manifeſtus error in numeris. D. a. inc. d. DCCCXLV a. regni Ludouici Imperatoris XXXII. Ferolsfelt. *Wilhelmus Cancell. ad uicem Regenbaldi Archicancellar.* recognouit, qui chartis incognitus, nec teſtium nomina hoc tempore adſcribi ſolebant. Schvvarzac.

§. LXXXXI, p. 273.

Besly c. l. p. 21) D. VI Id. Mart. a. XV Imp. d. Ludou. ſereniſſ. Aug. et XII regni noſtri. Dat. in Aquisgrani palat. MARTEN. t. I uet. ſcript. et mon. p. 84.

§. LXXXXIII, p. 276.

Murator. T. V antiq. p. 941) Lotharius diuina inclinante prouidentia Imp. Aug. MVRATOR. t. VI p. 315 antiq. It.

§. LXXXXVIII, 6 p. 283.

legibus defendi poterant.) Eamdem eccleſiam ap. MVRATOR. t. VI p. 35 in tuitionem ſuam recipit, petente Amalrico epiſcopo et Abbate Bobienſi. Violatores maneat mulcta XXX libr. argenti. Si aliquis ex hominibus ipſius eccleſiae tam ingenuis quam ſeruis aliquid deliquerit, unde fiſcus quippiam ſperare potuerit, totum hoc eccleſiae

ſiae concedit. Confirmat etiam ei foreſtem, quae nuncupatur mons longus cum curte, nec non et alpem, quae uocatur Adoa.

§. LXXXXVIII, 18 p. 289.

pro mon. Nonantulan. *ab aliis recipiant*) IB. t. VI p. 307 pro mon. Nonantulano ſtatuit, ut ex ea congregatione talis eligatur Abbas, qui ſecundum regulam S. Benedicti tanta congregatione prudenter regere ualeat et ſaluationem animarum ſeu utilitatem et eccleſiae principis conſtitutione procuret, et nullo in tempore alicui committatur, niſi eorum electione et conſenſu etc. IB. t. VI p. 315 eiusdem monaſterii confirmat immunitates: ut ab hominibus praefati monaſterii, qui huc illucque negotiandi gratia, ſicut ſupra dictum eſt, diſcurrunt, uel qui monaſterio conferre, uel adducere uidentur, ſiue etiam ab eis hominibus, qui ad idem monaſterium aſpiciunt, nihil omnino a quolibet miniſtro Reipublicae, uel cuiuscumque ex Exactore intra regna Deo propitio noſtra exactetur; nec theloneum, uel pontaticum, ſiue rotaticum, aut cluſaticum, ſed neque quod in carris, aut ſagmatibus, uel dorſis hominum comportare uidetur, requirere uel accipere quispiam ab eis praeſumat, nec non eorum ouibus pro paſcuis portaticum, uel agrarium, uel naualem remigium, tam in eumdo quam in redeundo, aliquid exigere, aut ullam inferre audeat contrarietatem, uel inquietudinem; ſed ſicut in priſtinis auctoritatibus reperimus, et a nobis ſupra praelibatum et definitum eſt, ita maneat pro noſtra elemoſina noſtris futurisque temporibus inuiolabile.

§. LXXXXVIII, 19 p. 289.

Prumienſ. *teſte Marten.*) In KNAVFF. defenſ. Prum. p. 55 confirmat immunitatem a Ludouico P. impetratam. IB. p. 59 Prumienſibus exemtionem ab omnibus teloneis concedit: nullum telonium, nec rotaticum, nec pontaticum, nec pulueraticum, nec ſalutaticum, nec ceſpitaticum, nec ripaticum, nec trabaticum, ſeu neque portaticum exigere aut exactare quicquam praeſumat.

§. LXXXXVIII, 19 p. 190.

133, 136.) et quod utilitatem eiusdem eccleſiae uberius exſequendam iuxta memorati abbatis petitionem contulimus, praefato

ſancto

ſancto loco eiusque prouiſoribus, ut ſi quaelibet extranea perſona eius inſidiando ſeruum interemerit, freda, quae a publicis exigebatur actoribus, ad eius perenni iure cedant partem nihilo minus etiam, ſicut in noſtro altero continetur priuilegio, modis omnibus ſancimus, quatenus omnia freda, quae ſeruis eiusdem monaſterii ad ius publicum legalis inſtitutio perſoluere cogit, ut ad luminaria eiusdem coenobii deinceps perſeuerent, per hanc noſtram ſtabilimus auctoritatem et ſtabiliendo imperiali corroboramus, quatenus hanc noſtram ceſſionem pars praeſcripti monaſterii quiete ibi uiuens delectet monachi inibi Deo militantes pro noſtra et totius imperii noſtri ſalute Domini copioſius implorent miſericordiam.

§. CII, p. 299.

ex rebus iuris ſui tradit) Fulcardo fideli ſuo, deprecante Madfrido fideli miniſteriali ſuo, donat in pago Eiflenſe in uilla Bettinga manſum in dominicatum unum, ad quem pertinere noſcuntur alii manſi VIII, quos ipſe prius beneficiario poſſedit munere cum eorum pertinentiis etc.

§. CVIII, 1 p. 302.

Id. t. V p. 974.) et t. VI p. 315. Liuthardus Notar. ad uic. Vitgarii ſignaui.

§. CVIII, 2 p. 303.

Baluz. append. Cap. p. 1438.) a. XVIII Druċtemirus ſubdiaconus atque Notar. ad uic. Egilmari rec. et ſubſcr. MVRATOR. c. l. t. VI p. 309.

§. CVIII, 2 p. 303.

app. p. 35.) a. XXIII. MVRATOR. t. VI antiq. Ital. p. 37.

§. CVIII, 2 p. 303.

Geneal. Franc. p. 143) HONTHEIM. c. l. p. 180.

§. CVIIII, p. 305.

Theodotae datae adnexum delineat.) Id. t. VI p. 310 fragmentum ſigilli Lotharii pingi curauit.

§. CX, A. XV, p. 310.

Coint. a. 838 §. 12.) A. XVIII D. III Non. Februar. ind. XV. Act. Nonautula. MVRATOR. t. VII antiq. Ital. p. 309.

§. CX, A. XXI, p. 311.

t. I Gall. Christ. instr. p. 107.) D. XIII Kal. Mart. a. XXI, I. Ind. IV. Act. Aquisgr. palat. KNAVFF. defens. Prum. pag. 55. HONTHEIM. c. l. t. I p. 179.

§. CX, A. XXIII, p. 312.

Theodonis uillam discessit) D. XI Id. Septembr. a. XXIII et III ind. VI. Act. Gundulfi uilla palat. reg. MVRATOR. t. VI antiq. Ital. p. 37.

§. CX, A. XXV, p. 313.

aere repraesentantur.) D. VIII Kal. Iun. a. XXV. HONTHEIM. p. 183. D. Id. Iun. Act Aquisgran. pal. reg. MVRATOR. t. VI antiq. Ital. p. 315. (annus deficit. MVRATORIVS apponit a. 844 aut duos sequentes).

§. CXII, p. 321.

Ludouic. II Imp. acquirit uillam Hibernam.

ad proprium conferremus.) IB. t. VI p. 31 tradit Ludouico Imp. fratri uillam Hibernam coniacentem in Comitatu Licudisiano - - - nec non quodcumque ex rebus ipsius S. Lantberti in suo noscuntur esse regno ea scil. conditione, ut ipse demum eas clarissimae Imperatrici Ingelbergae tradat cum omni integritate.

§. CXII, A. XI, p. 322.

Murator. antiq. T. II p. 121.) Clorimbaldus regiae dignitatis cancellarius rec. et subscripsi. D. XVI Kal. Iun. ind. XIIII. IB. t. VI p. 31 exhibetur monogramma (n. 14) et sigillum (n. 11).

§. CXVIII, p. 328.

et Imperatorem excitabant.) Tabulas ad Angilbergam August. pertinentes latius exposuimus in *Commentar. de re diplomatica Imperatricum* §. LVIII sq.

§. CXVIIII,

§. CXVIIII, 9 p. 334.

cuius cartulati esse uidentur.) In VGHELL. Ital. sac. T. X app. p. 405 profertur Ludouici II Imperat. Augusti priuilegium fundationis, et dotationis monasterii S. Clementis in Piscaria anno Domini DCCCLXXV - - - - castella, et res infra scriptas cum possessionibus et iuribus, uasallis, uasallorum reditibus, requisitionibus, molendinis, aquarum decursibus, piscationibus, ualeatoriis, siluis, rupibus, domibus, massaritiis, aldionaritiis, arrenditiis, mercatis, nundinis factis, et ordinatis, et in antea in ipsis Castellis, et locis pro ipsorum religiosorum uirorum arbitrio construendis, et ordinandis iam dicto Venerabili summae Trinitatis coenobio, quod Monasterium sancti Clementis in Piscaria supra nuncupati praecepimus praesentialiter solemniterque largimur etc. Pro mon. S. Clement. in Piscaria.

§. CXXVII, p. 349.

Monogrammata designauit.) t. VI p. 29 occurrit. Signum a regula ualde aberrans (uid. n. 15).

§. CXXVIII, 4 p. 351.

T. I p. 585.) et t. VI p. 345.

§. CXXVIII, 4 p. 351.

Gattul. access. T. I p. 41.) VGHELL. Ital. Sac. T. X append. p. 407: eam nostrae manus adnotatione solemniter insigniuimus, nostraeque Bullae plumbeae impressione subter confirmari iussimus. Signum manus Domini Ludouici Serenissimi Imperatoris. *Etulbertus Presbyter, et Not. scripsi, et subscripsi.* Datum tertio Idus Octobris, Indictione octaua. Actum Olonna Curiae Imperiali anno imperii D. Ludouici Sanctissimi Imperatoris uigesimo quinto, Deo propitio feliciter. Amen. Anno Dominicae incarnationis DCCCLXXV Indictione VIII. In chartis ad Angilbergam Imperatricem spectantibus apud MVRATOR. c. l. t. VI p. 27 legitur: *Leodoinus sacerdos iussu Imperatorio ad uicem Faremundi recognoui et subscripsi.* et p. 29: *Ego Leudoinus archipresbiter palatinus iussu Imperatoris ad uicem Firmundi rec. et subscripsi.*

§. CXXX, p. 352.

suis epochis restituere tentabimus.) De notis chronicis Ludouici II nonnihil disquiritur in MVRATOR. script. rer. Ital. T. II, P. I p. 220 sqq.

§. CXXX, p. 356.

Murator. T. II, P. II p. 399 *in not.*) A. 868. Act. Venus. D. IIII Kal. Mai. a. XVIII ind. I. MVRATOR. t. VI antiq. Ital. p. 345.

§. CXXX, A. 869, p. 356.

Aliena.) D. VIII Kal. Iun. a. XX ind. II. Act. Venusiae. MVRATOR. t. VI antiq. Ital. p. 27.

§. CXXX, A. 870, p. 356.

Act. Capuae ciuit.) D. a. XXI ind. III, III Non. Iun. Act. ciuitate Venusia. MVRATOR. c. l. t. VI p. 29.

§. CXXXVIII, 7 p. 371.

se se distinguat.) IB. t. VI p. 355 eidem ecclesiae concedit monasterium S. Anthimi in pago Senensi et Clusino. Et quia in eodem monasterio ordo Monasticus habetur, uolumus, ut saepe dictum Monasterium, facultatibus crebro dictae sanctae matris Ecclesiae coniunctum, sub dominio et amministratione Ecclesiasticae auctoritatis ipsius Praesulis et Successorum eius consistat; qui etiam indesinenter quadraginta ibi Monachis regulariter amministrent, quatenus Monasticus Ordo secundum Sancti Benedicti doctrinam in eo immutabili conuersatione colatur, et laudabili religione semper in perpetuum celebretur; e quibus aliquo diuina uocatione amoto, alterius loco instituatur, ne numerus minuatur, qui - - - - de propria Congregatione Deo dignus Vicario Sancti Donati, omnium consensu, eligatur, ne Monasticus ordo ibidem adnihiletur.

§. CXXXVIII,

§. CXXXVIII, II p. 374.

in antecessor. diplom.) item partitio stipendiorum mon. S. Germani. BOVILLART. c. l. p. 19. CATEL. hist. de Comt. de Tolose p. 74 pro mon. Vabrens. Bernardus Tolosanus marchio et dilectissimus nobis fidelis ad nostram accedens mansuetudinem innotuit, qualiter pater suus Ragemundus in pago Ruthenico et in loco suae proprietatis super fluuium Dordone in uilla Vabra ecclesiam ad monasticum ordinem excolendum in honore sancti et gloriosi principis Apostolorum Petri, sanctique Dionisii nobili opere construxerit - - Quamobrem humiliter nostram et petiit altitudinem ut propter mercedis nostrae augmentum, quaecumque data sint uel fuerint sub praetextu nostrae dominationis ac immunitatis saluamento recuperemus atque iam dicto clerico Rollando et post ipsius discessum Benedicto filio Ragemundi fratri suo, praecepto nostrae authoritatis confirmaremus. Pro mon. Vabrens.

§. CXXXVIII, II p. 375.

in tuitionem recipit) et in HONTHEIM. c. l. p. 204 eidem monasterio confirmat immunitatem a teloniis in regno suo. In BOVILLART. c. l. p. 17 monasterio S. Germani indulget immunitatem a teloneo. S.Germani IB. p. 18 eidem tribuit res fisci, i. e. uillam Bospatium in pago Landunensi sitam, habentem mansos septuaginta cum omnibus uillulis sibi pertinentibus, cunctisque suis appenditiis, praeter duodecim feminas, quas in suo retinuit seruitio. In monasterium S. Florentii largus est in LOBINEAV hist. de Bretagne preuv. p. 51: S. Florent. Karolus Dei gratia Rex. Cum regni nostri quietem quorundam insidiis perturbatam ad nostrum germanum Ludouicum defectionem meditantem componere tractaremus, quorundam etiam Sanctorum loca uastata restaurare cuperemus, inter cetera orta est saepenumero deplorata calamitas praeclari ac dilecti nostri S. S. confessoris Christi Florentii assistente nobis eiusdem loci Ven. abbate Radulfo. Nam cum constet eumdem locum a piae memoriae Karolo auo nostro praeclaris aedificiis et plurimis possessionibus nobilitatum etc. a rebelli nostro crudelissimo Nomenoio Britone nostri odii caussa incensus est et plurimae eius possessiones inuasae etc. (contulit plura) omnes ecclesias quae suprafati loci esse uidentur, per eorum episco-

Roton. patus cuncta synodali exactione absoluimus. IBID. p. 54 monast. Roton. confirmat possessiones, ipsumque in tuitionem recipit.

§. CXXXXVII, p. 395.

in Mabill. R. D. p. 539.) a. XXV Hildibold. not. ad uic. Ludouici rec. HONTHEIM. c. l. p. 204.

§. CXXXXVII, p. 396.

Mart. V. M. T. I p. 195, 197.) BOVILLART. c. l. p. 19.

§. CXXXXVII, p. 396.

multis loquentibus tabulis.) a. XXXVII. *Audacher. Not. ad uic. Gazulini rec. et subscr.* post haec uerba maioribus ac crebris literis scriptum legitur: ✝ VIDIMVS ✝. MVRATOR. t. VI p. 335 Antiq. Ital.

§. CXXXXVIIII, p. 401.

A. VII.) D. VII Id. Aug. a. VII ind. VIIII. Act. Verno palat. BOVILLART. c. l. p. 17.

§. CXXXXVIIII, A. VIIII, p. 402.

Mabill. c. l. p. 685.) LOBINEAV hist. de Bretagne preuv. p. 51.

§. CXXXXVIIII, A. XI, p. 402.

qui dicitur Lirinus.) D. III Non. Aug. ind. XIII a. XI act. in Bonaualle. LOBINEAV c. l. p. 54.

§. CXXXXVIIII, A. XXV, p. 406.

Marten. c. l. p. 173.) D. III Kal. Aug. ind. XII a. XXV. Act. Remis. KNAVFF. defens. Prum. p. 204.

§. CXXXXVIIII,

§. CXXXXVIIII, A. XXVIII, p. 407.

Mabill. t. III ann. B. p. 135.) D. Non. Septembr. ind. XV a. XXVIII. Act. in uilla S. Vedasti quae dicitur Vallis. BOVILLART. p. 18.

§. CXXXXVIIII, A. XXX, p. 408.

Mabill. c. l. p. 162.) CATEL. hist. de Comt. de Tolos. p. 74.

§. CXXXXVIIII, A. XXXII, p. 409.

Paris. t. I p. 470.) BOVILLART. c. l. p. 19.

§. CXXXXVIIII, A. XXXVII p. 410.

Coloniam proficiscitur.) a. XXXVII in successſ. Hlotharii VII et imp. II successſ. Hludouici regis I. (dies et mensis obliterati). Actum Agrippina Colonia ciuitate. MVRATOR. t. VI p. 335 antiq. Ital.

§. CLI, p. 411.

Pertois siluam de Hur, etc.) GVICHENON Bibl. Sebusian. p. 181 in Confirmatione donationum monasterii Cariloci, a Philippo Augusto, Francorum rege: quas ecclesias et uillas Boso Rex dedit in eleemosynas memorato Radeberto, Episcopo, et ecclesiae Cariloci; et idem Radebertus per praeceptum Caroli M. sibi fecit confirmari.

§. CLI, 6 p. 413.

reliqua desunt.) CATEL. hist. des Comts de Tolos. p. 167 in charta Ludouici regis a. 1463: monasterium S. Saturnini Tolosae ord. S. Augustini, quod gloriosae recordationis Karolus Magnus praedecessor noster fundauit. (Rectius uindicatur Carolo Caluo, qui in hoc monasterio alias tabulas dedit). **Pro mon. S. Saturnini,**

§. CLII,

§. CLII, 5 p. 414.

Vabrenſ. *corroborari decernimus.*) CATEL. hiſt. de Comt. de Toloſ. p. 71: In nomine ſanctae et indiuiduae trinit. Carolus gratia Dei Rex Franc. et Langob. ac patritius Romanorum. qualiter uir uenerabilis Comes Raimundus ex monaſterio quod ipſe nouo opere iure proprietario aedificauit in loco nuncupato Vabro in pago Lurienſe citra lympham Dordonis - - et ipſum ſanctum locum ſub noſtra defenſione atque dominatione ad regendum nobis uiſus eſt tradidiſſe - - Signum Caroli Regis. Adalguarius Notar. ſcripſit ad uicem Gislenis.

Data XIV Id. Aug. ind. X a. XXIV regnante Karolo Rege glorioſiſſ. Act, Pariſiis ciuit. i. d. n. f. a.

INDEX

INDEX AVCTORVM.

ACTA SANCTORVM a Io. Bollando, Godefrido Henschenio, Daniel. Papebrochio, Francisco Baertio, et aliis S. I. collecta. Antvverp. 1643 sq. f.

M. ADAMI Bremensis historia ecclesiastica inter *Lindenbrogii* scriptores rerum Germ. septentrional.

AGOBARDI, archiepiscopi Lugdunensis, opera, cura Stephani Baluzii. Paris. 1666. 8.

AIMOINI monachi historia Francorum libri IV. Edidit du *Chesne* t. III Scriptor. et *Freher*. in corp. hist. Franc. P. II p. 247.

NICOL. ALEMANNVS de parietinis Lateranensibus in thes. Graeu. Ital. T. VIII P. IV.

NATALIS ALEXANDRI historia ecclesiastica ueteris nouique testamenti. Paris. 1714. fol.

ELIA DI AMATO lettera, quando il mestieco di Notai fosse appo gli antichi celebrevole et di somm' onore nelle *lettere erudite* Part. II p. 72 sq.

ANAMODI Subdiac. Ratispon. tradition. Sancti Emeram. in *Pez.* thes. anecd. t. I P. III.

ANASTASII BIBLIOTHECARII de uitis Romanor. Pontificum a b. Petro Apostolo ad Nicol. I adiectis uitis Hadriani II et Steph. VI auctore GVILLELMO bibliothecario t. II. opera Francisci Blanchini. Romae 1718. f.

ANDREAE presbyteri chronicon in *Menck.* t. I script. Germ. p. 90 et in *Murator.* t. I antiqu. Ital.

ANNALES *Francorum Bertiniani* apud *du Chesne* t. III p. 150 et *Murator.* t. II script. Ital. p. 491.

ANNALES *Francorum Fuldenses* siue gesta Francorum ab a. 714-883 inter scriptores XII Pithoei primus, itemque apud du *Chesne*, *Murator. Lambec. Labbeum*, *Reuber*. *Freher*.

ANNALES METENSES ap. du *Chesne* t. III p. 262.

ANNALISTA Saxo ab initio regni Francor. usque ad a. 1139 in *Eccard.* corp. histor. medii aeui t. I p. 133.

PAVL. ANTON. exercit. de uita et doctrina Haymonis, episc. Halberstad. resp. Wilhelm. Erasmo Arnds. Hal. 1700.

IOANN. THVRNMAIERI uulgo AVENTINI annales Boiorum. edente *Gundling*. Lipſ. 1710. f.

CHRISTOPH. FRIDER. AYRMANNI Sylloge anecdotor. Francof. ad Moen. 1746. 8.

EIVSDEM commentatio de archicancellariorum S. R. Imperii originibus genuinis. Gieſſ. 1746. 4.

BOHVSL. BALBINI epitome rerum Bohemicar. hiſtorica. Prag. 1677. f.

Chronicon Cameracenſe et Atrebatenſe ſiue hiſtoria utriusque eccleſiae abhinc ſexcentis fere annis conſcripta a BALDERICO, Nouiomenſi et Tornacenſi epiſcopo, nunc primum edita et notis illuſtrata per *Georgium Coluenerium*. Duaci. 8. 1655.

STEPHANI BALVZII Capitularia regum Francorum T. II. Pariſ. 1677. fol.

EIVSDEM miſcellaneorum L. VII. Paris 1678-1715. 8.

CAESARIS BARONII annales eccleſiaſtici. T. XII. Colon. Agrip. 1670 ſq. f. in primis T. IX et X.

P. IOSEPH BARRE allgemeine Geſchichte von Deutſchland aus dem Franzöſiſchen überſezt. II Band. Leipzig 1749. 4.

BAVDELOT *de Dairval* de l'utilite des voyages et de l'avantage, que la recherche des antiquités procure aux ſavans. 12. Paris. 1686. 2 Vol. et Rouen 1728. Auctor ſcriptores inter eos referendus, qui diplomata impugnarunt, atque adeo MABILLONII opus prouocarunt. Dubitandi illius rationes excutiunt auctores *du nouveau traité de diplomatique* P. I p. 12 ſq.

GOTTFRID. LEONARD. BAVDIS ad analyſin Monagrammatum Imperatorum et regum Germ. praeparatio. Lipſ. 1737. 4.

EIVSDEM Monogrammatum Imperatorum et reg. Germanorum a Carolo M. usque ad exceſſum Caroli III Analyſis et uſus in probationibus. Ib. eod. anno.

CASP. ACH. BECK de ducatu Franconiae. Ien. 1709.

IO. CAROL. BEHEIM. diſſ. de Archiuis ueter. Chriſtianor. Altdorf. 1722.

IOANNES DE BEKA et *Wilbelmus Heda* de epiſcopis Vltraiectinis, recogniti et notis hiſtoricis, illuſtrati ab Arn. Buchelio Batauo I. C. Vltraiecti 1643. f.

EGGERICS BENINGA hiſtoire von Ooſtfriesland in T. IV Analect. Ant. Matthaei.

IO. HENR. BERGER. diſſ. de iudiciariis cancellariarum praerogatiuis. Vitemb. 1708.

GODE-

GODEFRIDI DE BESSEL, Abbatis, Chronicon Gottvvicense. Tom. prodromus de codicibus antiquis manuscriptis, de Imperatorum et regum Germaniae diplomatibus, de eorumdem palatiis, uillis et curtibus regiis atque de Germaniae medii aeui pagis. typis monasterii Tegernheensis O. S. Bened. 1732. f.

MAXIMA BIBLIOTHECA ueterum patrum. t. XXVII. Lugdun. 1677. fol.

CONR. FRID. ERN. BIERLING exercit. academica de Carolo I, Imperatore uirtutibus ac naeuis magno, resp. Frid. Leop. Georg. L. B. de Wartensleben. Rintel. 1738.

SEVERINI BINII concilia generalia et prouincialia graeca et latina t. VII. Lutet. Paris. 1636. f.

GERARDI du BOIS historia ecclesiae Parisiensis. Paris. II Vol. fol. 1690-1710.

IAC. BORNITIVS de instrumentis literariis. Dresd. 1626. 4.

IEAN DV BOVCHET la veritable origine de la seconde et troisieme lignée de la maison de France. Paris 1661. f.

IAQVES BOVILLART histoire de l'abbaye royale de St. Germain des Prez. Paris 1724. f.

MARTINI BOVQVET scriptores rerum Gallic. et Franc. Paris t. VI. f.

ENNO. RVDOLPH. BRENNEISEN Ostfrisische Historie und Landes-Verfassung. Aurich. t. II f. 1720.

BARNABAE BRISSONII de formulis et solennibus populi Romani uerbis libr. VIII ex recensione Franc. Caroli Conradi. Halae et Lips. 1731. f.

Magnum *bullarium* Romanum t. VI cum continuat. in Part. VIII. Luxemburg. 1727-1740. f.

CHRISTOPH. BROWERI antiquitates Fuldenses. Antvverp. 1612. 4.

EIVSDEM ET IACOBI MASENII antiquitatum et annal. Treuirens. t. II. Leod. 1671. f.

GASPAR BRVSCHII Chronologia monasteriorum Germaniae praecipuorum ac maxime illustrium. Sulzbaci 1682. 4.

SVPPLEMENTVM BRVSCHIANVM siue centuria secunda, quam edidit *Daniel* de *Nessel.* Vindobonae 1692. 4.

IO. FRANC. BVDDEI diss. de uita et doctrina *Hrabani Magnentii Mauri*, resp. M. Io. Christ. Iung-Iohann. Ien. 1724.

CHRIST. GOTL. BVDER. epist. de Bibliotheca diplomatica conquirenda. Ien. 1723. et in opusc.

HENR. Comit. de BVNAV teutsche Kayser- und Reichs-Historie. Lips. 1728. sq. 4.

EIVSDEM bibliothecae Catalog. tom. I, in quo ſcripta quamplurima ad diplomaticum apparatum pertinentia indicantur. e. c. p. 651 auctores de origine literarum in genere, p. 652 de arte et modo ſcribendi, p. 656 de ſcribis et librariis ueterum, p. 657 de notis ueterum, p. 660 de materia in qua ueteres ſcripſerunt, ac de liquoribus et inſtrumentis ad ſcribendum adhibitis.

AVGVST. CALMET hiſtoire eccleſiaſtique et civile de Lorraine. Tom. III. à Nancy 1728. f.

P. MARIA CAMPI hiſtoria univerſale di Piacenza 1651. III Vol. fol.

HENR. CANISII theſaurus monumentorum eccleſiaſticorum et hiſtor. ſiue lectiones antiquae, cum notis *Iac. Baſnage*. T. IV. Antv. 1725. f.

P. CARPENTIER O. S. B. Praepoſiti S. Oneſimi Doncherienſis, Alphabetum Tironianum ſeu notas Tironis explicandi methodus cum pluribus Ludouici Pii chartis, quae notis iisdem exaratae ſunt et hactenus ineditae. Paris. 1747. f.

CHRONICON CASAVRIENSE in *Murat*. T. II, P. II Script. Ital. p. 767.

GVILLAVME DE CATEL hiſtoire des Comtes de Toloſe, à Toloſe 1623. f.

IOANNIS DE CHAPEAVVILLE hiſtoria ſacra et prophana nec non politica, in qua non ſolum reperiuntur geſta pontificum Tungrenſium, Traiectenſium et Leodienſium, uerum etiam pontificum Romanorum atque Imperatorum et Regum Franciae usque ad Ludovicum XIII. Auguſtae Eburonum III Vol. 4. 1612, 1616, 1618.

ANDREAE DV CHESNE hiſtoriae Francorum ſcriptores coaetanei T. V. Paris. 1636-1649. f.

CAROL. LE COINTE annales eccleſiaſtic. Franc. Paris. t. VIII. 1665-1683. f.

HERMANN. CONRING. cenſura diplomatis, quod Ludouico Imp. fert acceptum coenobium Lindauienſe. Helmſtad. 1672. 4.

MARTINI CRVSII annales Sueuici ſiue Chronica rerum geſtarum antiquiſſimae et inclytae Sueuiae gentis. Francof. 1595. f.

IOH. PESSINAE de CZECHEROD Mars Morauicus. 1677. fol.

LVCAE DACHERII Spicilegium siue collectio ueterum aliquot scriptorum, nou. edit. *Franc. Iosepb. de la Barre.* III Tom. Paris. 1723. f.

IOH. DIECMANNI specimen glossarii MSCti latino theotisci, quod Rabano Mauro, archiepiscopo Moguntino, inscribitur. Brem. 1721. 4.

L'art de verifier *les dates* des faits historiques, des chartes, des chroniques et autres anciens monumens depuis la naissance de notre Seigneur par le moyen d' une table chronologique avec un calendrier perpetuel. à Paris 1750. 4. Prem. et second. Part. par *des religieux Benedictins* de la congregation de S. Maur.

NOUVEAU TRAITE DE DIPLOMATIQVE par deux religieux Benedict. de la congregation de S. Maur. tom. I. à Paris 1750. 4.

IACQVES DOVBLET histoire de l'abbaie de S. Denis en France. Paris. II Vol. 4. 1625.

IO. GEORG. ECCARD. commentarii de rebus Franciae Orientalis et Episcopatus Wirceburg. T. II. Wirceb. 1729. f.

EIVSDEM Catechesis theotisca. Hanouer. 1713. 8.

EIVSDEM corpus historicum medii aeui. t. II. Lips. 1723. f.

EIVSDEM leges Francorum Salicae et Ripuariorum. Hanouer. 1719. f.

EIVSDEM animaduersiones historicae et criticae in IO. FRIDER. SCHANNATI Dioecesin et Hierarchiam Fuldensem. Wirceburgi 172-. f.

EIVSDEM gründliche Nachricht von der Kayserlichen und Koeniglichen alten Salzburg und dem Pallast Salz in Francken. Wurzburg 1726. 4.

EIVSDEM origines familiae Habspurgo - Austriacae. Lips. 1721. fol.

EKKEHARDI MINIMI Decani S. Galli liber de uita B. Notkeri Balbuli inter Script. rer. Alam. *Goldasti* T. I.

IO. EGONIS de uiris illustribus Augiae diuitis lib. in PEZ. thes. anecd. t. I.

ELECTA IVR. PVBL. curios. Colon. 1696. 4.

ELECTA IVRIS PVBLICI. Ien. 1709 - 1725. 8. XX Vol. et V supplem. auctoribus LVDOLPHO et MVLLERO.

GEORG. ENGELBRECHT de instrumentis indiscretis. Viteb. 1707.

IO. GEORG. ESTOR. commentarii de ministerialibus. Argentor. 1727. 4.

IO. HENR. DE FALCKENSTEIN analecta Nordgauiensia. Schvvabach 1734. 8.

EIVSDEM antiquitat. et memorabilia Nordgou. uet. Schvvabach 1734. f.

IO. FRID. FALCKENS Entvvurff einer historiae dipl. Corbeiensis. Braunschvv. 1733. 8.

EIVSDEM codex tradition. Corbeiens. notis criticis atque historicis ac tabulis geographicis et genealogicis illustratus. Lips. et Guelpherb. 1752.

IOACH. FRID. FELLERI monumenta uaria inedita. Ien. 1714. 4.

IOANN. PAVL. FINCKE index diplomatum ciuitatis et ecclesiae Hamburgensis Chronologicus. Hamburg 1751. 4.

FLODOARDI presbyteri et Canonici Remens. L. IV historiae Remens. in t. XVII bibl. max. patr.

MARQ. FREHERI commentar. ad D. M. Ausonii Mosellam. Hanouiae 1619. f.

EIVSDEM commentariolus de Luploduno antiquissimo Alemanniae oppido additus commentario priori.

EIVSDEM Origines Palatinae. Heidelberg. 1613. f.

EIVSDEM rerum German. Scriptores cura BVRC. GOTH. STRVVII T. III. Argent. 1717. f.

FRERET reflexions sur l'etude de l'ancienne histoire, in *Mem. de l'acad. des Inscript.* t. VIII, p. 260.

CAROLI DV FRESNE, *domini du Cange*, Glossarium ad Scriptores mediae et infimae latinitatis. t. VI. f Venet. 1736 sq.

LENGLET DV FRESNOY methode pour etudier l'histoire. Paris 1735. 8. VIIII Vol. In Tom. V, c. 54 de diplomatibus ita differitur, ut uarii scrupuli obiiciantur, quos eximere student auctores *du nouveau traité de diplomatique* P. I, p. 12.

IO. IAC. FREY commentatio de Muntmannis, qua simul quid mundeburdum fuerit uberius ostenditur. Norimberg. et Altdorfii 1749. 4.

FERDIN. FVRSTENBERG Monumenta Paderbornensia. Paderbornae 1669. 4. Francof. et Lips. 1713. 4.

ERASMI GATTVLA historia Abbatiae Cassinensis T. I. Venet. 1733. f.

EIVSDEM accessiones ad histor. Abbatiae Cassin. Venet. 1734. f.

PETRI GEORGISCH. gesta chronologico - diplomatica. Francof. et Lips. 1740 sq. f.

EIVSDEM corpus iuris Germanici antiqui. Halae 1738. 4.

IOH.

IOH. WILHELM DE GOEBEL. gründliche und vollſtändige Abhandlung aus den Staats-Rechten in den Geſchichten. Helmſt. 1737. 8.

MELCH. HAIMINSFELD. GOLDASTI collectio conſtitut. Imperialium T. III. Francof. 1615. f.

EIVSDEM rer. Alamannicarum ſcriptores aliquot uetuſti, cura HENR. CHRISTIAN. SENCKENBERG. T. III. Francof. et Lipſ. 1730. f.

IOH. GEORG. GRAEVII theſaurus antiquitatum et hiſtoriarum Italiae, continuatus a Petro Burmanno. T. X. Vol. XLV. Lugduni Batau. 1704-1722. f.

P. IGNATII GROPP. aetas mille annorum antiquiſſ. et Regalis monaſterii in Amorbach hiſtorica methodo adumbrata. Francof. 1736. f.

SAM. GROSSER. diſſ. de bullis Imp. aureis inprimis illis, quae in Gorlicenſi aſſeruantur curia 1709. in HOFFMANNI Script. Luſat. t. II p. 320.

VAL. FERD. DE GVDENVS codex diplomaticus. Gottingae in 4. t. I a. 1743. et t. II Francof. et Lipſ. 1747. t. III. Francof. 1751.

SAMVEL GVICHENON bibliotheca Sebuſiana. Lugduni 1660. 4. et in CHRISTIANI GODOFR. HOFFMANNI collectione noua ſcriptorum ac monumentorum rariſſimorum.

FRANC. GVILLIMANNI de epiſcopis Argentinenſibus liber commentarius. Friburgi 1608. 4.

EIVSDEM Heluetia ſiue de rebus Heluetiorum Libri V. Exſtat in theſauro hiſtoriae Heluetícae continente lectiſſimos ſcriptores, qui per uarias aetates reipubl. Heluetícae rationem, inſtituta, mores, diſciplinam, facta et res geſtas ſermone latino explicarunt et illuſtrarunt. Tiguri 1735. f.

NICOL. HIERON. GVNDLING. Sammlung kleiner teutſchen Schrifften und Anmerckungen. Halle 1737. 8.

SIMON FRIED. HAHNS vollſtändige Einleitung zu der teutſchen Staats-Reichs- und Kayſer-Hiſtorie. Halle und Leipzig 1721 ſq. 4.

P. MARC. HANSIZII Germania ſacra. T. I metropolis Lauriacenſis cum Epiſcopatu Pataujenſi chronologice propoſita. Auguſt. Vindel. a. 1727. T. II. Archiepiſcopatus Salisburg. Chronolog. propoſitus a. 1729. f.

IOANN. HARDVINI conciliorum collectio. T. XII. Pariſ. 1700-1716. f.

IO. CHRIST. HARENBERG. Hiſtor. Eccleſ. Gandershemenſis diplomatica. Hanouerae 1744. fol.

R. P. F.

R. P. F. CHRISTOPHORI HARTMANNI annales Heremi Deiparae matris monasterii in Heluetia ord. S. Bened. Friburgi 1612. f. it. Francof. 1691. c. fig. f.

HEDA uid. Beka.

IOHANN. MICH. HEINECCII Syntagma historicum de ueteribus Germanorum aliarumque nationum sigillis. Francof. et Lipf. 1709. f.

GEORG. HELWICH. Antiquitates Laurishamenses inter Ioannis Script. Mogunt. p. 1. Tomi noui.

C. H. (LVDOV. HENSELERI) dissertatio critico-historica de diplomate Caroli M. dato ecclesiae Osnabrugensi pro Scholis graecis et latinis, qua diploma istud authenticum et genuinum esse ostenditur atque contra obiectiones recentioris cuiusdam critici A. I. defenditur. Accedunt uaria Imperatorum ac regum diplomata ecclesiae Osnabrugensi concessa. Monast. Westphal. 1721. 4.

MARQVARDI HERRGOTT Genealogia diplomatica Augustae gentis Habsburgicae. Viennae Austriae 1737. 3 Vol. f.

CHRIST. AVG. HEVMAN. de titulo *Serenissimi* Poecil. t. III l. 3. item de titulo *pacifici* 1728. de titulo *Dei gratia.* 1727.

ANNALES HILDESHEIMENSES in Leibnit. t. I script. Brunsuic. p. 710.

HINCMARI Archiepiscopi Remensis, opera, cura Iacobi Sirmondi. T. II. Paris. 1645. f.

CHR. GODOFR. HOFFMANN. Scriptores rer. Lusaticarum. Lipf. et Budiff. 1719. f. tom. IIII.

DAV. HOFFMANN. diff. de Otfrido, monacho Weissenburg. Helmst. 1717. resp. Georg. Christian. Daetrio.

IO. NICOL. AB HONTHEIM, Ep. Myriophitani et Suffraganei Treuer. historia Treuirensis diplomatica et pragmatica inde a translata Treueri praefectura praetorio Galliarum ad haec usque tempora. t. III. August. Vind. et Herbip. 1750. f.

HROSWITHAE, sanctimonialis Gandersheim. de gestis Ottonum panegyris in MEIBOM. script. rer. Germ. t. I p. 705.

HERM. HVGO de prima scribendi origine et uniuersa rei literariae antiquitate Liber. cum notis CHRIST. HENR. TROZ. Trai. ad Rhen. 1738. 8.

WIGVLEI HVND a *Sulzemos* metropolis Salisburgensis cum notis et additionibus Christoph. Gevvoldi. T. III. Ratisb. 1719. f.

GEORG. CHRIST. IOANNIS rerum Moguntiacarum Vol. II. Francof. 1722. f.

EIVSDEM

EIVSDEM Scriptor. hiſtor. Moguntinenſ. Tom. nouus, Francof. 1727. f.

IO. FRID. IOACHIMS Einleitung zur teutſchen Diplomatik. Halle 1748. 8.

IOHANNIS de IOHANNE codex diplomaticus Siciliae, complectens documenta a primo Chriſtianae religionis Saeculo ad noſtram usque aetatem. Panormi 1743. f.

IO. CHRISTOPH DE IORDAN de originibus Slauicis opus chronologico - geographico - hiſtoricum. Vindob. 1745. f.

CHRIST. IVNCKERS Anleitung zu der Geographie der mittlern Zeiten. Iena 1712. 4.

COSMAE KNAVFF defenſio imperialis liberae et exemtae ſanctiſſ. Saluatoris Ord. S. B. S. R. I. principatus Prumienſis contra archiepiſcopum et Capitulum Metropolitanum Treuirenſe. 1710. fol.

IACOBI DE KOENIGSHOVEN chronicon uniuerſale et Alſaticum, obſeruationibus illuſtratum a IO. SCHILTERO. Strasburg. 1698. 4.

IO. CAR. KOENIG. ſelecta Iuris publ. nouiſſima. XXV Part. 8.

IO. ADAM. KOPPII auserleſene Proben des teutſchen Lehen-Rechts. Marburg. 1739. 4.

IO. GEORG. KVLPISII ſcriptores rer. German. cum praefat. *Schilteri.* Argent. 1702. f.

LOVIS LAGVILLE hiſtoire de la province d'Alſace depuis Iules Ceſar jusqu'au mariage de Louis XV. Strasbourg 1727. f.

PETR. LAMBECII commentar. de Auguſt. bibliotheca Caeſarea Vindobon. l. VII. Vindob. 1665. fol.

LAMBERTI SCHAFFNABVRG. hiſtoria in *Piſtorii* Scriptor. t. I.

CHRONICON LAVRISHAMENSE in Freheri ſcriptor. rer. Germ. T. I p. 83 edit. Struuianae.

CHRISTOPHORI LEHMANNI chronica der Freyen Reichs-Stadt Speier. 4te edition durch Ioh. Melchior Fuchs. Franckfurt 1711. fol.

GODOFR. GVIL. LEIBNITII codex iuris gentium diplomaticus. Hanouer. 1693. f. Eius mantiſſa. ib. 1700. f. praefatio ualde memorabilis.

EIVSDEM epiſtolae ad diuerſos editae, curante *Chriſtian. Kortholto.* Vol. IV. Lipſ. 1734 ſq. 8.

EIVSDEM ſcriptores rer. Brunſuicenſium. T. III. Hanouer. 1707, 1710, 1711. f.

IOANN. LETZNERI chronica oder Beſchreibung des Lebens und Thaten Kayſers Ludouici Pii, wie derſelbe das Freyſtifft Corbey geſtifftet etc. ibid. 1604. 4.

IO. GEORG. LEVCKFELD. Antiq. Gandersheimens. Wolffenb. 1709. 4.

ERPOLDI LINDENBROGII Scriptores rer. Germanicarum septentrionalium uicinorumque populorum; ex edit. *Io. Alb. Fabricii.* Hamb. 1706. f.

HERMANNI VLR. DE LINGEN diss. qua diploma Bilehildis monasterio ueteris cellae apud Moguntinos concessum supposititium esse probatur. in *Biblioth. Lubec.* Vol. I p. 597.

GVY ALEXIS LOBINEAV histoire de Bretagne. II Vol. fol. Paris. 1707.

VAL. ERNST LOESCHERS historie der mitlern Zeiten. Leipz. 1725. 4.

IO. GEORG. LORY de origine et progressu iuris Boici ciuilis antiqui commentatio I. Ingolstad. 1743. f.

IO. PETR. DE LVDEWIG Geschichtschreiber des Bischoffthums Wirzburg. Franckfurt 1713. f.

EIVSDEM nouum Volumen script. rer. Germanic. plurimam partem nunc primum editorum ex Cod. MSCt. T. I et II. Francof. et Lips. 17 8. f.

EIVSD. reliquiae Manuscriptorum omnis aeui diplomatum ac monumentorum ineditorum adhuc. T. I Praefatio de usu et praestantia diplomatum et diplomaticae artis. Porro de bellis diplomaticis, cum in Gallia excitatis, tum in Italia atque in supremis Germanici imperii tribunalibus. Inde haurire licet cum auctorum artis diplomaticae plenissimam notitiam, tum libros refertos diplomatibus, imo uiginti quatuor in caussis momentosis processus, qui pendent a diplomatum fide aut genuina aut sublesta. Francof. et Lips. 1720. 8.

CHRONICON LVNAELACENSE iuxta seriem Abbatum, trina rerum memorabilium genera recensens, ex Archiui manuscriptis antiquonouis collectum ab archiuario Lunaelacens. 1748. 4.

IO. CHR. LVNIG. Teutsches Reichs-Archiv. XXIV Vol. Leipz. 1710 - 1722. f. in primis spicilegium ecclesiasticum.

LVPI, abbatis Ferrariensis, epistolae in *Andr.* du *Chesne* t. II script.

IO. MABILLON. Acta sanctorum ordinis S. Benedicti ab a. 450-1100. Paris. 1668 - 1701. IX Vol. fol.

EIVSD. Annales ordinis S. Benedicti. Paris. V Vol. fol. 1703-1713.

EIVSD. de re diplomat. L. VI Lutec. Paris. 1681. f.

EIVSD. libror. de re diplom. supplementum. Lutec. Paris. 1704. f.

EDITIO SECVNDA rei diplomat. ab ipso auctore recognita, emendata

data et aucta prodiit. ib. 1709. f. praemittitur praefatio Theoderici Ruinarti, in qua hic in primis contra Hickesium disputat.

THOM. MADOX formulare Anglic. a differt. concerning ancient charters.

MARTIN. MAGER. a *Schoenberg* de aduocatia armata. Francof. 1685. f.

BERNARDI A MALLINCKROT commentatio de Archicancellariis S. R. I. ac Cancellariis imperialis aulae in Iac. Wencker. Collect. Archiui p. 209 sq.

DOMENICO MARIA MANNI nuova proposizione concernentè la diplomatica nelle memorie della società Colombaria. Fiorent. Vol. I p. 241. Firenze 1747. 4.

CORNELII MARGARINI Bullarium Cassinense. Venet. 1613. f.

EDMVNDI MARTENE et VRSINI DVRAND. ueterum scriptorum et monumentorum historicorum, dogmaticorum, moralium amplissima collectio. T. VIII. Paris. 1724 sq. in fol.

GILBERT. MANGVIN diss. historica et chronica de Godeschalco in t. II uindiciar. praedestinat. et grat. c. V.

ANTONII MATTHAEI ueteris aeui analecta editio secunda V Tomis comprehensa. Hagae Comitum 1738. 4.

HRABAN. MAVRVS de inuent. lingu. et not. antiqu. in *Goldast.* script. rer. Alam. T. II P. I.

HENRICI MEIBOM. rerum Germanicarum T. III. Helmaestad. 1688. f.

P. CAROLI MEICHELBECK historia Frisingensis. T. II ab a. 724-1724. Augustae Vindel. et Graecii 1724.

IO. BVRCKH. MENCKE Scriptores rer. Germanic. praecipue Saxon. t. III. Lips. 1728 sq. f.

ANNALES METENSES. Vid. Annales.

SIBRAND MEYERS Friesische Merckvvürdigkeiten vom Anfang der Nation. Leipz. 1747. 8.

IO. MEZLER de uiris illustribus S. Galli in Pez. thes. anecd. t. I.

AVBERTI MIRAEI opera diplomatica et historica edit. secunda auctior et correctior. Cura Io. Franc. Foppens T. III. Bruxell. 1723. f.

DV MONT, Baron de Carels-Croon, corps universel diplomatique du droit des gens. à Amsterd. et à la Haye 1726-1731. f. XIV Tom.

BERNARD *de* MONTFAVCON palaeographia graeca. Paris. 1708. fol.

IO. IAC. MOSERS Staats-Recht des Churfürstl. Erzstiffts Trier, vvie auch der gefürsteten Abtey

Prümm und der Abtey St. Maximin. Leipz. und Francf. 1740. f.
EIVSDEM Staats-Recht des H. R. R. Stadt Aachen. ib. 1740. f.
EIVSDEM Staats-Recht des Fürstl. Hochstiffts Costanz, vvie auch der Fürstl. Abtey Reichenau. Leipz. 1740. f.
LVD. ANTON. MVRATORII rerum Italicarum scriptores ab anno aerae Ghristianae 500 ad 1500. T. XXVII. Mediolani 1723 sq. f.
EIVSDEM antiquitates Italicae medii aeui T. VI. Mediolani 1738 sq. fol. Antiquitatibus hisce uariae insertae sunt dissertationes ad rem diplomaticam potissimum pertinentes. Tom. I diss. XII de notariis, t. II diss. XXXI de placitis et mallis, diss. XXXIII catalogus complurium uocum Italicarum, quarum origo inuestigatur; t. III diss. XXXIV de diplomatis et chartis antiquis dubiis et falsis, diss. XXXV de sigillis medii aeui. (Haec diss. reperitur etiam in PHIL. ARGELATI diss. de monetis Ital. uarior. illustr. uiror.) diss. XLI de nominibus et agnominibus antiquorum, diss. XLII de cognominum origine; t. V diss. de aduocatis ecclesiarum et uicedominiis.
EIVSDEM Geschichte von Italien, ex Ital. sermone in patrium translatae et annotationibus illustratae. Lips. P. I sq. 1745 sq.
WILHELM NAGGE Rym-Chronick van Holland in GERARD. DVMBAR analect. t. I.
NASSARRE bibliotheca universal de la polygraphia Espannola.
IO. NICOLAI tr. de siglis ueterum. Lugd. Bat. 1703. 4.
FRANC. MARIAE NIGRISOLI epistola de charta ad D. Liborium Brixianum. Venet. 1699. 8.
NITHARDI Angilberti filii Karoli M. Imp. ex Bertha filia nepotis de dissensionibus filiorum Lodhvvici P. ad a. usque 843 L. IV inter script. Pith. p. 433 sq.
VLR. OBRECHTI Alsaticarum rerum prodromus. Argentorati 1681. 4.
OBSERVAT. SELECT. HAL. t. VII, 14 de titulo *Semper Augusti.* t. X, 14 de necessitate scepticismi in studio genealogico.
OTFRIDI, monachi Weissenburg. Euangelia in Schilter. thesaur. antiquit. t. I.
Defense des titres et des droits de l'abbaie *de S. Ouen.* 1743.
R. P. ANTON PAGI critica historico-chronologica in uniuersos Annales ecclesiasticos Baronii. Opus posthumum. T. IV. Antvverp. 1705. f.
NICOL. de PASSERIBVS tr. de scriptura priuata. Lips. 1687. f.

FRANC.

FRANC. DAN. PASTORIVS de rafura documentorum. Altorf. 1676.

CHRIST. FRANCISCI PAVLLINI rerum et antiquitatum Germanic. fyntagma. Francof. ad Moenum. 1698. 4.

IDEM de pagis antiquae praefertim Germaniae. ib. 1699. 4.

PETRI bibliothecarii hiftoria Francorum abbreuiata ap. du Chefne t. III p. 540.

BERNARDI PEZII thefaurus anecdotorum nouiffimus. Aug. Vindel. et Graecii. T. V. 1721-1728. f.

EIVSDEM et PHIL. HVEBERI codex diplomatico - hiftorico-epiftolaris, thefauri anecdot. nouiff. T. VI. Graecii 1729. f.

IO. FRIDER. PFEFFINGERI corpus iuris publici ad ductum inftitutionum iuris publici Phil. Reinhard. Vitriarii elaboratum et in IV Tomos diftributum. Gothae 1739. 4.

P. PITHOEI annalium et hiftoriae Francorum ab anno Chr. 708-990 fcriptores coaetanei XII. Francof. 1594. 8.

IOACHIMI POTGIESSERI commentarii iuris Germanici de ftatu feruorum. Lemgouiae 1736. 4.

CHRONICON QVEDLINBVRGENSE in Leibnit. fcript. Brunfuic. t. II p. 272.

RABANI MAVRI opera. Colon. 1626. VI Vol. f.

MAXIMIL. RASLERI uindicatio contra uindicias hiftoricas Tenzelii. Part. II. Campedonae 1711. f.

RATPERTI monachi S. Galli liber de origine et diuerfis cafibus monafterii S. Galli in Alamannia, inter Goldafti fcriptor. rer. Alaman. T. I.

REGINONIS, Abbatis Prum. chronica in *Piftorii* fcriptor. rer. Germ. t. I p. 2.

IO. IAC. REINHARDS iuriftifch- und hiftorifche kleine Ausführungen. Gieffen 1745. 8.

S. REMBERTI uita S. Anfcharii in Lindenbrog. fcriptor. Septentr. et Staphorft. hift. ecclef. Hamburg. P. I.

SIM. RETTENPACHERI Annales monafterii Cremifanenfis. Salisb. 1677. f.

F. BERNARDO MARIA de RVBEIS difcorfo iftorico - cronologico - diplomatico fulla una antica pergamena di Venezia. in Venezia 1749. 8.

DIONYSII SAMMARTHANI Gallia Chriftiana in prouincias ecclefiafticas diftributa, quae feries et hiftoria omnium archiepifcoporum, epifcoporum et Abbatum Franciae uicinarumque ditionum ab origine ecclefiarum ad noftra tempora deducitur, et ex authenticis probatur inftrumentis. Parif. VIII Vol. f. 1716 fq.

IOH. FRID. SCHANNAT. corpus traditionum Fuldensium; accedit patrimonium S. Bonifacii seu Buchonia uetus. Lipſ. 1724. f.

EIVSDEM Vindemiae literariae Collect. II. Fuld. et Lipſ. 1723, 1724. f.

EIVSDEM dioecesis Fuldensis cum annexa sua Hierarchia. Francof. 1727. f.

EIVSDEM hist. episcopatus Wormatiensis. Francof. 1724. f.

EIVSDEM historia Fuldens. Francof. 1729. f.

EIVSDEM Vindiciae quorundam Archiui Fuldensis diplomatum ab Eccardo perperam impugnatorum. Francof. ad Moen. 1727. f.

NIC. SCHATENII Annales Paderbornenses. T. II. Neuhus. 1693, 1698. f.

CHRISTIAN. LVDOVICI SCHEIDII origines Guelficae, quibus potentissimae gentis primordia, magnitudo uariaque fortuna usque ad Ottonem, quem uulgo puerum dicunt ex aequalium scriptorum testimoniis etc. deducuntur. tom. III. Hanouerae. 1750. f.

CAROLI SCHENKEN diss. de ortu et retractu feudali. Altorfii 1717.

IO. IAC. SCHEVCHZERI et IO. LOCHMANNI alphabeta ex diplomatibus et codicibus Thuricensibus. Tiguri 1730. f.

EIVSDEM de libertate ecclesiarum Germaniae libri septem. Ienae 1683. 4.

EIVSDEM thesaurus antiquitatum Teutonicarum ecclesiasticarum, ciuilium, literariarum. Vlm. 1728. f. t. III.

BENED. SCHMIDTS gründliche aus den teutschen Reichs-Staats und den besondern Hochstifft Würzburgischen Geschichten, denn ohnlaugbaren Vrkunden und der alten teutschen Gerichts-Verfassung erleuterte Beleuchtung des diesem Hochstifft von seinem ersten Vrsprung an in einem ohnverneinlich geschlossenen Land competirenden Herzogthums zu Francken. Franckf. und Leipzig 1751.

IO. ANDR. SCHMID. diss. de conciliis Moguntinis in *Iohann.* Script. rer. Mogunt. tom. nouo p. 281.

IO. DAN. SCHOEPFLINI Alsatia illustrata Celtica, Romana, Francica. Colmariae 1751. f.

CHRISTIAN. SCHOETTGEN und GE. CHRISTOPH. KREYSIG diplomatische Nachlese der Historie von Ober-Sachsen. Dresden und Leipzig 1730. 8.

CONR. SAMVEL SCHVRZFLEISCH de diuisione imperii Karolini diss. resp. Zachar. Zvvanzig. Witenb. 1682. 4.

CHRIST. GOTLIB. SCHWARZII ex historia Arnolfi Imp. sententiae quaedam dubiae et controuersae, resp. Carol. Bened. Ebner ab Eschenbach. Altorf. 1744.

EIVSDEM gründliche Ausführung der des H. R. R. Stadt Nürnberg ex commissione perpetua Augustiss. Imp. et Imperii zukommenden- und etliche Saecula hindurch ruhig und ohne dem geringsten Wiederspruch gehabten Vervvahrung der Reichs-Insignien, auch daraus von selbsten abfliessende bestgegründete Reprotestation, vvelche den neuerlichen unbefugten und vviderrechtlichen Aachischen Protestationen und übel anmaßlichen Ansprüchen auf gemeldte Insignien a. 1742 entgegen gestellt vvorden. Altorf. f.

Immedietas Ordinis Benedicti contra abusus aduocatiae et sensim imminentem superioritatem territorialem regionum dominorum ex historia, iure, nec non documentis fide dignis asserta. 1751. f.

Actenmäßige Geschichts-Erzehlung in Sachen Sr. Hochfürstl. Durchl. Fr. Francîscae Sibyllae Augustae, vervvittibter Fr. Marggräfin zu Baaden-Baaden, jezo Sr. Hochf. Durchl. Herrn Ludvvig Georg Marggrafen zu Baaden-Baaden contra Herrn Abten und Convent des Closters SCHWARZACH S. Bened. Ordens Strasburger Bisthums praetensi mandati de non turbando in notoria possessione superioritatis territor. 1748. fol. (Auctore DEVREN. Aduocat. Camer. Imper.)

CHR. HERM. SCHWEDERI theatrum historicum praetensionum et controuers. illustrium, cum accessionibus Adam. Frid. Glafey. Lips. 1727. f.

HENR. CHRIST. SENCKENBERGII selecta iur. et historiar. t. VI. Francof. 1734-1742. 8.

EIVSD. flores sparsi ad ius Austregar. Giess. 1739. 4.

EIVSD. Imperii Germanici ius ac possessio in Genua Ligustica eiusque ditionibus a primis originibus usque huc repetita ac uindicata fide monimentorum tum impressorum, tum anecdotorum praecipue, quorum codicillus adiectus est. Hanouer. 1751. 4.

CAROLI SIGONII opera omnia edita et inedita. Nunc primum collegit suasque animaduersiones in aliquot ipsius Sigonii opuscula adiecit Philippus Argelatus Bononiens. Mediolani 1732. T. VI. fol.

DIEDERICI VON STADE specimen lectionum antiquar. ex Otfridi, monachi Wizanburg. libris Euangel. Stadae 1708. 4.

BVRC.

BVRC. GOTH. STRVVII corpus historiae German. Ienae 1730. f.

EIVSDEM iurisprudentia heroica, cura IO. AVG. HELLFELD. Ien. 1743 sq. P. VI. 4.

SAM. STRYK. diss. de rasura, resp. Marc. Frider. Elerd. Francof. 1691.

NIC. STAPHORST Hamburgische Kirchen-Geschichte t. III. Hamburg 1723 sq. 4.

WILH. ERN. TENZELII historicae uindiciae pro Hermanni Conringii censura oppositae sic uocatae iustae defensioni ab ipso coenobio euulgatae. Lindau. 1700. f.

CAROLI LVDOVICI TOLNERI historia palatina cum codice diplomatico. Francof. 1700. f.

AEGIDII TSCHVDII chronicon. Helueticum herausgegeben von *Ioh. Rudolph Iselin*. Basel 1734. f. II Vol. ab a. 1000-1470.

FERDINANDI VGHELLI Italia sacra. X Tom. Venet. 1717-1722. fol.

De uetustate et forma Monogrammatis sanctissimi nominis Iesu dissertatio, antiquis emblematibus non antea uulgatis ex Museo *Victorio* referta. Rom. 4. 1748. Idem illustrant Osservazioni di PAOLO MARIA PACIAVDI, Teatino sopra alciune singoldi e strane Medaglie. 4. Neapol. 1750.

Iustification du memoire sur l'origine de l'abbaie DE S. VICTOR en Caux. 1748.

IO. PHILIPP. A VORBVRG historia Romano-Germanica. t. XII. Francof. 1645. f.

HENRICI WAGENRECK Standhaffte Rettung des Closters contra acta Lindauiensia. Embsii ad Rhen. 1646. 4.

CHRIST. GVIL. FRANC. WALCHII censura diplomatis, quod Ludouicus P. Imp. Aug. Paschali I Pont. Rom. concessisse fertur. Lips. 1749. 4.

EIVSDEM differtat. de pietate Ludouici P. Imp. Aug. resp. Io. Christoph. Vogt. Ien. 1748.

EIVSDEM historia Canonisationis Caroli M. uariis obseruat. illustrata. Ien. 1750. 8.

IOH. LVDOLF. WALTHERI lexicon diplomaticum. Goettingae 1745. f. cum praefat. *Io. Henr. Iung.*

ANT. WECKENS der Churfürstl. Sächs. Residenz Dresden Beschreib. und Vorstellung. Nürnberg 1680. f.

IAC. WENCKERI apparatus et instructus Archiuorum. Argent. 1713. 4.

EIVSDEM collecta archiui et cancellariae iura. ib. 1715. 4.

CHRI-

CHRISTIANI WILDVOGEL progr. de signo manus regiae. Ien. 1702.

AVG. FRIDR. VON ZANTHIER Einleitung zu den vier vornehmsten Quellen der Historie den Geschichtschreibern, Steinschrifften, Münzen und Vrkunden. Leipzig und Goslar. 1730. 8.

NIC. ZYLLESII defensio Abbatiae Imperialis S. Maximini. 1638. f. iuxta muros Treuerens.

INDEX RERVM ET VERBORVM.

A.

Abbas Corbeiensis prouisor et patronus constituitur monasterii Herfordiens. XIIII, 3.

Abbas Prumiensis prouisor ecclesiae Aquisgranensis constituitur. XVI, 3.

Abbates a rege constituti. VIIII, 2, 5.

Abbates eligendi potestas nonnullis monasteriis a rege indulgetur. XX.

Abodritorum rex Gozzomuil occiditur. XXIIII, 1, 9. ipsi ad obsequium rediguntur. XXIV, 9, 11.

Adalramus archiep. Salisburg. XXXI, 10.

Ado forestarius Ludouici P. A. LXXX, 9.

Aduocati ecclesiae munus. XVII, 13, 17. XVIIII, 5, 7. XXVII, 3.

Aduocatus ecclesiae Romanae erat Ludouicus German. VII, 1. VIII, 1.

Alauuinus, presbyter. XXVIII, 4.

Albricus, chorepiscopus. XXVIII, 4.

Alsatia regno Ludouici Germanici accedit. XXI, 6.

Angilberga. uid. Engilberga.

Angri. XXII, 13.

Anscharius archiep. Hamburg. VII, 7.

Ansegisus archiep. Senonens. Pontificis uicarius in Gallia et Germania constituitur. VIII, 2.

Ansfridus comes palat. XXVI, 17.

Appendiciae traditionum. XI, 4. XV, 4. XVI, 1, 6, 7, 12, 20, 23. XXX, 3.

Archicancellarii Ludouici Germ. Gozbaldus, Grimaldus, Radleicus, Baldricus, Witgarius, Liutbertus. XXXVI. Carolomanni Theotmarus. LVIIII. Ludouici Iun. Luitbertus. LXXVIII.

Archiuorum fides uindicata. A. VII.

Arno epiſcopus exercitum ducit. XXIV, 15.
Auſtregae. XXVII, 4.

B.

Baculi fidei firmandae cauſſa traduntur. XXII, 12.
Barſcalci. LIIII, 4.
Baſilii Graecor. Imp. legati Ludouico Germ. munera offerunt. XXII, 29, 31.
Benedictus Leuita. XXXI, 11.
Berengarius comes exauctoratus. XXII, 18, 24.
Bernhardi regis Italiae fata. A. LXXVIII, 13.
Bertha filia Ludou. Germ. X, 2. XXXXI, 2.
Betto. A. LXXX, 9.
Bohemici duces XIV chriſtianam religionem amplectuntur. XXIV, 2. quidam ſe dedunt Ludouico R. XXIV, 8. quinque fugiunt. XXXV, 15.
Bohemi pacem petere coguntur. XXIV, 3. uincunt. XXIV, 4.
Boſo adſpirat ad regnum Italiae. LIII, 4. deprimitur. LXXII, 6.
Bribini ducis donatio. XV, 9. XXVI, 6.
Bulgari a Ludouico Germ. petunt praedicatores religionis chriſtianae. VII, 19. XXIV, 2, 5. eorum legati uincuntur. XXIV, 6.

C.

Canonicorum collegia dicuntur interdum monaſteria. X, 2.
Capilli et cutis detractio. LXXII, 5.
Carolomannus, Caroli Calui filius. XXII, 28. in monaſterio S. Albani Mogunt. cuſtodiae traditur. XXIII, 7.
Carolomannus, Ludouici Germ. filius, a patre deficit et eidem reconciliatur. XXII, 19. Carentanis praefectus grauiorum criminum accuſatus prouinciam amittit; e cuſtodia elabitur. XXII, 21. Marcas ſuas recuperat. XXII, 23. in Italiam mittitur ad Carolum Caluum Imperatoris Romani dignitatem appetentem depellendum. XXII, 33. cum Raſtice dimicat. XXIV, 12. regnum Zuentiboldi depopulatur. XXIV, 13. regnum Raſticis inuadit. ib. exercitus eius a Zuentiboldo oppreſſus. XXIV, 14. pugnat cum Marahenſibus. XXIV, 15. cum Ioh. VIII P. uaria tractat. XXXXVII. conſtituit Coſpertum epiſcopum Vercellenſem. XXXXVII, 6. ex teſtamento Ludouici II Imp. regnum Italiae obtinet. XXXXVIIII, 3. LIII, 2. cum fratribus regnum paternum diuidit. LIII, 1. Romani ipſi ſacramentum fidelitatis praeſtant. LIII, 4. regnum ſuum commendat Ludouico fratri. LIII, 5. eius character et familia. LXIII

Carolus caluus Imp. coronatur. XXII, 33. Caroli et Lotharii foedus contra Ludouic. Germ. XXIII, 2. Caroli tyrannis. XXIII, 5. Carolus a Ludouico Iun. uincitur. LXXII, 1.

Carolus, Ludouici Germ. filius, a daemone uexari putatur precibusque piorum commendatur. VII, 23. Caroli confenfum et uoluntatem pater Ludouicus in donatione fua refpicit. XVI, 22. Carolus patri moleftus. XXII, 27. Rafticis munimenta deftruit. XXIV, 13.

Carolus M. diuis adfcribitur. A. LVIII, 7.

Centenarii. XVIIII, 7.

Chriftiano comiti donat Ludouicus German. mancipia. LXXXI, 1.

Chronicae notae tabularum Ludou. German. XXXVIII. Carolomanni. LXI. Ludouici iun. LXXX.

Cingulum militiae ne fumant parricidae. XXII, 11.

Comitatus Burcherdi, Waltberti, Albrici, Letti. XVI, 10. Rumoldi XVI, 15.

Comites palatini. XXVI, 7.

Comites recenfetur. XXVI, 8.

Comitiorum negotia. XXVII, 1.

Comitum concilium. XVII, 13. officia. XXIII, 6.

Concilia Colonienfe. VII, 24.
Moguntina. VII, 4, 6, 7, 8, 9, 13, 15. XXII, 11.
Wormatienfe. VII, 21, 22.

Conciliorum auctoritas penes regem erat. VII, 1, 4.

Confiliarii regis familiares. XV, 4.

Corbeienfe monafterium ab onere decimarum epifcopalium liberatur. XVIIII, 4.

Cunradus dux. XXVI, 6.

Cziztibor dux Soraborum. XXIV, 9.

D.

Dalemincii proelio fuperantur. XXIV, 10.

Decimae ecclefiarum XIIII, 2. XV, 1. XVIII, 4.

Diplomata dubiae fidei Ludou. German. XXXX.

Diplomatum genera uaria. A. IIII.

Difpofitio mortis cauffa. XXX, 5.

Diuifio regni Salfeldae facta. LIII, 1.

Donatio pia redimenda. XV, 7.

Douina ciuitas. XXIV, 10.

Duces recenfentur. XXVI, 6.

E.

Ecclefia Romana reditus e regno Germanico colligit. VIII, 7. e Baioaria. XXXXVII, 2.

Ecclefia fine dote non dedicetur. VII, 21.

Ecclefiae Bremenfis et Hamburgenfis coniunctio. VII, 7. VIII, 4. cui aduerfatur Guntharius archiep. Colon. VII, 12.

Ecclesiam in pago Nisinensi Venedorum fundasse dicitur Ludouic. German. XXXIX, 6.

Ecclesiarum honori prouidetur. VII, 1, 3, 18, 19. mundiburdium iisdem promittitur. VII, 16.

Ecclesiarum possessiones, immunitates, iudicia etc. sigillatim recensentur e. c.

Alethensis. A. LXXVII, 11.
Aquisgranensis. XVI, 3.
Argentinensis. X, 1. XI, 5. XIII, 1. XXXX, 12.
Arretinae. A. LIII, 12. LXIV, 2.
Atinens. A. LXVI, 20.
Cameracens. A. LXVI, 25.
Constantiens. VII, 11. XIIII, 1.
Cremonensis. XXXXVIII, 2.
Curiens. A. LXVI, 28. LXXXIX, 6.
Frisingens. XII, 2. XIIII, 6, 7.
S. Georgii. A. LIII, 16.
Halberstadens. A. LXVI, 31.
Hamburgensis. XXXX, 16.
Lausan. A. LXXXIX, 6.
Leodiens. A. LXXVI, 17, 18. LXVI, 26.
Lucanae. LXII, 2.
Niuernens. A. LXXVI, 15.
Nouariensis. XXXXVIII, 1.
Osnabrugensis. VII, 8, 10. XIIII, 2, 3.
Paderbornensis. VII, 22. X, 3. XIII, 2.
Parmensis. XXXXVIII, 3.
Patauiens. XI, 4. XII, 1. XIIII, 4, 5.
Ratisponens. XII, 1.
Rothomagensis. A. LXXVI, 14.
Salisburgens. XIIII, 4, 5.
Seduneus. A. LXVI, 28.
Spirens. XI, 3.
Thuricens. A. LXVI, 28.
Traiectens. X, 3. XIII, 3.
Treuirens. A. LXVII, 4. LXXVI, 11.
Tricastin. A. LXVI, 24.
Tridentinae. XIIII, 7.
Vercellensis. XXXXVII, 6.
Verdensis. XIII, 4.
Wirceburgens. X, 2. A. LXXVI, 21.
Wormatiens. XI, 1, 2. XXXX, 7, 8, 9.

Eginhardus, Cancell. Caroli M. A. LXIV, 4.

Emtio uenditio fiat in publico placito. XXII, 11.

Engeltrudis Bosonem maritum deserit. LXXIII, 4.

Engilperga, filia Ludouici Germanici. XXVIII, 2. XXXXI, 3.

Episcopi constituuntur a rege. VII, 1. VIIII. eorum auctoritas firmatur. VII, 9, 21. contumaces regia uel reipublicae potestate requisita constringunt. VII.

Episcopi permittente rege aliena concilia adeunt. VIIII, 8.

Episcopi uenerabiles. VI, 9. dilecti, fideles. XXXXVI, 3.

Episcoporum electionem rex uario modo moderatur. VIIII, 6.

Epochae Ludouici German. XXXVIII. Carolomanni, LXI.

Epiphaniae

Erma... Ludouici R. XXXI, 13.
Ercangarius comes focer Caroli Craffi. XXIV, 9.
Ermenricus epifcopus Patauienf. XXXI, 8.
Ernuftus comes honoribus priuatur, XXII, 18. focer Carolomanni regis. XXII, 19. XXIV, 4. XXVI, 6.

F.

Fideiuffores. XXX, 6.
Fines regni Germanici, regnante Ludouico German. XXI. LXXIII, 1.
Fifcalini ferui. XXX, 1.
Fifci iura conceduntur ecclefiis et coenobiis. XIII, 1, 2, 3. XVIIII, 1. XXVI, 4. LIIII, 1.
Foederis Tufiacenfis teftes et admonitores. XXII, 22.
Foreftariorum regis immunitas. A. LXXX, 9.
Foreftum regium. XVI, 20.
Fragmenta et recordationes diplomatum Ludouici Germ. XXXVIIII.
Franciae orientalis prouinciae. XXI, 9.
Franconiae ducatus ad ep. Wirceburg. non pertinuiffe uidetur. X, 2.
Francorum et Saxonum diffidium. XXII, 33.
Fritilo, comes Palat. XXVI, 7.
Furonenfe pactum. LXVIIII, 4.

G.

Geneciae. XXX, 1.
Geographiae mediae aetatis ftudium. XXI, 9.
Gerburg, filia Ludou. Germ. XXXXI, 4.
Godefcalci haerefis damnatur. VII, 6.
Gozbaldus facri palatii fummus capellanus. XV, 8.
Gozleni abbatis machinationes. LXXII, 5.
Graeci ecclefiae latinae obiiciunt uaria. VII, 21.
Grimaldus, abbas S. Gall. XXXI, 8.
Gundacher. comes Carentanis praeficitur. XXII, 21. perit. XXIV, 12.
Gundbertus et Elefas clerici commutantur. XVII, 7.
Gunedes perfidi. XXIV, 6.
Gunthrii archiep. Colonienf. conftitutio de ueris canonicorum iuribus confirmatur. VII, 24.

H.

Haimo epifcop. Halberftad. XXXI, 9.
Harudi. XXII, 13.
Hemma, regina. XVII, 9.
Henricus princeps militiae. XXII, 23.
Heffi comitis permutatio. XVII, 2.
Hildigarda, filia Ludou. German. X, 2. XVI, 20, 21. XXXXI, 1.
Hirmingardis, neptis Ludouici Germanici. XXVIII, 1.
Hrabanus Maurus. XXXI, 2.
Hugonis, Lotharii ex Waldrada filii, turbae. LXXII, 7.
Huxariae uillae poffeffio Corbeienfibus confirmatur. XV, 4.

I.

Illustres et fideles appellantur duces et Comites. VI, 7.
Immunitatis formulae ecclesiar. XIII. XXXXVIII. definitio. A. LXXVI, 25. monasteriorum. XVIIII.
Impuberes regulari disciplinae oblati eam postea deserere nequeunt. VII, 21.
Ingenuitatis uindiciae. A. LXXX, 1.
Inhibitionum et poenarum clausula in chartis Ludouici German. XXXII. Carolomanni. LV. Ludouici iun. LXXIIII.
Inuestitura per baculum. VIIII, 4.
Inuocationis nominis diuini formula in tabulis Ludouici Germanici. I. Carolomanni. XXXXII. Ludouici iunioris. LXIIII.
Iohannis VIII P. acta cum Carolomanno. XXXXVII. Pontifex sibi potestatem Imperatorem eligendi arrogat. XXXXVII, 4. se uicarium regni Italiae dicit. ib. 5. acta eius cum Ludouico Iun. LXVIIII, 1, 2, 3.
Iudaeorum priuilegia. A. LXXX, 9.
Iudicia de controuersiis ecclesiarum. XIIII.
Iudicium Francorum, Baioariorum et Slauorum. XXIV, 13.
Iudicium S. Coenae. VII, 21.
Iudicum u llarum officia. XXIII, 6.
Iuris canonici sanctiones de abortu procurato, incestu etc. XXVIIII.
Ius ecclesiasticum. XI, 4.
Iusiurandum super capsas sanctorum. XIIII, 6. XXIV, 12. per arma. XXV, 2. iureiurando principum diluuntur crimina obiecta. XXII, 21.
Ius publicum. LIIII, 1.

L.

Lambertus Dux Spoleti, Carolomanni adiutor. XXXXVII, 3. LIIII, 4. una cum Adelberto Pontificem ualde affligit. ib.
Lati. XXX, 1.
Leges priscae confirmantur. XXII, 10.
Libertorum filiarum ius succedendi. A. LXXX, 1.
Lingua rustica Romana et theotisca approbatur in homiliis. VII, 4. publica. XXII, 4, 17.
Linguae theotiscae cultura. XXXI, 4.
Linones Slaui. XXIV, 9.
Literaria res Ludou. reg. XXXI.
Literarum cultura in ecclesia Lugdunensi. A. LVIII, 4.
Liutgardis, uxor Ludouici iunior. LXVIII.
Lotharii regni pars additur regno Ludouici Germ. XVI, 7. reddita dicitur Ludouico II Imp. XXI. 8. Carolomannus partem suam fratri Ludouico tradit. LIII, 3. LXXII, 4. Ludouicus obtinet partem Lotharingiae Gallicae. LXXII, 6.
Lothario Imp. Lotharius filius in regno succedit. XXII, 14.

Ludolfus

Ludolfus dux. XXVI, 6.
Ludouicus German. non dicitur rex Germaniae. II, 3. non erat Imperator. II, 4. 5. uocatur et iunior et fenior. II, 7 honorifice appellat patrem, auum, coniugem, filios etc. VI, 2 fq. ab epifcopis Galliae confortio ecclefiae priuatur. VII, 14. acta Ludouici cum pontificibus Romanis. VIII, 3 fq. hi eum regna Lotharii et Caroli adire nolunt. ib. 10, 13, 14. Ludouici regni fines diuerfi. XXI. Ludouicus rex Baioariae appellatur. XXII, 1. in Saxonia poffesfiones fuas uindicat. XXII, 13. Ludouici et Carolomanni filii disfidia. XXII, 19. fq. Ludouicus concordiam inter Carolum et Lotharium reparare ftudet. XXII, 20. cum Carolo fratre Tufiaci foedus init. XXII, 22. de regnis nepotum diuidendis pacifcitur. XXII, 25. thefauros fuos monafteriis et pauperibus diftribuit. XXII, 26. inter filios regnum diuidit. XXII, 30. Ludouicum et Carolum filios cauffas iubet cognofcere. XXII, 31. Ludouicus inuitatus in Galliam cum exercitu pergit. XXIII, 4. Ludouici cura rei literariae. XXXI. familia. XXXXI.
Ludouicus iunior patri moleftus. XXII, 24. ob inaequalem regni diuifionem. XXII, 27. in Aquitaniam proficifcitur. XXIII, 3. in Abodritos mouet. XXIV, 11. cum Sorabis dimicat. XXIV, 13. cum Carolo Caluo bellum gerere cogitur. LXXII, 1. comprimit Linones et Siuslos. LXXII, 3. Galliam inuadit. ib. 5. acquirit Bauariam. ibid. et reliquam Lotharingiae partem. ib. 6. cum Normannis faufte et infaufte pugnat. ib. et 7. Slauos compefcit. ib. eius familia. LXXXII.
Ludouicus P. Imp. conftituitur. A. LXXVII, 1. Lothario filio Caefari uillam Herinftein donat. A. LXXX, 9.
Ludouicus II Imp. impetrat a fratre Lothario uillam Hibernam. A. CXII.
Luitbertus Archiep. dux belli primarius. XXIV, 15.

M.

Mancufa. LVI.
Manumiffionis charta. XXX, 2. A. LXXX, 1.
Marabenfes, fponfam ducentes, in fauces incidunt. XXIV, 15.
Marca. XXI, 9.
Matrimonium in quarto confanguinitatis gradu contractum diffoluendum. VII, 15.
Meginhardus, comes palat. XXVI, 7.
Menfurae agrorum etc. XXI, 12.
Mercatus. XVIIII, 10.
Miffi dominici et comitum iudicium. XIIII, 6.
Mifforum officia. XXIII, 6.

Miffus

Miſſus dominicus ueſtituram peragit. XVI, 19.

Monaſteria regi dona annua caballorum duorum cum ſcutis et lanceis exhibere ſolebant. XVIIII, 9.

Monaſteriorum bona diuiduntur et in uſus ſeculares transferuntur. XXXXVIIII, 4.

Monaſteriorum initia, fundi, iura, immunitates, lites deciſae paſſim recenſentur, e. c.

Altahenſis. XV, 8, 9, 10, 11. XVI, 17, 18. XVII, 15. XVIIII, 7. XX, 3.

Altripienſ. XV, 1, 2.

Amorbacenſ. XXXX, 18.

Augienſ. A. LXVI, 29.

Bergenſ. XVII, 14.

Bobienſis. XXXXVIIII, 4.

Brixienſis S. Saluatoris. LII, 3.

Campidonenſ. XVI, 2.

Caſaurienſis. XXXXVIIII, 3.

Caſtellionis. A. LXXVI, 24.

S. Chriſtinae. LII, 2.

S. Clement. Piſcar. A. CXVIIII, 9.

Corbeienſ. VIII, 3. XIIII, 3. XV, 4. XVI, 5, 6, 7, 8. XVII, 5. XVIII, 1. XVIIII, 2, 4. XX, 2. XXXX, 13.

S. Cornelii Indenſ. XVI, 4. LXX, 5. A. LXXXIX, 6.

Cremiſanenſis. XXXXVIIII, 1, 2. L, 3.

S. Crucis. A. LXXVI, 33.

S. Dionyſii. XVIIII, 10.

Diſertin. A. LXVI, 28.

S. Emerami. XV, 5, 6, 7. XVI, 12, 13, 14, 15, 16. XVII, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14. XVIIII, 5. L, 5. LI, 3.

Eſſendiens. VII, 25.

S. Eugendi. A. LXVI, 22.

Fabarienſ. A. LXVI, 10.

S. Florent. A. CXXXVIII, 11.

Fontanellenſ. A. LXVI, 21.

Francofurtenſ. capellae. LXX, 3.

Fuldenſis. XVI, 1. XVII, 1, 2, 3. XVIIII, 1. XX, 1. XXXX, 1-5. L, 6.

S. Galli. XIIII, 1. XVII, 16, 17. XVIIII, 9.

Gandersheimenſ. LXX, 1. LXXI, 1.

Gemeticenſ. A. LXXVI, 33.

S. Germani. A. LIII, 21, 23, 24. A. LXXVI, 33. A. CXXXVIII, 11.

Herfordienſ. XIII, 3. XVI, 9, 10, 11. XVIII, 2. XVIIII, 3.

Heriſienſis. VII, 22.

Hersfeldenſ. XXXIX, 2.

Ioh. Bapt. Andecau. A. LXXVI, 51.

Lamſpringenſis. XXXX, 20.

Landenvennoch. A. LXXXX, 24.

Laureshamenſ. XVI, 22. XXXIX, 1. LXX, 4.

Lindauienſ. XXXX, 10.

Lunaelacenſ. XVI, 19. XXXX, 17. LI, 1, 2.

Magedunenſ. A. LXXVI, 51.

Maurobacenſ. XVII, 4.

S. Maximini. A. LXVI, 27. A. LXXXX, 25.

Metenſ.

Metenſ. ſiue Medemenſis. XVIIII, 8. LXX, 2.
Nonantulan. A. LXXXXVIII, 18.
Oettingenſis. L, 4. LXX, 1.
S. Petri. A. LXXVI, 33.
Placentini S. Reſurrectionis. L, 1, 2.
Prumienſ. XV, 1, 2, 3. XVI, 3. A. LIII, 24. A. LXXVI, 24.
Rhinaugienſ. XVI, 23. XX, 4. XXXX, 19.
S. Richarii. A. LXXXIX, 6.
Roton. A. LXXVI, 37. A. CXXXVIII, 11.
S. Saturnini. A. CLI, 6.
Schvvarzacenſ. X, 2. A. LXXXX, 26.
Stabulenſ. XXXX, 14.
S. Stephani Argentoratenſ. XXXX, 11.
Ticinenſis S. Mariae Theodotae. LII, 1.
Tigurini. XV, 12. XVI, 20, 21. XVIIII, 6.
Tremonienſ. XXXIX, 3.
Vabrenſ. A. CXXXVIII, 11. A. CLII, 5.
S. Victoris. A. LXVI, 23.
Weiſſenburgenſ. XXXX, 6.
Werthinenſ. XXXIX, 6. LXXI, 2.
Wiſenſteigenſ. XXXIX, 4.
S. Zenonis. LXII, 3.
Monaſterium S. Galli, ab epiſcopi poteſtate abſolutum, ſoli regi ſubiicitur. XIIII, 1.
Monetae ius conceditur epiſcopo Argentinenſi. XI, 5.
Monogramma Ludouici German. XXXV, 2. Carolomanni. LVIII. Ludouici iun. LXXVII, 2.
Mundeburdum. XVIIII, 8.

N.

Neccranuia fiſcus regius. XV, 1.
Negotiatorum priuilegia. A. LXXX, 9.
Nobiles. XXVI, 9.
Notae Tironis. A. XVIIII.
Normanni regnum Ludouici inuadunt. XXV, 1. LXXII, 6, 7.

O.

Obodriti uid. Abodriti.
Ordinum regni auctoritas. XXII, 12. LXXIII, 2.
Otfridus Monachus Weiſſenburg. XXXI, 4.

P.

Pactio Virdunenſ. XXI, 5. XXII, 7.
Pactum Argentorat. XXII, 4.
Confluentinum. XXII, 17.
Marſnenſe. XXII, 10, 12.
Pagorum recenſio. XXI, 10.
Permutationes rerum eccleſiaſt. auctoritate regis ſuſceptae. XII. monaſteriorum. XVII. caute peragendae. XVII, 13, 15. ſolenniter inſtitutae. LXXVI, 49.
Peroldus presbyter. XXVIII, 4.
Phaat, lex plena Alamannor. XXVIII, 3.

Mmm

Picturae

Picturae uineae. XXX, 3.
Piscatio. XVI, 19, 23. XXX, 3.
Placiti exemplum. XXVII, 2.
Placitum Paderbornense. VII, 2.
Vlmense. VII, 11.
Wormatiense. VII, 12.
Poenae criminum. XXX, 8.
Poenae ecclesiasticae. VII, 15. conuentionales. XII, 1, 2.
Praescriptio XXX annorum. XIIII, 7. XXX, 4.
Praestaria. XV, 5.
Preces in tabulis suis postulant reges. Ludouicus German. XXXIII. Carolomann. LVI. Ludouici iun. LXXV.
Priemperg locus. A. LIV, 16.
Probus. XXXI, 7.
Proceres regis adiutores et cooperatores. XXII, 12.
Proedria regis Galliae. LXXIII, 3.
Promulgationis formula tabularum Ludouici Germ. III, V. Carolomanni. XXXXV. Ludouici Iunior. LXVII.
Prooemia diplomatum: Ludouici German. IIII. Carolomanni. XXXXIII. Ludouici iunior. LXVI.

Q.

Quaestionarii et praefecti ne sint aduocati. XXII, 13.

R.

Ramesloa cella. XXXX, 16.
Rasticius, Winidorum regulus, auxilium fert Carolomanno. XXII, 19. dux Morauorum constituitur. XXIV, 3. a Ludouico Rege deficit. XXIV, 7. fidem iterum iurat. XXIV, 10. cum Carolomanno pugnat. XXIV, 12. uictus. XXIV, 13. captus oculis priuatur. 16.
Ratpodus comes in mon. S. Emerani beneficus. XV, 7. perfidus priuatur bonis. XVI, 16.
Reginarius episcopus Patauiens. pallium a Pontifice R. impetrasse fertur. XIIII, 4.
Rempertus archiep. Hamburg. per baculum a rege inuestitur. VIIII, 4.
Res ecclesiasticae uendi aut in beneficium dari prohibentur. XVIII.
Res proprietatis regis. XXVI, 3. LIIII, 3.
Rex caussas grauiores sibi diiudicandas referuat. XVIIII, 8.
Rudolphus, monachus. XXXI, 3.
Rudolfus Normannus in proelio cadit. XXV, 3.
Rudoltus, comes palat. XXIV, 8. XXVI, 7.
Rutbardus, monachus. XXXI, 6.

S.

Sacerdotum iudicium. XXII, 4.
Sacrorum ius sibi uindicat Ludouicus German. VII.
Salinae. XV, 11. XVI, 6.

Scribendi,

Scribendi origo. A. XIIII.
Sigifridus rex Danorum foedus cum Ludouico Germanico init, et apud eum filii loco uult haberi. XXV, 2.
Sigibardi comitis permutatio. XVII, 5. perfidia ac poena. XXII, 18.
Sigilla Ludouici German. XXXVII. Carolomanni nullum. LX. Ludouici iun. LXXVIIII.
Siusli Thuringiam deuastant. XXIV, 12, 16. LXXII, 3.
Slaui. XXX, 1.
Slauicae res. XXIIII.
Sorabi perdomantur. XXIV, 5, 9, 13, 16.
Spurii ab hereditate exclusi. LXXIII, 6.
Stellingorum factio. XXII, 6.
Stiftinc, capella. XVI, 16.
Suabi. XXII, 13.
Subscriptionis et signi commemoratio in tabulis Ludou. German. XXXIIII. Carolomanni. LVII. Ludouici Iun. LXXVI.
Subscriptionis regiae formula in chartis Ludou. Germ. XXXV, 1. Carolomanni. LVIII. Ludouici iun. LXXVII.
Successio in regno. XXII, 10. XXIII, 2.
Suspecta diplomata Ludouici German. XXXX. Carolomanni. LXII. Ludouici iun. LXXXI, 2.
Synodus Tullensis. VII, 17.
Pistensis. VII, 18.

T.

Tabamuizil dux Obodritorum. XXIV, 9.
Teloneum. XVIIII, 10.
Teodo referendarius Lotharii Imp. A. LXXX, 9.
Territorium. XXVI, 5. LIIII, 3.
Testes per aures tracti. XII, 1. XXX, 7.
Thacbulfus dux Sorabici limitis. XXIV, 4, 9. XXVI, 6.
Theodorico forestum conceditur. XXXX, 15.
Theodrada, amita Ludou. Germ. X, 2.
Theotmarus, archiep. Salisburg. pallium accipit. XXXXVII, 2. Archicancellarius Carolomanni. LVIIII.
Thiota, pseudo-prophetissa. VII, 5.
Timo, comes Palat. XXVI, 7.
Titulus Ludouici German. II, 1. VI, 1. Carolomanni. XXXXIII. Ludouici iunioris. LXV.
Tractoria. A. LXXVII, 5.
Tutela regia ecclesiarum. XIII. monasteriorum. XVIIII.

V.

Venationes. XV, 10. XVI, 19.
Venerabiles dicuntur episcopi et abbates. VI, 7.
Veneti. A. LV, 2.
Venna. XV, 1, 3.

Verlinus, Cancellarius Caroli M. A. LXIV, 4.
Vestitura. XII, 2. XIIII, 1, 7. XVI, 14.
Villae et loci pagis adscribendi. XXI, 11.
Vineae XIIII, 7. XV, 10. XXX, 3.
Vinearum pictura. XVI, 8.
Visitationis ecclesiasticae impensae definiuntur. XIIII, 3.
Vlmensis conuentus. XXII, 16.
Vngari. XXIV, 9.
Vto comes exauctoratus. XXII, 18, 24.

W.

Walafridus Strabo. XXXI, 5.
Werinharius comes honoribus priuatur. XXII, 24.
Werinberus comes. XXVIII, 4.
Wernharius comes res monasterio Prumiensi ablatus restituere iubetur. XV, 2.
Wicbertus episcop. Hildesheimens. XXXI, 12.
Wilhelmus comes tradit res proprietatis suae monasterio S. Emerami. XV, 6.
Wilibertus archiep. Coloniens. sine Pontificis Rom. consultu constituitur. VIII, 11. VIIII, 3.
Winedi. XXIV, 9, 10, 15.
Wito ministerialis et princeps forestorum. XVII, 7.
Wiztrachus dux Bohem. XXIV, 8.

Y.

Y quid in monogramm atitus sgnificet. A. LXII, 4.


Z.

Zuentiboldi, nepotis Rasticis, regnum Carolomannus inuadit, cui ille se dedit. XXIV, 13. Zuentiboldus opprimit Baioar. exercitum. XXIV, 14. pacem petit et censum promittit. XXIV, 16.

CORRIGENDA.

Pag.	14	l. 24	leg. praefuit.
	70	l. 10	leg. hos.
	109	l. 28	l. Burgundiae.
	110	l. 24	l. quidem.
	151	l. 9	l. redactos.
	—	l. 14	l. cepisse.
	163	l. 4	l. liberae.
	182	l. penult.	l. theotisce.
	185	l. 22	l. ipsi.
	191	l. 9	l. indicant.
	219	l. antepen.	l. iam.
	245	in margine 3.	l. adiutorem.
	259	l. 28	l. praecepti.
Pag.	266	l. 14	l. Ambrichonis.
	277	l. 27	l. appelletur.
	281	post l. 12	adde: D. Prid. Id. Nouembr. a. I regni in Ital. ind. XI. ID. t. V p. 672.
	295	l. 19	l. feminis.
	318	l. 2	l. Christiano.
	324	l. 6	l. illam.
	353	l. 12	post: omnibus, l. et ab omnibus,
	374	l. 15	l. opportuna.
	378	l. 13	l. habemus.
	406	l. 32	l. ablatae. Charta.
	417	l. 32	l. ob.

Tab. 1.



Verlinus, Cancellarius Caroli M. A. LXIV, 4.
Vestitura. XII, 2. XIIII, 1, 7. XVI, 14.
Villae et loci pagis adſcribendi. XXI, 11.
Vineae XIIII, 7. XV, 10. XXX, 3.
Vinearum pictura. XVI, 8.
Viſitationis eccleſiaſticae impenſae definiuntur. XIIII, 3.
Vlmenſis conuentus. XXII, 16.
Vngari. XXIV, 9.
Vto comes exauctoratus. XXII, 18, 24.

W.

Walafridus Strabo. XXXI, 5.
Werinharius comes honoribus priuatur. XXII, 24.
Werinbertus comes. XXVIII, 4.
Wernharius comes res monaſterio Prumienſi ablatus reſtituere iubetur. XV, 2.
Wicbertus epiſcop. Hildesheimenſ. XXXI, 12.
Wilhelmus comes tradit res proprietatis ſuae monaſterio S. Emerami. XV, 6.
Wilibertus archiep. Colonienſ. ſine Pontificis Rom. conſultu conſtituitur. VIII, 11. VIIII, 3.
Winedi. XXIV, 9, 10, 15.
Wito miniſterialis et princeps foreſtorum. XVII, 7.
Wiztrachus dux Bohem. XXIV, 8.

Y.


Y quid in monogramm atit us ſgnificet. A. LXII, 4.

Z.

Zuentiboldi, nepotis Raſticis, regnum Carolomannus inuadit, cui ille ſe dedit. XXIV, 13. Zuentiboldus opprimit Baioar. exercitum. XXIV, 14. pacem petit et cenſum promittit. XXIV, 16.


CORRIGENDA.

Pag. 14 l. 24 leg. praefuit.
70 l. 10 leg. hos.
109 l. 28 l. Burgundiae.
110 l. 24 l. quidem.
151 l. 9 l. redactos.
— l. 14 l. cepiſſe.
163 l. 4 l. liberae.
182 l. penult. l. theotiſce.
185 l. 22 l. ipſi.
191 l. 9 l. indicant.
219 l. antepen. l. iam.
245 in margine 3. l. adiutorem.
259 l. 28 l. praecepti.
Pag. 266 l. 14 l. Ambrichonis.
277 l. 27 l. appelletur.
281 poſt l. 12 adde: D. Prid. Id. Nouembr. a. I regni in Ital. ind. XI. ID. t. V p. 672.
295 l. 19 l. feminis.
318 l. 2 l. Chriſtiano.
324 l. 6 l. illam.
353 l. 12 poſt: omnibus, l. et ab omnibus.
374 l. 15 l. opportuna.
378 l. 13 l. habemus.
406 l. 32 l. ablatae. Charta.
417 l. 32 l. ob.




Tab. II.




1
+ XPE PROTEGE LUDOVICUM REGEM
2
+ XPE PROTEGE LVDOICVM REGEM
3
+ XPEPROTEGE LVDOICVM REGEM
4
XPEPROTEGE LUDOVICUM REGEM
5
EGEM +

Tab. III.


6
LODOVICVS REX
7
XPE PROTEGE HLVDOICVM REGEM
8
9
XPE PROTEGE HLVDOICVM REGEM
10
XPE PROTEGE HLVDOICVM REGEM
11
XPE ADIVVA HLOTARIVM REGEM